gratie intrinſecū. Quia vt dr̄ Eccl'i. xxxiiij.
Timentis dn̄m beata eſt aīa eius. i. habe=
bit beatitudinē eternā. S

# Tertio in themate aſ=

ſumpto petit defunctus miſericordiā rōne
iuſticie pūitiue: quā allegat cū dic: qꝛ man⁹
dn̄i tetigit me. Ubi aduertendū ꝙ manus
dn̄i eſt iuſticia domini: que exiſtentes ī pur
gatorio nō occidit: ſꝫ tangit grauiter q̄nqꝫ
digitis. i. affligit eos q̄nqꝫ modis ſiue quin
qꝫ penis. Naꝫ pͥma pena eſt ex glorie retar
datione: quā aīa a corpore exuta ⁊ ad eam
habendam diſpoſita vehementiſſime deſi=
derat habere. ⁊ ideo impedita ex ſui culpa
grauiſſime affligitur clamans die ac nocte
illud ps. Quādo veniā ⁊ apparebo ante fa
ciem dn̄i. Secūdus digitus. i. ſecūda pena
affligens eſt ex ardore ignis crudeliſſimi.
De quo dicit Augu. in quodam ſermone ꝙ
ignis ille durior erit ꝙ̄ quicquid in hoc ſecu
lo penaꝝ videre aut ſentire aut cogitare q̄s
poterit. Et ptꝫ etiā rōne. quia ſicut dꝛ Sa=
piē. vi. Fortioribus fortior inſtat cruciatio
ſpūs vero ſeparatus fortior eſt ꝯiuncto. er
go fortius cruciatur. Et preterea maior eſt
pena paſſionis ꝙ̄ cōpaſſionis. ergo maior
eſt pena quā anima in purgatorio ꝑ ſeipā
patitur ꝙ̄ pena quā hic ſuſtinet corpi com
patiendo. Terti⁹ digit⁹. i. pena eſt ex expe=
ctatione. quia a nobis expectant ſuffragia
cū ex ſe nihil poſſint: ⁊ nos paruꝫ vel quaſi
nihil ſuffragij eis mittim⁹: ⁊ ex hoc multuꝫ
affligūtur quia ſpes que differtur affligit a
nimā. Prouer. xiij. Quartus digitus. i. pe=
ne modus eſt ex penitentie omiſſione. con=
ſiderans eīm ꝙ ꝓpter modicā penitentiā
in hac vita voluntarie factā potuiſſet eua=
dere tam crudelē penā multū dolet ꝙ omi
ſit eam. Quint⁹ digitus. i. modus pene eſt
ex aduerſarij irriſione. qꝛ licet demones ſu
per aīas exn̄tes in purgatorio non habent
ptātem: tn̄ ſequūt eas ad purgatoriū dedu
ctas de earū penis gaudiū oſtendentes. et
irriſio ⁊ exultatio aduerſarij doloroſa eſt in
miſeria exn̄ti. De hac ꝗ̃ manu dꝛ Job. xiij.
Manū tuā lōge fac a me. Sꝫ poſt hoc eſt a
lia man⁹ de dextera ad gloriā deducēs. De
qua ps. ait. Etem̄ illuc manus tua deducet
me: ⁊ tenebit me dextera tua. ſ. i eternitate
glie. Ad quā nos ꝑducat deus. Amen.
Explicit dſtinctio quarta: que egit de cō
ditionibus hoīs iam mortui.

Sequitur diſtinctio q̄nta: in qua agitur
de diuerſitate morientiū in officijs dignita
tibus etatibus ſexibus fortunis īfortunijs
vel meritꝭ defunctoꝝ: cui⁹ ſūt ſmōes. xlviij.

In funere dn̄i pape. Sermo I

# Summ⁹ pōtifex

de hieruſalē venit in bethu=
liam. Judith. xv. Uidemus
ad ſenſum in corporalibus
rebus ꝙ vnus ⁊ idē motus
ꝓpter duos oppoſitos terminos duoꝝ con
trarioꝝ cauſa eſſe pōt. Sicut ptꝫ de occubi=
tu ſolis. ī quo ſol a nobis recedēs in noſtro
hemiſpherio relinquit tenebroſitatē. ſed de
ſcendens ad locum oppoſitū inducit ibi lu=
minoſitatē. et ita occubitus ſolis: licet in lo
cis diuerſis: ⁊ lumē ⁊ tenebras fac̄. In quo
recte repreſentat̄ occubitus. i. pn̄s trāſitus
mortis ſanctiſſimi patris noſtri ⁊ dn̄i ſūmi
pontificis. Ipſe em̄ velut ſol noſter in celo
ſiue culmine poſitus eccleſie militātis: non
nobis tm̄: ſed etiā toti eccleſie ſiue mūdo tā
ſcientie ꝙ̄ gratie lumine prefulgebat. Qui
licet nobis ꝓpter ſuū deceſſum magnā tri=
ſticie tenebroſitatē reliquerit: ipſe tamē ad
lumen vite atqꝫ fruitionē leticie trāſijt ſem
piterne. In quo etiā felix tranſitus ei⁹ aſcē
ſioni ſaluatoris noſtri aſſimilari potuit: q̄
licet rōne receſſus ſuis quos relinquebat a=
poſtolis fuerit luctuoſa. Sicut ei in ſuo ſer=
mone btūs Ber. dicit. Quātus putatis fra
tres dolor ⁊ tior irrup erit apoſtolica pecto
ra cū viderunt dn̄ꝫ a ſe tolli ⁊ attolli in area
Et poſt ſubdit. Dolor nimi⁹ erat: quia vide
bant illuꝫ ꝓpter quē oīa reliquerant a ſuis
aſpectibus tolli vt nō poſſent ablato ſponſo
ſponſi filij nō lugere. Timor vero: qꝛ orpha
ni relinquebātur in medio iudeoꝝ. Uerum=
tamē ſi ꝯſideraſſent apoſtoli ꝙ ad paterne
glorie dexterā cōſcendebat: vnde īde om̄es
aduerſarij ſui ſubderent̄ ſcabello: ſecu: itaꝗ
⁊ gaudij materiā inueniſſent. Unde ⁊ ipſe
dn̄s dixit eis. Johā. xiiij. Si diligeretis me
gauderetis vtiqꝫ: qꝛ vado ad patrē. Sic eti
am tranſit⁹ beatiſſimi p̄ris noſtri: lꝫ reſpe=
ctu noſtri quos reliquit ſit plurimū luctuo=
ſus: reſpectu tn̄ ſui qui ad felicē vitā trāſijt
pōt eſſe gaudioſus. Fuit ergo tranſit⁹ hui⁹
ſanctiſſimi patris noſtri per aduentū ſūmi
pontificis de hieruſalē in bethuliā: de quo
ī aſſūpto themate agit̄: ꝓꝑe figurat⁹ cū dꝛ
ſūm⁹ pōtifex de hierl'm veniti bethuliā. A

In quibus quidē verbis de quōdam patre noſtro ⁊ dn̄o: in cuiꝰ nunc funere ſumꝰ: ad exhortationē ⁊ conſolationē noſtram dſcribuntur p ordinem tria.

¶ Naz p̄mo quidē predicta figura deſcribit nobis quoad preteritū exceſſum dignitatꝭ. quia ſummꝰ.

¶ Secundo officium ſanctitatis. quia pontifex.

¶ Tertio quoad preſens tranſitū felicitatis q2 venit de hieruſalē in bethuliā. i. de eccl'ia militātē ad eccl'iam triūphantem.

¶ Quantū aūt ad primū ſciendūz eſt ꝙ papa dicitur ſummꝰ ⁊ reſpectu chriſtianoꝝ ⁊ reſpectu potentū ſiue iurediction ū. Reſpectu quidē prelatoꝝ. quia ipſe eſt vertex ⁊ caput oīm. tam patriarcharū ꝙ̄ archiepiſcoporū vel ep̄orum vel quorūcūq3 aliorūz. Unde Johan. i. dominꝰ dixit petro cuiꝰ vicem ſūmus pontifex gerit. Tu vocaberis cephas qd̄ interpretatur caput Et ideo ſicut petrus caput erat omniū apoſtoloꝝ: ita papa caput eſt omniū prelatoꝝ: ⁊ oēs debent ſubeſſe ſibi. ſicut ⁊ membra capiti. Ex quo etiā apparet vlterius ꝙ cū prelatoꝝ officium ſit res eccleſiaſticas adminiſtrare: ī adminiſtratōe eccleſiaſticarū rerū magis obediendū eſt pape ꝙ̄ cuilibet alteri prelato: imo etiā ſi viueret paulus apl'us vel quicūq3 apl'us alius preter Petrū magis in adminiſtratiōe p̄dicta obediendūz ē pape ꝙ̄ ei. Quod patet etiā nūc. Nam Paulus dixit ꝙ opz ordinandū ſine crimine eē. vt. xxv. di. §. Nunc autē. ⁊ tamen auctoritate pontificii epiſcopi diſpenſare poſſunt in crimine adulterij ⁊ in minoribꝰ. ⁊ hoc quia papa maior eſt Paulo in adminiſtratione. vt. xxiiij. di. §. i. Nam papa eſt loco Petri. vt dictū eſt. ⁊ habetur. xxiiij. q. i. qm̄ vnctus ⁊ ſicut etiā vicarius ieſu xp̄i vt ex̄ de trāſla. inter corpalia. ⁊ ex̄ benefi. eccle. ſi nō di. cōfe. vt noſtrū. ⁊ Petrus in adminiſtratione maior fuit Paulo vel quolibz apl'o vt. ij. q. vij. Puto. xxi. di. In nouo. Scd̄o papa eſt ſūmus reſpectu xp̄ianoꝝ. Nam in quolz ordine ille dicit̄ ſūmus cui omnes alij ſubſūt ⁊ ip̄e nulli ſubeſt coꝝ: ſed oēs xp̄iani ſubſūt pape ſaltē rōne peccati. Unde dn̄s dixit petro ⁊ ī petro ſucceſſoribꝰ ſuis. Quodcūq3 ligaueris ſup terrā erit ligatū ⁊ ī celis. ⁊ qd̄cūq3 ſol. ſu. ter. erit ſo. ⁊ ī cel'. ⁊ nihil excepit q̇ dixit quodcūq3: vt ex̄ de maiori. ⁊ obe. ca. Solite. Papa aūt nulli alteri ſubeſt vincti In caſu tn̄ poteſt ſubeſſe tripliciter alteri. Uno modo ꝓpter hereſim. Sic em̄ ab alio ⁊ accuſari ⁊ iudicari pōt alias aūt nō. xl. di. Si papa. ix. q. iij. Alioꝝ. Secundo ſi ipſe ſe ſubmittat iuriſdictōni alteriꝰ. ij. q. vij. Nos ſi incōpetenter. ff. de iuredictione om. iu. eſt receptū. Tertio ſi ip̄emet ſe d̄ponat. vt. xxi. di. Nunc autē. Tertio papa d̄r ſūmus reſpectu poteſtatū ſiue iuridictionū. Naz ille maior eſt in dignitate q̇ eſt vniuerſalior in poteſtate. Quod apparet ex naturali. q2 ſol ſicut hz virtutē vniuerſaliorē ꝙ̄ luna: ita etiam habet naturā digniorē ⁊ altiorē. vnde ⁊ in altiori loco eſt poſitus: quia ordo ſituū correſpondet ordini naturaꝝ. Papa autez habet ptātem magis vniuerſalē ꝙ̄ aliquis alioꝝ. Nam impator licet habeat ptātez ſuper laycos in temporalibus: non tamen habet in ſpiritualibꝰ. Sed papa hz vtrāq3 poteſtatem ⁊ vtrūq3 gladiū habet. lxiij. di. Tibi dn̄o. Unde ⁊ reges deponit. xv. q. vi. Aliꝰ ⁊ ca. Nos ſanctorūz. ⁊ ca. Juratos. i. q. iiij. Quia preſulatꝰ. xcvi. di. Duo ſunt. ⁊ non ſolum regnū cōſtituit imo transfert ex̄ de elec. Venerabilē: imo etiā imperatorē electum papa hz approbare electionez confirmare vel infirmare ⁊ ip̄m confirmatū etiā conſecrare. Et hec oīa probantur in predicta decretali. Venerabilem. Itez etiā papa imperatorem deponere poteſt. Si em̄ zacharias papa regem francoꝝ: qui a romano pontifice coronā non recipit nec p eum examinatur nec approbatur ab eo vel reprobat̄ nō tam ꝓ ſuis iniquitatibus ꝙ̄ pro eo ꝙ tāte poteſtati erat inutilis a regno depoſuit ⁊ alium loco eius inſtituit. xv. q. vi. Alius: multo fortius imperatorē qui ſpecialius ſubeſt ei poterit remouere. xcvi. di. Duo ſunt. ⁊ ca. Si imperator. Ad talem ergo ſūmū apicez dignitatis per legitime electionis conſenſū iſte nr̄ defunctus pat̄ p̄uenit: ⁊ ſūmi pontificatus cathedram tot annis laudabiliter tenuit: cum vigilanti cura cōmiſſum ſibi ex diuina ꝓuidentia regimine exercendo: ita vt ad ip̄m referri poſſit qd̄ dicitur. i. Machabeorum. xiiij. Conſenſerūt eum eſſe ſummū ſacerdotem ⁊ vt conſtitueret prepoſitos. ¶ In quibus verbis pontificatus ex tribꝰ cōmendatur.

¶ Primo ex legitima electiōe: cui ꝯſenſerūt.

ſcꝫ veri ⁊ legitimi electoꝛes.

Scđo ex ſublimiſſima ꝑlatiõe.ſ.eſſe ſum-
muꝫ ſacerdotem.

Tertio ex ꝑuiſa gubernatione, quia pꝛo-
uiderunt de gubernatoꝛe idoneo. cui ſcilicꝫ
cura eſſet ⁊c.

Oſtenditur ergo ꝑmo ad ſũmi pontifica
tus apicem ꝑueniſſe ꝑ legitimã electionēꝫ.
qꝛ conſeſerunt veri ⁊ legitimi electoꝛes.ſcꝫ
dñi cardinales. Conſenſerũt inquã liberali
ter abſqꝫ muneris cuiuſcꝫ receptioue vt ex
cluderetur oĩs ſimonia: ꝓpterea ꝙ ſimoni
acus conſenſus in electionibus inducit rea
tum magnũ nõ tam in dantibus ꝯſenſum
ꝙ etiam in recipiente. Unde de ſic electo vl
eligentibus dicit deus. Leui.xx. Succidam
ipm ⁊ oẽs qui conſenſerũt. Item conſenſe-
runt vnanimiter ſine diſſenſione. vt exclu-
deretur ꝑtinax diſcoꝛdia: que tñ ſicut ſcitis
electionẽ non impedit dũmodo due partes
conſentiant electoꝝ.ſ.dominoꝝ cardinaliũ
alias nõ valeret electio.vt ex de electio. Sꝫ
elegerunt quocꝫ pꝛudẽter ⁊ cũ diſcretõe vt
excluderetur.ſ.indeliberata ĩpꝛouidentia.⁊
hoc qꝛ conſenſerant in hoĩem ꝓbum iuſtũ
litteratũ ⁊ vndequacꝫ idoneũ ad ſummaꝫ
dignitatem.ita vt vere potuerint dicere il-
lud.ps. In domo dei ambulauimꝰ cũ ꝯſen
ſu.ſ.liberali concoꝛdi ⁊ pꝛudenti. Secũdo
quocꝫ in auctoꝛitate inducta cõmendatur
ſtatus pꝛeteritus ſanctiſſimi patris noſtri
et ſublimiſſima pꝛelatione. qꝛ ꝯſtat eũ fuiſ
ſe ſummũ ſacerdotẽ. Circa qđ aduertendũ
ꝙ ſacerdotes dicũtur quaſi ſacra dantes.i.
diſpenſantes.ſunt eñi diſpenſatoꝛes ſacra
mentoꝝ. Unde ⁊ ille q̃ eſt ꝑncipalis ⁊ ſũmꝰ
ſacramentoꝝ diſpenſatoꝛ hic đꝛ ſummꝰ ſa
cerdos.⁊ hic inter fideles eſt vnus tantũ.ſ.
papa. Qđ eñi ꝑ ſupabundantiã đꝛ vni ſoli
ꝯuenit.ꝑut phũs dicit.ſũmus aũt dicit ſu-
perabundantiã.⁊ ideo tñ vnus eſt ſummꝰ
ſacerdos ſuꝑ oẽs ſacerdotes qui ſũt in ter-
ris:qui.ſ.eſt vicarius xp̄i qui fuit ſacroꝛuꝫ
dñs. Papa aũt qui eſt eius vicariꝰ nõ dñs
eſt vt xp̄s:ſed ꝑncipalis diſpenſatoꝛ ipſius
Et eñi quodãmodo maioꝛ hoĩe: ſed minoꝛ
deo ex de tranſl. Inter. Unde ipſe ſummꝰ ẽ
inter oẽs ſacerdotes habens plenitudinem
poteſtatis. Alij vero in ꝑtem ſollicitudinis
ij.q.vi. Decreto.⁊ ca. Qui ſe ſcit. Quod aũt
papa ſit ꝑncipalis ⁊ ſummꝰ diſpenſatoꝛ ſa
cramentoꝝ ex hoc euident̄ apparet:qꝛ in oĩ

ſacramentoꝝ genere ſunt aliqua ſibi ſoli re
ſeruata ad que nulli alioꝝ ſacerdotum pote
ſtas aliquatenus ſe extendit. Ad cuius eui
dentiam eſt notandũ ꝙ tria dicuntur eẽ ge
nera ſacroꝛum. Sunt enim ſacra ſigna: ſa-
cra myſteria: ⁊ ſacra opera. Sacra nãqꝫ ſi-
gna dicuntur ſacramẽta. quia ſacramentũ
eſt ſacre rei ſignum. In ſacramentis autem
aliquid poteſt papa qđ nullus alius poteſt
Uerbigratia ꝑmo quoad ſacramentum oꝛ
dinis.quia ipſe ſolus oꝛdinat diaconũ quẽ
oꝛdiauit ſubdiaconũ ex de tempo.oꝛdi.⁊ q̃-
li.oꝛ. Cuꝫ in diſtribuendis. Iteꝫ oꝛdinat eo
dem die quo conſecratur. ex de elec. Qđ ſi-
cut.§. Super eo. ⁊ ipſe ſolus diſpenſat cuꝫ
eo qui excõmunicatus celebꝛauit vel rece-
pit oꝛdines.xi.q.iij. Si quis epiſcopus. Itẽ
ſolus poteſt conferre oꝛdinem diaconatus
die dominico ⁊ alijs pꝛecipuis feſtis. Item
quoad ſacramentum confirmationis:quia
ſolꝰ poteſt cõmittere ſacerdoti ꝙ chꝛiſmet
ſiue confirmet. quia hoc pertinet ad perfe-
ctionem oꝛdinis myſtici ſuper quod habet
papa pleniſſimam poteſtatem vt ſanctus
Thomas de aquino dicit. Item quoad ſa-
cramentum matrimonij. quia quoad mul-
tos caſus diſpenſare poteſt ⁊ poteſt artare
⁊ laxare impedimenta.ex de cõſangui. Nõ
debet. Item ſunt ſacra myſteria ſicut myſte
ria fidei vel ſacre ſcripture. Nam ſacra ſcri
ptura eſt ſcriptura fidei. Determinare au-
tem vel declarare ea que ſũt fidei vt ab om
nibus inconcluſa fide teneantur: hoc perti
net ad auctoꝛitatẽ ſũmi pontificis: ad quẽ
maioꝛes ⁊ difficilioꝛes queſtiones eccleſie
referuntur pꝛout dicitur in decre. Unde et
dominus. Luce.xxij. petro dixit quem ſum
muꝫ pontificem conſtituit. Ego pꝛo te ro-
gaui petre vt non deficiat fides tua.⁊ tu a-
liquando conuerſus confir.fra.tu. Et ideo
pꝛopꝛie ad ipſum ſummũ ſacerdotem refer
ri poteſt quod dicitur Mala.ij. Labia ſa-
cerdotis cuſtodiunt ſcientiam. ⁊ legem re-
quirẽ: ex oꝛe eius.quia angelus domini ex
ercituũ eſt. Item ſunt ſacra opera ſicut vo-
ta peregrinationes animarum abſolutio-
nes religioſoꝛum pꝛofeſſiones ⁊ ſanctoꝛuꝫ
canonizationes ⁊ ſimilia. In quibus oĩbus
hꝫ papa ſuper omnes ſacerdotes ſingularẽ
poteſtatẽ. Nã ipſe ſolus poteſt votũ hiero-
ſolymitanũ comutare: ⁊ ſolus poteſt conce-
dere vt quis veniat contra votum licitum.

vel de quo dubitatur an ſit licitū. Primū ꝓbatur ex. de reſcriptis, ⁊ ex de iureiuran. Veniens. Scōm ꝓbatur ex. de electio. Venerabilē. Ipſe quoqꝫ ſolus poteſt dare abſolutionē ⁊ diſpenſationē cum eis q̄ inciderunt in canonē, in quibus pape reſeruata eſt auctoritas: ⁊ ſolum excōmunicatū a ſe abſoluere ex de electio. Venerabilē. Ipe ſolus ꝓhibet profeſſionem in religione infra xviij. ānos ex de regularibus. Quia in inſulis, quod tamen ibi ſpeciale eſt ꝓpter loci aſperitatē: ſecus eſt alibi qꝛ ꝓfiteri poſſūt poſt tempus pubertatis tam maſculi ꝙ femine, x. q. i. ca. i. ⁊ q. ij. Si in qualibet. ⁊ ca. Puella. ⁊ ꝙ intrans poteſt exire libere īfra annū ex de regulis. Statuimꝰ. ⁊ ſi interim fiat ꝓfeſſio nō valet vt in nouella īno. ex de regulis. Non ſolū. Ipſe quoqꝫ ſolus aſcribi facit canonizatos cathalogo ſanctorū. Et ita patet quō eſt p̄ncipalis ⁊ ſūmus diſpenſator ſacrorū ⁊ dator. Et ideo nō imerito ſūmus ſacerdos vocatur tāq̄ ſucceſſor ſimonis, i. petri. Et figuratus eſt in illo ſimone machabeo, de quo dicit. i. Macha. xiiij. Audierunt ꝙ ſimon factus eſſet ſummꝰ ſacerdos. Sed videte mutationē mirabilem, qꝛ iſte qui heri viuēs erat ſummꝰ, hodie mortuus factus eſt infimꝰ: ⁊ q̄ heri regebat orbem hodie factus eſt vt redigatur in viliſſimū puluerē. Vnde btūs Bernardus bene monebat Eugeniū papā dicens in libro de conſideratiōe. Videns te eſſe ſummū ſacerdotem: cogita pariter te futurū in viliſſimū puluerem. Sed adhuc tertio in auctoritate inducta cōmendatur p̄ſulatus ipſius ex ꝓuiſa gubernatione, qꝛ ꝓuide electꝰ eſt ad ſummū pontificatū, vt eſſet illi cura pro ſanctis: ⁊ vt conſtitueret p̄poſitos. Quia ei ſalus populorū fideliū ex manu eccleſiarum dependet ſeu miniſtrorū eccleſie: ⁊ miniſtrorū ſalus ex ſufficientia prelatorū: ideo ſummo pontifici ſpecialior cura debet ee̅ de ſanctis, i. de clericis ⁊ miniſtris eccleſie: qui ſancti eſſe debent, quia ipſi ſpecialiter ſūt electi vt diuinis ſint miniſterijs mancipati. Vnde Numeri. xvi. dicitur de leuitis qui clericorū gerebant figurā Sāctos applicabit ſibi: ⁊ quos elegerit appropinquabunt ei. Et tales clericos ⁊ miniſtros dꝫ ēt ſummꝰ pōtifex ſuo collegio ⁊ conſortio ſeu miniſterio applicare. nō ſimoniacos: non fornicarios ⁊ nō īmundos ⁊ peccatores: ſꝫ ſanctos. Debet etiā eidē ſūmo pontifici ſpecialior eſſe cura ad prepoſitos, i. epiſcopos. De quibus dicitur, i. Thimo. iij. ꝙ opꝫ epiſcopū ee̅ modeſtum nō litigioſum nō cupidum ſꝫ ſue domui bene prepoſitum. Debet enī tales inſtituere prepoſitos in eccleſijs, i. epōs vel prelatos. de quibus nō poſſet dici illud. ij. Eſdre. viij. Prepoſiti ⁊ magiſtratus ꝑticipes erāt iniquitatis. Sed potius tales debꝫ inſtituere vt poſſit dicere eccleſijs vel ciuitatibus quibꝰ concedit epōs illud. Eſa. lx. Ponam viſitationē tuam pacem, ⁊ prepoſitos tuos iuſticiam. Non audietur vltra iniquitas in terra tua: vaſtitas ⁊ contritio in terminis tuis. Et talis profecto fuit cura ⁊ ſollicitudo iſtius peruigil q̄ꝫtum in eo fuit. D

## Secūdo qḋ d̄ſcribitur

in themate aſſumpto eſt officiū ſanctitatis qḋ habuit dominꝰ noſter dum viueret. ſcꝫ quia pontifex fuit. Pontificatus enī requirit oīmodam ſanctitatē. Et ratio huius eſt. qꝛ omne agens agit ſibi ſimile prout phūs dicit. Hoc eī in naturalibus preſupponit ꝑfectionē nature, quia tunc vnūquodqꝫ perfectū dicimꝰ: quādo poteſt tale alterum facere quale ipm̄ eſt. ſicut dicimus perfectum eſſe hominē quādo hoīem generare poteſt. Hoc ergo quod in naturalibus videtur eſſe neceſſitatꝭ, ſ. ꝙ agens agat ſibi ſimile: ī moralibus ⁊ ſpiritualibꝰ ē congruitatis. Licet enī ſacerdos īmundus pctōres poſſit mundare adhibendo ſacramenta q̄ mundant vt eſt baptiſmus vel penitentia: que nō in virtute ſacerdotꝭ īmundi: ſed ex virtute dei qui mūdiſſimus eſt: habent purificare. Propꝫ qḋ etiam Augu. dicit. ꝙ in ipſis ſacramentis nihil minꝰ a malo ⁊ nihil amplius a bono percepitur ſacerdote. Ex debito tamen congruitatis eſt vt ſtudeat ipſe mūdus ee̅ qui alios debet mūdare: alioqn mortaliter peccat dum actum ſibi incongruū agere p̄ſumit. Et idcirco congruū eſt ⁊ debitū vt pontifex qui alios hꝫ conſecrare ⁊ ſanctificare ſit ipe ſanctus ꝑfecte. Et hoc eſt quod apl'us Hebre. vij. dicit. Talis decebat vt nobis eſſꝫ pontifex ſanctus īnocens impollutus ſegregatus a peccatoribꝰ. Sanctus in mente: īnocens in opere: impollutus in carne: et ſegregatus a peccatoribus ex mūda cōuerſatione. E

## Tertio deſcribit̄ in the

mate de iſto patre noſtro defuncto tranſitꝰ

felicitatis.quia de hieruſalē venit in bethu
liā.De iſto aūt tranſitu tria conſiderari pñt
Primo terminus receſſus:quia de hieru-
ruſalem.
Secundo terminus acceſſus:quia in be-
thuliam.
Tertio motus medius:quia venit.
Terminus ergo receſſus fuit hierl'm:p
quā preſens eccleſia deſignatur.Primo rō-
ne veritatis:quia videlicʒ veritas fidei nō
inuenitur extra catholicā eccl'iam.Et ideo
dicitur zacharie.viij.Vocabitur hieruſalē
ciuitas veritatis.que veritas introducta ē
p ſanctoꝝ apoſtoloꝝ doctrinā,vnde eis di-
ctū eſt Act.v.Repleſtis hierl'ʒ doctrina ve
ſtra.Et ideo iſta eſt doctrina veritatis:a q̄
qui diſcordat:a veritate diſcordat ⁊ errat.
Secundo ratione ſanctitatis.quia ſacra-
menta per que homo purificari ⁊ ſanctifi-
cari dʒ non ſunt niſi in eccl'ia chriſti.vnde
Apocal'.xxi.Vidi ciuitatē ſanctam hierl'm.
Tertio ratione libertatis.quia qui facit pec
catū ſeruus eſt peccati.⁊ vlterius ſeruꝰ dia
boli.vnde expulſo peccato efficitur homo li
ber ab vtraqʒ ſeruitute.Sed nō ſunt reme-
dia ad expellendū peccatū niſi in eccl'ia xp̄i
.i.Machab.x.Hieruſalē ſit ſancta ⁊ libera
In hac ergo hieruſalem habebat iſte pr̄ nr̄
ſummam poteſtateʒ.ſm illud Eccl'i.xxiiij.
In hieruſalē poteſtas mea.Sed videte ꝙ
iſta poteſtas breui tempore durauit:qꝛ oīs
potentatus breuis vita.vt dicit̄ Eccl'i.x.⁊
nunc ex toto per mortem annihilata eſt.⁊
quantū ad honores:⁊ quantū ad diuitias:
⁊ quantū etiā ad delitias.⁊ qui primo vide
batur omnium habere poteſtatē:nullā po-
tuit contra mortē habere defenſionē.ſm il
lud Eccl's.viij.Non eſt in hominis ditione
prohibere ſpiritū:nec habet poteſtatē ī die
mortis:nec finitur quieſcere ingruente bel
lo:necqʒ ſaluabit impietas impiū.Secun-
do tangitur ſm ordinē auctoritatis.i.the-
matis motus medius.quia venit.Nos vi-
demus in igne ꝙ durante materia combu-
ſtibili durat ardor eius ⁊ flamme ſplendor
ſed deficiēte materia ⁊ ardore deficit lumē
⁊ ſplendor.Sic fuit in iſto patre noſtro:qꝛ
durante valitudine corporis ⁊ vita ſplen-
debat toti mundo gloria ⁊ honore:nūc au-
tem de ſancto corpore extincta corporali vi
ta:omīs ſplendor deficit pariter glorie mū
dane.Ezechiel'.vij.Finis venit.venit finis
Finis venit ſcʒ vite.venit finis omīs mun
dane glorie.ſed quia homo ignorat finem
vite ſue.i.mortis ſue tempus:ideo frequen
ter ex inſperato mors ſuperuenit ⁊ impara
tū inueniens ad inferni ſupplicia ducit.ſm
illud Theſſal'.v.Dies domini ſicut fur in no
cte ita veniet.Tertio tangitur terminus
acceſſus.quia venit in bethuliā.Bethulia
enī ſm Hiero.interpretatur vno modo do
mus dolens domino.⁊ q̄ntū ad hoc ſignat
ſtatū penalē purgatorij.quia qui ibi ſunt:
in doloribus quippe ſunt ꝙ diu ſint purga-
ti.In doloribus dico ſunt tam grauis ⁊ af-
flictiue pene,vt beatus Grego.teſtatur ꝙ
excedit in acerbitate quicquid in hoc ſecu-
lo penaruʒ videre aut ſentire aut cogitare
quis poſſit.Unde vere poteſt dicere anima
que illa pena purgatur nobis qui viatores
ſumus illud Threno.i.O vos omnes qui
tranſitis per viam:attendite ⁊ videte ſi
eſt dolor ſicut dolor meus.Et dicitur eſſe
dolens domino:quia propterea eſt dolor il
le ſeu pena vt domino ſatiſfaciat de penitē-
tia hic non completa:aut certe pro venia-
libus culpis:ſed tamen ſecura eſt anima q̄
cruciatur in illa pena poſtꝙ purgata fuerit
ꝙ ibit ad vitā eternam.Poſſunt tamē no
ſtris ſuffragijs ſcʒ elemoſynarū:miſſarum
⁊ orationū ab illa qui ibi ſunt citius libera
ri.Unde ſi forte anima iſtius noſtri patris
defuncti pro aliqua dictarū cauſarū veniſ-
ſet ad iſtā bethuliam.i.ad illā penaʒ vt ibi
purgaretur certe debemus ſibi compati:⁊
eam aliquo ſuffragio quilibet adiuuare.vt
ipſe poſtea adiuuet nos verſa vice cū per-
uenerit ad vitā eternam.Sed heu ꝙmul-
ti frequenter qui deberent eſſe pleni aqua
compaſſionis ⁊ pietatis deficiunt:⁊ nō cu
rant iuuare eos qui in tali bethulia.i.qui ī
talibus purgatorij penis ⁊ doloribus com
morātur.In cuiꝰ figura dicitur Judith.vij.
ꝙ defecerunt ciſterne ⁊ collectiones aqua-
rū omnibus inhabitantibus bethuliā.Sʒ
adhuc alio modo bethulia ſm Hiero.inter
pretatur manens in deo.⁊ quantū ad hoc ſi
gnat ſtatū beatoruʒ qui ſunt in paradiſo:q̄
ſemper in deo manent eius viſione beata
atqʒ fruitiōe gaudentes.⁊ hec eſt vita eter
na.Unde.i.Jo.ij.Uos in filio ⁊ patre ma-
nebitis.Et hec eſt repromiſſio quam ipſe
pollicitus eſt nobis vitam eternam.Conſi
derata igitur vita virtuoſa ⁊ laudabili:quā
hic ſanctiſſimus pater noſter duxit:⁊ inſup
laudabili ⁊ deuotiſſimo fratre quem nunc

in obitu habuit: pie ſatis exiſtimari poteſt ꝙ aut iam ad bethuliam predictam peruenerit: aut cito ſit perueuturus. Ad quā etiā nos ſi tandem peruenire appetimus victores nos eſſe oportet vitiorum ⁊ tentationū malorum: ⁊ impiarum cupiditatum etiam mundanorum. In cuius figuram ſcriptuʒ eſt Judith. xv. ꝙ hi qui victores extiterant reuerſi ſunt ad bethuliam: id eſt ad vitam eternam a qua per peccatum receditur ⁊ ꝑ victoriam peccati reditur. Ad quam deus nos perducat ⁊c̄.

¶ In funere ſummi pontificis de eius obitu. ¶ Sermo. II.

Pater noſter mortuus eſt. Numeri. xxvij. Plerūqʒ videmus ꝙ vis amoris eſt hominibus cauſa doloris, quia quanto quis plus quod habet diligit: tāto de ei⁹ amiſſione plus dolet, ſed pater plus diligit vnigenitū ꝙ̄ ſi plures haberet. ideo de eius morte amplius dolet ⁊ amarius luget. Propterea dauid amare plorans mortem ionathe quē multū diligebat dicebat. ij. Reg. i. Doleo ſuper te frater mi ionatha decore nimis ⁊ amabilis ſuper amore mulierꝝ. Sicut mater vnicū amat filiū ſuuʒ: ita te diligebam. Propterea etiā dicit̄ Jere. vi. Luctū vnigeniti fac tibi planctū amarū. vnde amor ē cauſa doloris. Debent aūt filij patrē ſuum naturaliter amare. Unde dicit̄ Malach. i. Si ego pater vbi eſt amor meus. i. quo me debetis diligere. Et ideo etiam naturale ē ꝙ de morte patris filij doleant ⁊ luctū faciant. Sed ſicut ad dolendū ⁊ lugendum de morte patris carnalis mouet amor naturalis: ita ad dolendū ⁊ flendū de morte patris ſpiritualis mouere debet amor charitatis. Et de vtriuſqʒ patris luctu ⁊ dolore exempla patent in ſcriptura diuina. Nā quantū ad patrē carnalē prout legitur Gen̄. l. Mortuo iacob in egypto fleuerunt eū filij eius ſimul cū egyptijs. lxx. dieb⁹. ⁊ in exequijs ſuis in terra chanaā vbi ſepultus eſt planxerunt eū ploratu magno ſeptē dieb⁹. De patre vero ſpirituali patet exemplo moyſi vel aaron. quia mortem moyſi fleuerunt filij iſrael in campeſtribus moab triginta dieb⁹: ſicut legitur Deutero. vltimo. Et in morte Aaron qui erat ſummus ſacerdos ⁊ pater ſpiritualis legitur Numeri. xx. ꝙ fleuit euʒ omnis multitudo filiorū iſrael triginta diebus. Et idcirco thema propoſitū annuncians nobis morteʒ ſanctiſſimi ⁊ ſpiritualis patris noſtri ſummi pontificis: excitat nos ad effectum amoris ex eo ꝙ commemorat ip̄ius paternitatē: cū dicitur pater noſter. ⁊ prebet inſuper occaſioneʒ doloris ex eo ꝙ annunciat eius mortē. dicens quia mortu⁹ eſt. ergo pater noſter mortuus eſt. ¶ In quibus quidē verbis ſcriptura ſacra tria inſinuat de ipſo.

¶ Nam primo quidem innuitur officiuʒ dignitatis in eo ꝙ dicitur pater.

¶ Secundo vero exprimit affectus charitatis in eo ꝙ dicitur noſter.

¶ Tertio vero pandit defectum corruptibilitatis quia dicit ꝙ mortuus eſt.

¶ Circa primū attendendū eſt ꝙ tanta eſt excellentia dignitatis in eccleſie romane pontifice ꝙ non ſolū pater vocatur: ſed etiā dicitur papa: quaſi pater patrū. Et ratio eſt: quia eſt vicarius dei: a quo omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominatur. ſicut dicitur Ephe. iij. Uerūtamē quia pape paternitas non eſt per carnaleʒ generationē: ſed per prelationis iuriſdictionem: illoruʒ papa proprie dicitur pater qui eius iuriſdictioni ſubduntur. id eſt eoꝝ qui ſunt de eccleſia ieſu chriſti. Sicut ergo abraham fuit pater generalis totius populi iſraelitici: ita papa eſt pater generalis. ſed tamen ſpecialiter populi chriſtiani: qui fuit i ipſo populo iſraelitico figurat⁹. Et ideo poteſt dicere papa illud Jere. xxxi. Fact⁹ ſuʒ iſraeli pater. In quibus quidē verbis nota tria de romano pontifice.

¶ Primo perſone promotionē: quia fact⁹ ſū
¶ Secundo eccleſie prefigurationem: in eo ꝙ ſubditur iſraeli.

¶ Tertio cure diſpenſationem: quia pater. Nam ſicut ad patrē carnalē pertinet cura totius familie ⁊ diſpenſatio rerū domeſticarū: ita ad papā pertinet cura totius eccleſie ⁊ diſpenſatio eccleſiaſticarū rerū. Dicit ḡ quoad primū factus ſum. Utinā poſſit dicere qui electus erit in ſummū pontificem ſicut poterat in primitiua eccleſia. Fact⁹ ſuʒ ſcʒ ex inſpiratione diuina. In primitiua nāqʒ eccleſia quando fieri debebat electio conueniebāt electores ad eligēdū pontificē. nō ambitiōe nō ex emulatiōe nō ex coactione

vt oportere eos violent̃ intrudi: ſicut opꝫ
mō ppt̃ diſſenſionē: ſꝫ ſolū ex zelo dei ⁊ con
ſcientie bone impulſione, idcirco inſpirabā
tur a deo. imo nōnunꝙ̃ viſibilit̃ apparebat
ſpiritusſanctus, in ſpecie colūbe: ad oſtēdē
dū eū qui erat eligendus. ſicut legit̃ in chro
nicis de beato fabiano. Unde fiebant pōti
fices hoīes diſcreti hoīes ꝯſciētiati ⁊ hoīes
mirabiliū operatiui. Quod quidē quando⸗
cunqꝫ accideret: poſſet dici de tali electo pon
tifice illud Geñ. ij. Spirauit in faciē eiꝰ ſpi
raculū vite: ⁊ factus eſt homo in animā vi⸗
uentē. Spirauit ſcꝫ deus in faciē eiꝰ ſcꝫ ec⸗
cleſie, id eſt in collegiū electoꝝ ſummi pon⸗
tificis ſcꝫ cardinaliū. Quoꝝ collegiuꝫ recte
facies dicitur: ex eo ꝙ facies eſt eminētior
⁊ nobilior pars corporis, ⁊ ſic eminentior
pars eccleſie ⁊ etiā nobilior eſt ipꝫ collegiū
cardinaliū. Unde in iſta facie debet eſſe vi⸗
ſus prouidentie: auditus obediētie: olfactꝰ
prudentie: os eloquentie: dentes iuſticie: ⁊
guſtus etiā ſapientie. Debet etiā eſſe mun⸗
da hec facies a macula auaricie: luxurie ⁊ ſu
perbie. Alioquin dicetur eccleſie faciē tuam
laua. Nec dubiū ꝙ ſi bene eſſet munda hec
facies ꝙ ſuſciperet ad eligenduꝫ paſtorem
idoneū a deo ſpiraculū vite: ita ꝙ fieret pa
ſtor qui eſſet homo in animā viuenteꝫ: qui
eſſet in quā homo non brutū per inſipientiā
⁊ habens animā: id eſt conſcientiaꝫ: ⁊ eſſet
viuens non mortuus. Et talis eſſet idoneꝰ
⁊ dignus eccleſie pontifex ſcilꝫ qui eſſet diſ⸗
cretus: qui eſſet conſcientiatus: qui eſſet vi
uus, quia vita ſm̃ phm̃ ex motu manifeſta
tur ⁊ ſenſu. Et ſic viuentē oportet eſſe pon⸗
tificem ꝙ ſentiat ſubditoꝝ defectus ⁊ mo⸗
ueatur ad eoꝝ profectus. ¶ Secundo nota
in auctoritate inducta eccleſie prefiguratio
nem: cū dicitur iſraeli: quia per iſraelē ſigni
ficatur eccleſia, id eſt fideliū chriſti populꝰ,
cui iſte noſter dominus defunctus hactenꝰ
fuit paſtor ⁊ pater. ℞ Eſt aūt triplex ratio
quare iſrael ſignificat ſtatū eccleſie. Primo
ratione pugne. Secundo ratione victorie.
Tertio ratione hereditatis promiſſe. Hoc
eñ nomen iſrael impoſitū fuit iacob poſt lu
ctam ⁊ victoriā quā habuit de angelo in iti
nere exiſtens: quando ipſe angelus dixit ei
Gene. xxxij. Nequaꝙ̃ iacob appellabit̃ no⸗
men tuū: ſed iſrael. Quoniā ſi cōtra deū for
tis fuiſti: quantomagis contra homiues p̄
ualebis? Et in hac lucta ⁊ victoria figurat̃
impugnatio quam debebat habere populꝰ
iſrael ne ingrederetur terram promiſſionis
⁊ etiam victoria quam debebat contra ho⸗
ſtes habere. Ulterius figurabatur in hoc
impugnatio eccleſie chriſti ⁊ victoria de ini
micis. Primo ergo de impugnatione vnuꝫ
exemplum figurale ponamus. Dicitur eniꝫ
Exodi decimoſeptimo ſic. Uenit amalech ⁊
pugnauit contra iſrael in valle raphidim.
Iſta eſt figura impugnatōnis eccleſie: qua
impugnata eſt a mundo perſequente: vel
quam nunc quotidie patitur in ſuis fideli⸗
bus a diabolo tentante. Nam Amalech in
terpretatur lambens ſanguinem, ⁊ ſignifi⸗
cat infideles ⁊ tyrannos mundi: qui ſitien⸗
tes ſanguinem fidelium ⁊ qui fidem eccle⸗
ſie perſequentes: multorum martyrum ſan
guinem effuderunt. Nunc auteꝫ ſignat dia
bolum: quia canis quando lambit parapſi⸗
dem vel inciſorium vacuum: oſtendit ꝙ ar
denter deſideret cibuꝫ. Unde qui nimis ar
denter cibum appetit ⁊ querit: dicitur eſſe
leccator. Sic ergo quia diabolus damnati⸗
onem noſtram quaſi cibum ardenter deſi⸗
derat: leccator ſeu lambens vocatur. quia
ipſe totus ardet deſiderio mortis noſtre. ⁊
ideo modum aquile habet. De qua dicitur
Iob trigeſimonono. ꝙ pulli eius lambunt
ſanguinem. Habent etiam modum canum
De quibus ſecundi Regum vigeſimoſecū⸗
do. Linxerunt canes ſanguinem eius. Un⸗
de poteſt dici de diabolo ꝙ ſanguinem ſan
ctorum ſine intermiſſione ſitiebat. Sed ſe⸗
quitur in iſto Amalech ꝙ impugnabat iſra
el. Iſrael interpretatur vir videns deum. qd̄
ſignat fideles eccleſie qui vident deum per
fidem: ⁊ qui ſūt de parte dei, ⁊ idcirco a dia
bolo acrius impugnantur: ꝙ̃ qui ſunt de
parte diaboli. Nam rex non pugnat contra
homines ſuos: ſed contra homines aduer⸗
ſarij ſui. Sic nec diabolus contra infideles
vel malos qui ſunt in dominio ſuo. quia il⸗
los oppugnare negligit: quos quieto iure
poſſidere ſe ſentit. vt dicit Gregorius. ſed
contra illos pugnat qui ſunt de parte dei: ⁊
qui non curant de regno diaboli. tertij Re⸗
gum vigeſimoſecundo. Rex autem ſyrie ſ
ſcilicet diabolus precepit principibus cur⸗
ruum dicens. Non pugnabitis contra ma⸗
iorem vel minorem quempiam niſi contra
regem iſrael ſolum. Numeri vigeſimop̄mo
Cananeus qui interpretatur emulator id ē

diabolus qui inuidet homini pugnauit cō-
tra regē iſrael. Sʒ ſeqꝉ. in valle raphidim q̄
interpretatur diſſolutio fortium. Hac eniʒ
intentione impugnat diabolus vt diſſoluat
fortitudinē hominis ⁊ euʒ proſternat. So
let dici quando vnus luctatur cū multis ⁊
plures fortes proſternit: iſte eſt bonus lu-
ctator. Sic diabolus multos proſternit: q̄
tamen eſſent fortes ſi vellent: ſed ipſi cadūt
propter ſuam miſeriam: ⁊ pauci fortes in-
ueniunt hodie. Ideo diabolus multos ele-
uauit in ſolio ſuperbie: alios proſtrauit ca-
ro in lutum luxurie: alios incluſit mundus
in foueam auaricie. ij. Reg. i. Inclyti tui iſ-
rael ſuper montes tuos interfecti ſunt. Et
ſequitur. Ceciderunt fortes in prelio. Un-
de diabolus habet fortiſſimum luctatorem
ſcʒ mulierū concupiſcentiam: que etiam for
tiſſimos ꝓſternūt ⁊ occidūt. Prouerb. vij.
Multos vulneratos ſcʒ per conſenſum de
iecit ſcʒ in peccatū actuale: ⁊ fortiſſimi qui-
qꝫ interfecti ſunt ab ea. Et fortiſſimus cor-
pore vt ſanſon. ⁊ fortiſſimus animo vt da-
uid: ⁊ ſapientiſſimus etiam ſalomon. Se
cundo iſrael ſignificat eccleſiam xp̄i ratiōe
victorie. quia ſolis fidelibus qui ſunt in ec-
cleſia: data ſunt arma potētia ad expugnā-
dum ⁊ vincendum diabolum ⁊ peccatum.
Et hec figura tangitur Exodi. xvij. vbi dici
tur. Cum eleuaret moyſes manus vince-
bat iſrael. Ubi tangitur triplex armatura: q̄
facit hominē potentem ad diabolū vincen
dum. Prima eſt fidei firmitas: quā ſignifi-
cat iſrael: qui interpretatur videns deum.
ſcʒ per fidē. i. Petri. v. Aduerſarius veſter
diabolus tanq̄ leo rugiens ⁊c̄. Alia arma
tura eſt ſacramentalis gratie puritas: quā
ſignificat moyſes qui interpretatur ſumpt'
ex aquis. ſcʒ baptiſimi vel penitentie: quib'
purgantur peccata. Tertia armatura eſt bo
ni operis aſſiduitas: quam ſignat eleuatio
manuū. Ubi nota ꝙ in manu ſunt quinqꝫ
digiti. Primus eſt pollex. qui poteſt dici a
pollicendo: ⁊ ſignat ſpem que eleuat reſpe-
ctu ſupernorū. Secund' eſt index: ⁊ ſignat
mortē que nos facit reſilire a peccatis pro-
pter penā eternoꝝ ſuppliciorꝝ. Tertius di-
citur medius: qui eſt elemoſyna data pau-
peribus: que eſt mediatrix inter nos ⁊ deū
Quartus eſt medicus: qui ſignat ieiunium
qḋ carnem domat: animaʒ conſeruat: ⁊ pe
ſtes anime eneruat. Quintus eſt auricula-
rius: qui ponitur in aure. ⁊ ſignat oratiōnē
que i aures domini intrat. Leuemus ergo
digitos iſtos ⁊ ita vincemus diaboluʒ. ps.
Qui docet manus meas ad prelium: ⁊ di-
gitos meos ad bellum. Tertio nota in au
ctoritate inducta ⁊ diuiſa ſuperius: cure diſ
penſationem: quia pater eſt ad quem prin
cipaliter pertinet cura ⁊ diſpenſatio totius
domus: id eſt totius eccleſie. Sed aduertē
duʒ eſt ꝙ paternitas ſiue pater tria impor
tare videtur. ſcʒ prioritatem: vnitatē: ⁊ cō-
municabilitatē. Prioritatem quidem: quia
pater eſt natura prior filio. imo etiam tem-
pore in hominibus. quia ſicut precedit filiū
ordine nature: ita debet precedere etiā exē
plo vite. vnde debet eſſe talis ꝙ opera eius
virtuoſa ſint filijs in exemplum. Propter
quod dominus dixit iudeis. Ioh. viij. Si fi
lij abrahe eſtis: opa abrahe facite. Hoc au-
tem precipue cōpetit patri ſpirituali: ⁊ ma-
xime ſummo pontifici qui omniū pater ē.
⁊ ideo omnibus dare debet exempla bene
viuendi: ita ꝙ mereatur dicere cuilibʒ chri
ſtiano illud Hiere. iij. Patrē vocabis me: ⁊
poſt me ingredi non ceſſabis. Item pater i
portat vnitatē. quia bene poteſt vnus pať
plures filios habere. ſed non poteſt vnus fi
lius habere plures patres ſcʒ naturales. ſi-
cut etiam eccleſie filij vnū tm̄ habent patrē
generalē ⁊ ſpiritualem in terris: ſcʒ ſummū
paſtorem. ſcʒ quia chriſtus dixit iudeis Io
hannis. x. Alias oues habeo que non ſunt
ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere. ⁊
vocē meā audient: ⁊ fiet vnuʒ ouile ⁊ vnus
paſtor. ⁊ ille paſtor eſt paſtor omniū. Unō
dicitur Matthei. xxiij. Unus eſt pater ve-
ſter. Et ſicut iſte eſt paſtor ⁊ pater vnus: ita
etiam debet filioꝝ id eſt chriſtianoꝝ non di
uiſiuus eſſe: ſed iunctiuus ⁊ pacificatiuus.
vt ſequatur exemplū chriſti: qui etiam mo-
ri voluit vt filios dei qui erant diſperſi cō-
gregaret in vnū. prout dicitur Ioh. xi. Iteʒ
pater importat cōicabilitatē. quia ſcʒ ꝑ ge-
neratione cōicat filio ſuū eſſe: ⁊ inſuper per
gubernationem cōicat bona ſua: dando ali
menta: veſtimenta ⁊ alia neceſſaria. Sic ſū
mus paſtor ⁊ pater eſſe ſpirituale ⁊ virtuo-
ſum quod in ſe habere debet: etiam filijs ſu
is ⁊ ſubditis cōmunicare debet per doctri-
nam ⁊ bona exempla: ⁊ inſuper prouidere
pauperibus abundanter ⁊ alimenta ⁊ veſti
menta ⁊ alia neceſſaria: ſicut faciebat bea-
tus Gregorius. ita vt poſſint dicere finali-
ter illud Iob. xxix. Pater eram pauperum.

## Secundo in themate

assumpto potest notari de isto sanctissimo
patre affectus charitatis. quia noster, scilz
pro pter affectum charitatis ad nos: ita vt
vere dicere sibi potuerimus illud Esa. lxiij.
Tu enī pater noster es, pater scz prelatione
sed noster affectione ⁊ etiā humilitatis sub
iectione. Fuit ergo nobis pater paternita-
te preparatiōis. Unde Deutero. xxxij. Ipse
est pater tuus qui possedit te, scz iure prela
ture. Et ideo si obedire tenemur parentibꝰ
carnalibus: multo magis summo patri spi-
rituali. Heb. xij. Patres carnis nostre ha-
buimus eruditores ⁊ obediebamꝰ eis: al's
reuerebamur eos. Non multo magis obtē
perabimus patri spirituū: id est spiritualiū
filiorū. Sed vlterius iste pater dicitur esse
noster et spirituali affectiōe, in qua non so
lū erat vt pater: sed etiā vt amicus, ita vt di
ci possit de ipō illud Ioh. xi. Amicus noster
dormit. scz dormitione mortis: que assimi-
latur dormitioni propter quietē a labore: ⁊
propter spem excitationis: id est future re-
surrectionis a mortuis. Potuit etiā dici no
ster ex humilitatis reputatione. quia ꝙuis
esset dominus: tamen reputabat se seruum
oīum seruorū dei, et hic est cōis titulus in
litteris summorꝫ pontificū, ⁊ quātū ad hoc
non differt a seruo cū sit dominus omniū.
Sic ergo summi pontifices debent esse vt
serui in sui reputatione: sed tamen domini
sunt dignitatis prelatiōe. Iuxta illud Thre
norꝫ. v. Serui dominati sunt nostri. Unde
⁊ quidā dixit. Erant tibi roma olim domi-
ni dominorꝫ: serui seruorꝫ nunc dominātur
tibi. Unde debent esse solliciti pro subditis
sicut serui pro dominis. Marc. x. Quicun-
qꝫ voluerit inter vos primus esse: erit oīm
seruus. i. Corꝫ. ix. Omniū seruū me feci. D

## Tertio quoqꝫ i thema-

te assumpto notatur defectus corruptibili-
tatis: quia mortuꝰ est. Ubi notandum ꝙ si
cut medicina amarissima de se non est ap-
petibilis: nisi inquantum perducit ad sani-
tatem: nec pugna nisi ꝑducat ad victoriam
sic nec mors est appetibilis: cum sit malum
nature ⁊ priuatio vite: nisi solum quantum
perducit ad meliorem vitam, ⁊ hec est vita
beata que in solo deo habetur. Et quia pie
credere possumus ꝙ hic pater noster san-
ctissimus qui nunc defunctꝰ ē: ad illā bea-
tam vitam vel iā transierit: vel saltē cito sit
transiturus: ideo possit nobis lugētibus di
cere illud Gal. ij. Mortuus sum vt deo vi-
uam. In quibus quidem verbis duo no
bis de suo statu insinuat.

Nam primo quidem ostendit se pertrāsi-
isse terminum vite temporalis siue natura
lis: cum dicit mortuus sum.

Secundo vero insinuat se peruenisse ad
premia vite īmortal': cū subdit vt deo viuā.

Circa primū notandum est ad hoc ꝙ ex
eo ꝙ est mortuꝰ assecutus esse creditur tri-
plicem libertatem. Primo quidē libertatē
a peccato: quia non potest a peccato de cete
ro maculari. Nam ꝙdiu anima est in corpo
re corruptibili: habet voluntatem vertibilē
ad bonum ⁊ ad malum: nec est aliquis in
carne viuēs qui possit ex toto absolui a pec
cato: nisi per gratiam specialem sicut beata
virgo maria fuit. Et ratio huius est: quia lꝫ
voluntas nō possit cogi a carne: tm̄ qꝛ mul-
tum inclinatur ab ea propter vehementes
passiōes: quas homo a corpore patitur. vo
luntas ad malū impellitur. Propter quod
dicit apostolus Roma. vij. Infelix ego ho
mo quis me liberabit de corpore mortis hu
ius, id est peccati, ⁊ propter talem impulsū
nullus est qui possit carere pecccato. Unde
prime Ioh. i. Si dixerimus quia peccatū
non habemus: ipsi nos seducimus: ⁊ veri-
tas in nobis non est. Sꝫ ab hoc liberamur
per mortem. quia si homo sine peccato de-
cedit: ita confirmatur in bono ꝙ nō potest
flecti ad malum. Illi enim qui moriuntur:
aut sunt boni aut mali. Sed post mortē. si
cut dicit Augustinus: bonis voluntas: ma
lis vero facultas non potest esse peccandi.
⁊ ita mortui amplius peccare non possunt.
⁊ ideo etiam in damnatis mala voluntas
ponitur esse pena non culpa. Unde iste pa-
ter noster qui per penitentie sacramentum
⁊ per alia sacramenta que deuote assumpsit
purgatus a peccato recessit ⁊ ꝑ mortē ipā
hanc libertatem accepit. vt amplius nō pos
sit a peccato maculari. Unde Rom. vi. Qui
mortuus est iustificatus est a peccato. Se
cundo ex eo ꝙ ē mortuꝰ liberatus est a mū-
do vt non possit de cetero vel ab eius prospe
ritate decipi: vel ab eius aduersitate turba-
ri. Nam sicut in mundo est varietas ⁊ mu
tabilitas nature: ita ⁊ fortune. Mutabili-
tas nature apparet in elementorum quali-
tatibus: quia vno tempore dominant ele-

menta inferiora ſcilȝ quando ſol vadit ver
ſus capricornū:⁊ alio tempore dominātur
elementa ſuperiora, vt quādo ſol vadit ver
ſus cancrū:⁊ tunc incipit fieri generatio, ⁊
ſm̄ hanc mutationē generantur frigora ⁊
calores venti ⁊ pluuie. Itē apparet muta-
bilitas nature in tempoꝝ viciſſitudinibus:
ſm̄ quattuor tempora anni quibus diſtin-
guitur tempus. ſcȝ ver:eſtas:autumnus: ⁊
hyems. quia ſol in duobus tropicis ſcȝ can
cro ⁊ capricorno facit eſtatē ⁊ hyemē:⁊ in
duobus equinoctialibus punctis que ſunt
aries ⁊ libra facit ver ⁊ autumnū. Apparet
etiam mutabilitas nature in hominibus ex
varietate etatū ⁊ complexionū ⁊ diuerſorū
accidentiū. Hic eſt in hominibus mutabili
tas fortune ſm̄ proſperitates ⁊ aduerſita-
tes quas patiuntur diuerſimode ſm̄ diuer
ſas miſerias. Propter quod dicebat Boe-
cius in p̄mo lib de cōſolatione phie. Quid
me felicē totiens iactaſtis amici. Qui ceci-
dit ſtabili non erat ille gradu. Nec eſt aliq̄s
tā magnus aut felix qui frequenter non pa
tiatur aduerſa ⁊ animū ſuū perturbatiua:ſi
ue ſit papa ſiue quicūq̄ʒ alius. Unde valeri⁹
maximus dicit ꝙ nulla eſt prorſus tanta fe
licitas que dētes malignitatis euadere poſ
ſit. Et Boecius quoq̄ʒ dicit ꝙ humane feli-
citatis dulcedo multis amaritudinibus eſt
reſperſa. Sed per mortē ereptus eſt pater
noſter defunctus ab omnibus huius mun
di laboribus ⁊ varietatibus ⁊ anxietatib⁹.
Et ex iſta parte mors videtur quibuſdam
hominibus eſſe melior ꝙ vita. Unde Iho
bie. iij. Expedit mihi mori magis ꝙ viuere.
Et Eccl's. iiij. Laudaui magis mori ꝙ vi-
uere. Tertio quia mortuus eſt liberatus a
prauoꝝ conſortio. Maloꝝ em̄ collegium ⁊
conſortiū periculoſum eſt ⁊ ſubditis ⁊ pre-
latis. Subditis quidē eſt frequenti⁹ ad ma
gnū impedimentuȝ ſalutis. Propter quod
beato Arſenio querenti viā ſalutis:vox de
celo dixit. Arſeni fuge homīes ⁊ ſaluaberis
Naȝ ſicut nos videmus ꝙ elementa vbi ſe
contingunt alterantur ⁊ corrūpuntur a ꝓ-
prietatibus ſuis, ſicut terra ab aqua hume
ctatur:⁊ aer infrigidatur:⁊ ab igne īflāma-
tur:ita homo a prauo cōſortio cui adheret
inficitur aut in vita:aut ſaltē in fama. Un-
de vnus prauus homo inficit vnā totā con
gregationeȝ:⁊ vna ouis morbida corrūpit
totū gregē:⁊ vnus malus humor totū cor-
pus. Et ſicut etiā dicit apl's. i. Coꝛ. v. Mo
dicū fermentū totā maſſam corrūpit. Pro-
pter qd̄ ⁊ Aug. in regula iubet tales eijci de
monaſterio:ne contagione peſtifera pluri-
mos perdant. ſicut medic⁹ putridū mēbrū
abſcindit ⁊ malū dentē extrahit de maxilla.
Unde diligenter dȝ ſe quilibet cuſtodire a
praua ſocietate. q: qui tetigerit picē inqui-
nabitur ab ea. Eccl'i. xiij. Eſt etiā periculo-
ſum prelatis habere maloꝝ hoīm contuber
niū:q: qn̄q̄ʒ prelat⁹ decipit̄ coruȝ conſilijs.
Itē q: ex maloꝝ familiaritate ⁊ adherētia
credit̄ ip̄e min⁹ bon⁹. Unde Bern̄. ad Eu-
geniū dixit. Tu ne ſanū dixeris dolentē la-
tera:neq̄ʒ bonū innitentē malis. Preterea
ſi prelatus ſentit in collegio malos viros ſi
corrigit eos hȝ īplacabile belluȝ: ſi ſuſtinet
⁊ non corrigit fit particeps prauitatis eo-
rū. ſed melius eſt bellare ꝙ prauū fieri. ſed
illud ampli⁹ moleſtū. Sed ab his homo bo-
nus per mortē liberatur, quia ſi bn̄ moritur
exit de conſortio prauoꝝ ⁊ tranſit ad cōſor-
tiū ſanctoꝝ āgeloꝝ. q: ſcȝ ſancti in celo ſm̄
Greg. ad angeloꝝ ordines aſſumunt̄. In
cuius ſignū dicitur Luce. xvi. Factū eſt vt
moreretur mendic⁹ ⁊ portaret̄ ab angelis
in ſinū abrahe. per quē ſinū intelligitur req̄
es beatoꝝ. Secundo in auctoritate indu-
cta oſtenditur hic pater noſter defunct⁹ ꝑ
ueniſſe ad premiū vite īmortalitatis: cū di
cit vt deo viuat. Nā licet ſit mortuus mun-
do viuit cū deo. ⁊ mors quidē fuit tranſito-
ria ⁊ vita eſt ꝑpetua. q: ſicut dicitur de chri
ſto Roma. vi. Mors illi vltra non dn̄abit̄
ꝙ em̄ mor. ⁊c. Et hec ē vita gaudioſa quā
ſcȝ hȝ in deo. ſm̄ illud Abacuch. iij. Ego au
tē in dn̄o gaudebo, ſcȝ gaudio interiori vi-
dendo diuinitatē ⁊ exultabo ī deo ieſu meo
ſcȝ exultatione etiaȝ exteriori videndo ieſu
humanitem. Ad quam ⁊c.

In funere viri⁹ cardinalis. Sermo. III.

Vidi dominū ſtan-
tē ſuper altare: ⁊ dixit. Percute
cardinē ⁊ cōmoueantur ſuperli-
minaria. Amos. ix. Nos videmus in bellis
accidere ꝙ qn̄ illi qui fortiores ſunt ⁊ pro-
biores percutiunt̄ ⁊ ꝓſternunt̄ ⁊ non valēt
reſiſtere hoſtibus: ꝙ alij terrentur ⁊ fugiūt
Unde dicitur. i. Reg. xvij. ꝙ videntes phi
liſtei ꝙ mortuus eſſet fortiſſimus eorū: ſcȝ
Goliath: fugerunt. Et in eodē capl'o. xxxi.
dicitur ꝙ videntes filij iſrael qui erāt trās
vallem ⁊ trans iordanem ꝙ mortuus eſſet

ſaul ⁊ tres filij eius: reliquerũt ciuitates ſu-
as ⁊ fugerunt. Conſtat aũt ꝙ poſt ſummũ
pontificẽ potentiores ⁊ maiores ſunt in ro-
mana eccleſia dñi cardinales. Et ideo quã-
do aliquis eoꝝ a morte percutitur ⁊ proſter
nitur: ⁊ velit nolit eijcitur ab omni gloria
ſua: nec morti reſiſtere poteſt quin priuet
eũ capello: inferiores prelati ac miores de
rici magis terreri ⁊ cõmoueri debent: ⁊ ad
compunctionem ⁊ fugã peccati: ⁊ ad contẽ
ptum mundi: ⁊ ad preparationem ſui. Et
hoc qđ: licz figuratiue: innuitur in verbis
propoſitis. vbi dicit ꝙ dominus dixit ſcilz
morti percute id eſt fecit vt percuteret. quia
dei dicere eſt facere: cardinem id eſt cardi-
nalem. ⁊ ſequitur. ⁊ cõmoueantur ſuperli-
minaria. id eſt ceteri prelati. Dicit ergo me
um thema. Vidi dominum ſtantem ⁊c. A
In quibus verbis de iſto reuerendo dño
cardiali defũcto. iiij. Amos ꝓpħa deſcribit.
Et primo quidẽ officiũ ſanctitatis: cũ di-
cit vidi dominum ſtantem ſuper altare.
Secundo ſtatũ dignitatis. cũ ſubdit car-
dinem: id eſt cardinalem.
Tertio obitũ humilitatis: cũ addit̃ ꝑcute.
Et quarto exemplum vtilitatis: quia com
moueantur ſuperliminaria.

Circa primũ attenden

dũ eſt ꝙ dominus quẽ vidit: ſ. chriſtus eſt: ꝙ
ſtare ſuper altare dicitur quando ſuper al-
tare offertur ſiue ſacrificatur in miſſa. Et i
hoc innuitur precipuũ officiũ ipſoꝝ cardia
liũ quod eſt officiũ ſanctitatis. quia omniũ
cardinaliũ officium precipuũ eſt ſicut ſcitis
circa altaris miniſteriũ ſiue ſacrificiũ deſer-
uire. Nam quidã eoꝝ ſunt epiſcopi: quidaz
preſbyteri: quidaz vero diaconi. Epiſcopi
quidẽ quoꝝ tituli ſunt ſeptẽ. vt hoſtienſis:
portuenſis: albanenſis: peneſtrinus: ſancte
rufine: ⁊ tuſculanus. Preſbyteri vero cardi
nales. xxviij. numero diuiſi per numerũ ſe-
ptenariũ reſiduis quattuor patriarchalib⁹
eccleſijs ſunt intitulati ad celebrandũ. Dia-
coni vero cardinales ad miniſteriũ domi-
ni pape deputati ſunt. xvi. Sed attendite
quales miniſtros oportet eſſe domios car-
dinales vt circa altare domini ⁊ circa etiã
eccľie dei regnũ dignũ poſſent miſteriũ ⁊ ob
ſequiũ exhibere. Hoc eniz propheta in pſ.
oſtendit breuiter dicens. Lauabo inter in-
nocentes ⁊c. vt audiã vocẽ laudis ⁊c. In
quibus quidem verbis oſtendit eis quinqz

Primo quales debeant eſſe in operatione:
quia debent habere opera munda. ⁊ ideo di
cit Lauabo manus meas. gloſa. id eſt mun
da faciã opera mea. Et ſi queris quomodo:
reſpondet gloſa. penitendo ⁊ confitendo. q̃ſi
dicat. etſi non poſſit fieri quin aliquando in
quinentur: frequenti tamẽ penitudine ⁊ cõ
feſſione lauentur. Sed ne periculoſa lepra i
ficiantur ſcz ſimonie attendendum eſt illud
Iſa. xxxiij. Qui proijcit auariciã ex calum-
nia excutit manus ſuas ab omni munere.
⁊ ſubdit. Hic in excelſis habitabit. Debz er-
go ſic manus excutere vt ex acceptis mune
ribus nõ efficiatur ſimoniac⁹. Vñ Iob. xv.
dicitur ꝙ ignis ſcz inferni deuorabit taber
nacula eorum: id eſt animas vel etiam cor-
pora qui munera libenter accipiunt. De q̃-
bus etiam dicitur. i. Regũ. viij. Acceperunt
munera ⁊ peruerterunt iudiciuz. Et ideo fa
ciendum eſt ſicut legitur Iacobi quarto.
Emundate manus peccatores ⁊ purificate
corda duplices animo. Secundo oſtendit
propheta qualis debeat eſſe cardinalis mi-
niſter domini in conuerſatione. quia inter
innocentes ſcilicet cõſeruari debet. ſed hoc
non poteſt facere ſi habet malos familiares
malos amicos cõſiliarios aut domeſticos
cupidos blandientes deceptores aut ini-
quos. Dicunt ergo aſtrologi ꝙ planete qui
de ſe ſunt beniuoli ex coniunctione maloꝝ
efficiuntur maliuoli. Sicut iuppiter eſt pla
neta beniuolus: ⁊ tamen dicunt ꝙ ſi coniũ
gitur marti qui dicitur planeta maliuolus:
efficitur non bonus. quia cauſabitur vt di-
cunt ex tali coniunctione: que dicitur coniũ
ctio media: corruptio aeris ⁊ guerrarum.
De luna etiam dicunt ꝙ quando coniungi
tur bonis eſt bona: ⁊ cum malis eſt mala.
verbigratia. dicunt enim ꝙ ſi luna coniun-
gatur cũ ſaturno: qui propter exceſſuz frigi
ditatis ⁊ tarditatis motus dicitur planeta
maliuolus: tunc luna ei coniuncta dicitur i-
fortunata: ita ꝙ tũc non eſt bonũ dare me-
dicinas nec aliqđ op⁹ incipere corporale cu
ius q̃rit̃ bonitas finis. Si vo ꝯiũgat̃ luna
ioui q̃ đr planeta beniuol⁹: tũc ẽ fortunata.
⁊ tũc ẽ bonũ incipe opa quoꝝ q̃rit̃ bonitas
finis. Sic g̃ accidit i hoīb⁹ teſtãte pſ q̃ ait.
Cũ ſancto ſanctus eris ⁊ cũ innocente ⁊c.
Tertio oſtendit qualis dz eſſe in interiori
cõpoſitiõe: cũ dicitur circũdabo altare tuũ.
qđ glo. exponit de altari interiori. ſ. cordis.
q: dz circũdari. i. ornari virtutibus: alioqn

non digne miniſtraret ad altare chriſti ex⸗
terius. Non enim ſine myſterio cum pre⸗
cioſis ⁊ varijs veſtibus miniſtrat ad alta⸗
re: quia ille veſtes precioſe ⁊ varie exterio
res ſignificant interiores veſtes ⁊ habit⁹
diuerſarū virtutum: quibus mentes eoꝝ
debent circundari ⁊ ornari. ſm illud pš.
Aſtitit regina. ſcʒ altari: tibi miniſtrando.
Regina: id eſt anima cuiuſlibet miniſtri q̄
in libertate arbitrij creata: facta ē vt domi⸗
netur omnibus paſſionibus corporis ⁊ oī⸗
bus que mundi ſunt tanꝙ regina quedam
⁊ ſponſa regis eterni. Sed aſtitit a dextris
tuis: id eſt in intentione eternoꝝ bonorum
vel quia corpus chriſti ad quod ordinatur
om̄e miniſteriū altaris modo eſt a dextris
id eſt in vita immortali: quod tamē primo
fuit a ſiniſtris ſcʒ dū fuit in carne mortali.
Sequitur. in veſtitu deaurato: id eſt in or⸗
namento bonoꝝ operū: que debent eſſe de
aurata: id eſt auro charitatis informata
circundata: id eſt adornata etiā varietate.
aliarū virtutū. ¶ Quarto oſtenditur in au⸗
ctoritate allegata ⁊ diuiſa ſuperius qualis
debeat eſſe in dei veneratione: cū ſubdit. vt
audiā vocē laudis tue, non mee. Non enim
debet delectari in vocibus ⁊ verbis blandi
torum necʒ in vocibus vanarū cantilenaꝝ
aut in ſono viellarū ⁊ muſicoꝝ: ſed in voci⸗
bus diuine laudis ⁊ officij in quo deus lau
datur. ⁊ hoc eſt quando diuinū officiū quo
tidie ⁊ audiunt ⁊ dicunt integraliter. Unde
dicebat pš. Benedicā dn̄m in oī tpe: ſemꝑ
laus eius in ore meo. Et idē. Septies ī die
laudē dixi tibi ⁊c. ¶ Quinto oſtenditur qua
quiritur in plebano ⁊ rectore ꝙ ſit homo ſa
ne ⁊ fructuoſe doctrine. ⁊ ideo dicitur in au
ctoritate inducta ꝙ erudit plebẽ ſuaʒ. Iſta
eruditio fit duobus modis ſicut dicit gloſa
ſcʒ verbo ⁊ exemplo. ⁊ plus ad bene agen-
dum erudit homo exemplo q̃ꝫ verbo. Et ra
tio eſt: quia ſimile generat a ſimili, ſicut ho
mo ex homine: ⁊ equus ex equo: ſed magi
ſimile eſt operi factũ ſiue facti exemplũ q̃ꝫ
verbũ. ⁊ ideo magis inducitur homo ad bo
na opera per exemplũ operis q̃ꝫ per verba
tm̃. ⁊ ideo vtroqꝫ modo debet erudire plebẽ
ſuaʒ. Eccli.xviij. Docet ⁊ erudit quaſi pa-
ſtor gregem ſuum. ¶

¶ Tertio in themate aſ-
ſumpto ponitur aliquid quoad triſticiã ſcʒ
plaga magna: qua percuſſi ſumus in pcuſ-
ſione mortis iſtius patris noſtri. Legitur
enĩ in veteri teſtamento ꝙ quando morie-
batur aliquis rector ſeu princeps multitu-
dinis qui bene ⁊ vtiliter rexiſſet populum:
ꝙ tota multitudo triſtabatur ⁊ plangebat:
quia ſcʒ in plaga mortis eius totus popu-
lus reputabat ſe percuſſum propter magnũ
dampnum ſuum ex carentia eius. ſicut mor-
tuo moyſe eũ planxerunt omnes filij iſrael
triginta diebus. Deutero. vltimo. Itẽ mor
tuo ſamuele qui fuerat index populi congre
gatus eſt omnis iſrael ⁊ planxerunt eũ ni-
mis.i. Reg.xxv. Et mortuo Iuda macha-
beo i prelio: qui fuerat dux inclytus popu-
li ſui: fleuit eum omnis populus iſrael plan
ctu magno: ⁊ lugebant dies multos.i. Ma
chabeorum.ix. In percuſſura ergo ⁊ plaga
mortis iſtius patris ſpiritualis: qui ſua mi
ſericordia erat ſuſtentator egenoꝝ: ſua ſa-
pientia eruditor indoctorum: ſua potentia
defenſor oppreſſorum: ſua prudentia dire-
ctor deuiatorum: ſua iuſticia correctoꝛ vitio
rum: ſua gratia ⁊ beniuolentia concordator
inimicoꝝ. vere eccleſia iſta ⁊ plebs ei⁹ tota
pcuſſa eſt plaga magna. ⁊ idcirco oĩs popu
lus eius habet lugendi materiã. Unde vide
tur hodie hic impletũ qđ dicit.i. Reguʒ.vi.
Luxit populus eo ꝙ percuſſiſſet dñs ple-
bem plaga magna nimis. Rogemus tamẽ
eum qui vulnerat ⁊ medetur percutit ⁊ ma
nus eius ſanabunt: ꝙ ipſe ſanet plagam
noſtram animã iſtius patris noſtri in glo-
riam ſuam recipiendo: ⁊ de alio nobis ido-
neo patre ⁊ rectore bono prouidendo. cum
quo hic conſolemur in gratia ⁊ tandeʒ bea
tificemur in gloria. Ad quam ⁊c.

¶ In funere alicui⁹ ſacerdotꝭ. Sermo.VI.

Stet ante iudiciuʒ
cauſam reddens facti ſui ⁊ mo-
riatur ſacerdos. Joſue.xx. Con

ſuetudo dn̄oꝝ eſt exigere ratione͂ ab offici-
alibus ſuis:⁊ quibus maioꝛa facta pertra-
ctanda cōmiſerūt ab his diſtrictioꝛe͂ ratio-
nem exigūt. Sacerdos aute͂ eſt pꝛecipuus
officialis dei cui deus maximum officium
commiſit. ſicut eſt pertractare coꝛpus ⁊ ſan
guine͂ ſuū. ⁊ aīas hoīm poſſe ſoluere ⁊ liga
re:quas ita charas habet: vt pꝛo eis ſuum
coꝛpus tradiderit. vnde deus citat euz per
moꝛte͂ ad iudiciū ſuum vt reddat cauſam ſi
ue ratione͂ factoꝝ ſuoꝝ. Et ita nunc accidit
de iſto noſtro ſacerdote defuncto. de quo ex
perſona dei dicitur. Stet āte iudiciū ⁊c. ¶
In quibus quide͂ verbis tria deſcribuntur.

¶ Nam pꝛimo pꝛemittitur citatio hominis
cū dicitur. Stet ante iudicium cauſam red
dens facti ſui.

¶ Secundo ſubditur ſententia iudicis: cuz
dicitur. Et moꝛiatur.

¶ Tertio exprimitur dignitas oꝛdinis in eo
qd̄ ſubinfertur: ſacerdos.

## ¶ Circa pꝛimū notandū

ꝙ citatio fit ad duo. Pꝛimo eniz citatur vt
corā iudice cōpareat. vnde dicit. Stet ante
iudiciū. Secundo vt ratione͂ reddat:⁊ ideo
ſubdit. cauſam reddens facti ſui. Quoad ꝑ
ſonarū citatione͂ eſt ſciendū ꝙ ille qui vult
corā deo iudicante ſecurus cōparere ⁊ ante
eius iudiciū ſine ſuo pꝛeiudicio ſtare:debet
pꝛimo iura ſua diſcutere ⁊ pꝛeparare:vt ea
corā iudice poſſit ſecure pꝛoducere. Naz vt
apl̄us ait. i Coꝛ. xi. Si noſmeipſos dijudi
caremus:id eſt diligenter ad iudiciū pꝛepa
remus:non vtiq͂ a dn̄o iudicaremur:ſcꝫ iu
dicio condemnationis. Et idcirco tenere de
bet homo conſiliū ſapientis quod ſcribitur
Eccl'i. xviij. Ante languoꝛe͂ adhibe medici-
nam:⁊ ante iudiciuz interroga teipſum ⁊c.

¶ In quibus quidem verbis dat nobis du
plex conſilium.

¶ Unum contra culpam quando dicit. ante
languoꝛem adhibe medicinam.

¶ Et aliud contra penaz cū ſubdit. ⁊ ante iu-
dicium ⁊c.

¶ Pꝛimo ergo dat nobis cōſiliū de remedio
contra culpā:cū dicit ante languoꝛe͂ adhibe
medicinā. Nā qn̄ aliquis videt alique͂ ma-
lis humoꝛibꝰ plenū ⁊ ad maximā infirmita
te͂ diſpoſitū:dicere conſueuit. Opoꝛtet vos
aliquā accipere medicinā. Sic homo plenꝰ
malis humoꝛibꝰ. i. malis affectionibꝰ ⁊ ſan
guine coꝛrupto peccati:curari nequaq͂ po-
teſt niſi per pn̄ie medicinam expellant. ⁊ in
medicinis quide͂ coꝛpoꝛalibꝰ ita eſt ꝙ non
oēs poſſunt eas habere: ſed tn̄ in ſpirituali
bus bn̄ poſſunt. eo ꝙ ſummꝰ medicꝰ vnam
nobis medicinā fecit multū charā:⁊ q̄ ip̄m
multū grauauit. ſ. de ſanguie ſuo:que͂ tn̄ ex
ſua gratia exhibuit nobis gratis. ⁊ ideo q̄
recurrit ad pn̄ie medicinā curat:q2 virtute
hꝫ a paſſione xp̄i. vn̄ altiſſimꝰ de terra. i. de
carne ſua creauit medicinā: ⁊ vir pꝛudens
non abhoꝛrebit eaz. Eccl'i. xxxviij. Et vide-
mus ꝙ quāto languoꝛ ſeu infirmitas eſt ꝓ
lixioꝛ ⁊ magis radicata: tanto plꝰ hꝫ facere
medicꝰ. Incepit aūt languoꝛ peccati ab ip̄o
pꝛincipio mūdi:⁊ durabit vſq͂ in fine͂. non
ergo ſine magno grauamine fieri potuit vt
tale͂ medicꝰ xp̄s medicinam conficeret:que
oīa peccata curaret pꝛeterita: p̄ſentia ⁊ fu-
tura. ſicut facit paſſio xp̄i. Eccl'i. x. Lāguoꝛ
ꝓlixioꝛ grauat medicū. Magnꝰ doloꝛ e͂ qn̄
mater moꝛit in partu ⁊ oꝫ filios extrahi ꝑ
latꝰ. ⁊ ſic accidit de carne xp̄i. Ite͂ mater ma
ioꝛe͂ doloꝛe͂ ſuſtinet qn̄ parit plures natos:
q͂ qn̄ vnuz. Eſa. liij. Uere languoꝛes nr̄os
ip̄e tulit. Et ideo ad pn̄iam que medicina e͂
dꝫ recurrere infirmꝰ:q2 mediante pn̄ia ap-
plicatur nobis virtꝰ paſſionis xp̄i. Et ideo
ſicut xp̄s paſſus eſt in aīo triſticiā ⁊ in coꝛ-
poꝛe penā:ita ⁊ in aīa ⁊ in coꝛpe oꝫ peccato
rem:qui vult curari a languoꝛe peccati: fa-
cere pn̄iam. ¶ Secundū vero ſapientis cō-
ſiliū eſt de remedio contra penā:cū ſubditur
⁊ ante iudiciū interroga teip̄m'⁊c. Si eniz
aliquis iniuſtā habens cauſam eſſet a iudi
ce aut a poteſtate citatus certiſſime ſciens
ꝙ ſi comparuerit cū tali cauſa ad ſuſpe͂diū
condemnabitur: libenter talis ſi poſſet an-
te iudiciū placaret dn̄m ⁊ iudice͂ vt euadere
poſſet ſuſpendiū. Sic certe peccatoꝛ citabit
imo iam citatur ad diuinū iudiciū per infir
mitates vel ſenectute͂:⁊ habet malā cauſaz
cū qua ſi ad iudiciuz venerit ſuſpendetur. ⁊
ideo debet libenter ante pacificare deum:⁊
videre peccata ſua ⁊ interrogare ſeipſum ⁊
emendam facere deo. Sapientie pꝛimo. In
cogitationibus impij interrogatio erit. Et
ideo dicitur Eccl'i. xviij. Ante iudicium pa-
ra iuſticiam. ⁊ ſequitur illic. ⁊ inuenies pꝛo
piciationem. Eccl'i. xvij. Magna miſericoꝛ
dia domini ⁊ pꝛopiciatio illius conuertenti
bus ad ſe. ¶ Secunda citatio ad diuinū
iudicium eſt ad reddendaz rationem' facto
rum ſuoꝛum. ⁊ ideo ſubditur in themate.

cauſam: id eſt rationem reddens facti ſui.
Sed nota hic in iſta ratione reddenda tri-
plicé differentiam. Primã ex parte cauſe.
In hoc enim differt iudiciũ particulare qḋ
fit in morte: ⁊ iudiciũ generale quod fiet in
fine mundi de vnoquoqꝫ homie. quia in iu
dicio poſt morté agitur ſoluꝫ cauſa anime:
quia ſola anima iudicatur. Threno:uꝫ.iij.
Iudicaſti domine cauſam anime mee. Sꝫ
in finali iudicio ventilabitur non ſolũ cauſa
anime: ſed etiã corpis. Apoſtolꝰ.ij. Coꝝ.v.
Omnes nos manifeſtari oportet ante tri-
bunal chriſti: vt referat vnuſquiſqꝫ propa
corporis prout geſſit ſiue bonũ ſiue maluꝫ.
Secunda differentia ſumitur exemplo ra-
tionis reddende: quia in iudicio particula
ri poſt morteꝫ redditur ratio: non voce ſed
mente. Unde quidaꝫ frater predicator ap-
paruit poſt morté alteri fratri ſuo dicens ꝙ
tunc aſtiterat diuino iudicio ⁊ recepat ſen-
tentiã ꝙ pro quibuſdam culpis ⁊ negligen
tijs ſuis deberet ire ad penas purgatorij.
Sed anteꝗ̃ iret ad locũ purgatorij permiſ
ſum erat ſibi a deo vt appareret ei ad peté-
dum ſuffragia ab eo. Et ipe petiuit a defun
cto qualiter fit illud anime iudiciũ: ⁊ qualiť
reddiť ratio. Et ille reſpondit ꝙ fiebat mé
taliter ⁊ ſubito. quia ex preſentia dei illumi
nata erat anima eius ꝙ ſubito vidit in mé
te eius omnia facta ſua bona ⁊ mala: ita ꝙ
ipemet cognouit ⁊ iudicauit quali pena vľ
premio dignus eſſet. Et poſt promiſſa ſuf-
fragia diſparuit. Sic etiam dicit apoſtolus
.i. Coꝝ.iiij. ꝙ dominus illuminabit abſcon
dita tenebraruꝫ: ⁊ manifeſtabit conſilia cor
dium. Sed in iudicio generali ⁊ finali vbi
erunt tam boni ꝗ̃ mali cum corporibꝰ ſuis:
dicunt quidam ꝙ reddetur iſta ratio voce
corporali: ⁊ non tm̃ examinatione menta-
li. Et ratio eſt: quia chriſtus non iudicabit
tm̃ vt deus: ſed etiam vt homo. vnde eius
iudicium fiet vt dicunt non tm̃ modo diui-
no: ſed etiam modo humano. Et ex hoc ma
ius erit gaudiũ ſenſibile bonorum: ⁊ maior
dolor ⁊ confuſio ſenſibilis reproboꝝ. vnde
vt dicunt non erit hoc fruſtra: ſed vtiliter.
ſicut ⁊ corporalis apparitio chriſti iudicis.
Sed ſanctus Thomas de aquino dicit ꝙ
probabilius exiſtimatur ꝙ totũ illud iudi-
ciũ ⁊ quoad diſcuſſioneꝫ meritoꝝ quod eſt
rationé exigere: ⁊ quoad accuſationem ma
loꝝ ⁊ cõmendationé bonoꝝ: quod eſt ratio
nem approbare vel reprobare: ⁊ quoad ſen
tentiã vtrorũqꝫ quod eſt penã vel mercedẽ
determinare: mentaliter tm̃ perficieť. Si
eñ vocaliter facta ſinguloꝝ narrarentur: in
eſtimabilis magnitudo temporis ad hoc re
quireretur. ſicut etiaꝫ Auguſtinus dicit. xx.
de ciuitate dei. ꝙ ſi liber ex cuius ſcriptura
omnes iudicabũtur. vt dicitur Apocaľ. xx.
carnaliter cogitetur quis eius magnitudi-
nem aut longitudinem valeat eſtimare aut
quanto tépore legi poterit liber in quo ſcri
pte ſunt vniuerſe vite vniuerſoꝝ. Non au-
té minus tempus requiritur ad narrandũ
oretenus ſinguloꝝ facta ꝗ̃ ad legendum ſi
eſſent in libro materiali ſcripta. Unde pro
babile eſt ꝙ illa que dicũtur Matthei. xxv.
ꝙ dicet rex. Eſuriui ⁊c. nõ vocaliter ſed mé
taliter intelligenda ſunt eſſe proferenda.
Tunc ergo hoíes: ſicut dicitur. i. Petri. iiij.
reddent rationem ei qui paratus eſt iudica
re viuos ⁊ mortuos. Tertia differentia eſt
ex parte perſone iudicande, quia ſacerdos
non curatus habebit reddere rationeꝫ ſolũ
de factis proprijs: ſicut ⁊ quilibet alioꝝ ho-
minum. Unde Roma. xiiij. Unuſquiſqꝫ no
ſtrum pro ſe rationem reddet deo. Et ideo
dicitur in themate, reddens rationem fact
ſui: ſcꝫ a ſe cõmiſſi vel omiſſi. Reprobi eniꝫ
duplici de cauſa dãnabuntur. Primo quia
peccauerunt contra iuſticiam: tranſgredien
do ſcꝫ precepta iuſticie. Et ideo per iuſticie
ſententiam iuſte ⁊ digne damnabuntur: ad
penam inferni. Unde tunc cogentur dicere
illud Luce. xxiij. Nos quidem iuſte: ſupple
patimur. Nam digna factis recipimꝰ. Se-
cundo damnabuntur reprobi: quia peccata
non redemerunt per opera miſericordie. qꝛ
iudicium ſine miſericordia fiet illi qui non
fecit miſericordiam. ſicut dicitur Jacobi. ij.
Sãcti ergo in aliquo modo cũ reprobis cõ
ueniũt. primo qꝛ oés vel fere oẽs peccaue-
runt. ſed in hoc differũt: qꝛ peccata ſua per
opa miẽ redemerũt: ⁊ ꝓpterea ſaluabunť.
Propť qḋ Thob. iiij. dr ꝙ fiducia magna
erit corã ſummo deo elemoſyna: oibꝰ facien
tibus eã. Sed ſacerdos curatꝰ cui animaꝝ
cura cõmiſſa eſt: non ſolũ de factis ſuis ꝓ-
prijs oportebit ꝙ reddat rationeꝫ: ſed etiã
pro factis alienis. ſcꝫ parochialiũ ſuorum
⁊ animarũ ſibi cõmiſſaꝝ. Propter quod di
cebat apoſtolus Hebre. xiij. Obedite pre-
poſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis. Ipſi enim ꝑ
uigilant quaſi rationé pro animabus vr̃is
reddituri: vt cuꝫ gaudio hoc faciant: ⁊ non

gementes. C.

## ¶ Secūdo in aſſumpto

themate ſubditur ſententia iudicis: qui dixit moriatur. Conſueuerunt enī iudices cōdemnare reos ad morté ſcḋm formā ſtatutā in lege. Natura aūt humana in primis parentibus incurrit reatū mortis. quia comederunt cibū vetitū a deo ſub pena mortis. De quo Gene. ij. Quacūqꝫ die comederitis ex eo morte moriemini. Et ideo factū eſt a deo ſtatutū generalis legis: ꝙ omīs homo moriatur. Et de hoc ait apoſtolus Heb. ix. Statutū eſt homini ſemel mori. Sꝫ aduertendū ꝙ ſancti viri cupientes exire a malis huius mundi ab huius ſtatuti ſeu legis debito ſponte ſe exonerare expetunt. ſcꝫ mori appetendo ⁊ hoc a deo poſtulando. Cuius figura habetur Jone. iiij. vbi dicitur. Percuſſit ſol ſuper caput ione ⁊ eſtuabat. ⁊ petiuit anime ſue vt moreretur ¶ In quibus quidē verbis tangitur triplex ratio: quare ſancti viri libenter moriuntur. Primo quidem vt liberentur a mundi corruptiōe: que corruptio ſignificatur ī eo qḋ dixit Percuſſit ſol ſuper caput ione ⁊c. Sol enī eſt proſperitas mundi: que caput id eſt menté hominis percutit vulnere inordinati amoris ⁊ tunc eſtuare facit ardore auaricie vel ambitionis. Sciendū eſt igitur ꝙ mūdus duobus modis homines corrumpit. vel in proſperis per ſuperbiā: vel in aduerſis per impatientiā. ſed exiens a mundo per mortem liberatur ab vtroqꝫ. Unde tūc accidit ſicut dicit ps̄. Per diē ſol non vret te: neqꝫ luna per noctē. quod exponit gloſa dicens. Neqꝫ per diem proſperitatis vret te ſol elationis: neqꝫ per noctē aduerſitatis vret te luna deiectionis. Secundo appetunt mortē ſancti viri vt ſecurentur a periculoꝝ trepidatiōe. Et ideo dicit in auctoritate inducta ꝙ petiuit anime ſue: id eſt ꝓ ſecuritate anime ſue. Nā ꝗ̄diu viuunt ſancti viri ſemper timent ꝑicula mūdi. quia ꝗ̄diu ſunt in carne ſūt in domo ruinoſa: ⁊ ꝗ̄diu ſunt in mundo ſunt in domo ab incendio occupata. quia totus mundus in maligno poſitus eſt: id ē in malo igne. i. Joh. v. vnde appetūt exire ꝑ mortē ſicut hō de domo ruinoſa aut de incēdio. Hinc eſt ꝙ helyas territ⁹ ex pſecutiōe iezabel fugiēs ꝑ deſertū petiuit aīe ſue vt moreret: ⁊ dixit. Sufficit mihi dn̄e tolle animaꝫ meā. vt dr̄. iij. Reg. xix. Nā. iezabel non ꝑ mittebat ꝓphetas dn̄i ꝓphetizare aut veritatē annūciare. Tertio appetunt ſancti viri mortē ꝓ premioꝝ aſſecutiōe. ſicut operarius appetit finē diei vt mercedem recipiat. ſancti aūt ꝗ̄diu viuunt laborant ⁊ operantur vt eterne beatitudinis mercedē aſſequant quā aſſequi nō poſſunt niſi moriant. Unō Jonas petiuit vt moreretur. ſic ſancti mortem appetunt ſcientes quia beati mortui q̄ in domino moriunt. Apoc. xiiij. D.

## ¶ Tertio in themate aſſumpto

tāgitur dignitas ordinis: qꝛ ſacerdos. Tāta enī eſt dignitas ſacerdotalis ordinis vt in ſacra ſcriptura ſacerdos angel⁹ nomineť. Malach. ij. Labia inquit ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā: ⁊ legē requirēt ex ore ei⁹. qꝛ angelus dn̄i exercituū eſt. ¶ In q̄bus quidē verbis deſcribiť quadruplex debitū ordinis ſiue officij ſacerdotalis.

¶ Nā primo quidē ſacerdos debet eſſe cautus in verboꝝ ꝓlatiōe: qḋ notatur cū diciť ꝙ labia eius cuſtodiunt ſcientiam.

¶ Secundo dꝫ eſſe idone⁹ in ſui officij executione: qḋ oſtenditur ꝯuenienter ex noīe ſacerdotis.

¶ Tertio dꝫ eſſe peritus ꝓpter alioꝝ inſtructionē: qꝛ legē requirent ex ore eius.

¶ Quarto dꝫ eſſe mundus in ſua cōuerſatione: quia angelus domini exercituum eſt.

¶ Debet ergo primo ſacerdos eſſe caut⁹ in verbi ꝓlatiōe. ⁊ iō dicit ꝙ labia ei⁹ cuſtodiunt ſciam. gloſa Hieronymi. vt ꝯgruo tp̄e verbum enūciet. ſicut ioſeph cuſtodiuit frumentū vt ꝓferret illud in tp̄e opportuno. ⁊ hoc ad ſapiam ꝑtinet. Sꝫ ꝯſidera in dicta ꝑte auctoritat̄ tria. Prīo locutionis inſtrumentū: qꝛ labia. q̄ quidē ex ipīs officijs ad q̄ deputata ſunt ⁊ ſacerdotē ⁊ alios inſtruunt q̄liter debent loq̄. Nā pmo quidē labia ſunt duriciei dentiū tꝑatiua. ⁊ iō facta ſunt mollia ⁊ carnoſa. ſic verba ſacerdotis debēt eſſe talia vt mollificēt ⁊ tēꝑent duriciē peccatoris. Uel ideo ſunt labia mollia vt oſtēdant ꝙ rn̄ſio mollis frangit irā. nā verbuꝫ dulce multiplicat amicos ⁊ mitigat inimicos. Itē labia ſunt vocis articulate formatiua. ⁊ vox articulata ē vox ſignificatiua exp̄mēs aliquē ſenſuꝫ. In quo oſtēdiť ꝙ labia ſacerdoť ⁊ cuiuſlibet alteri⁹ loq̄ debēt verba ſenſata: ⁊ nō inſenſata vel ſtulta. Itē labia ſunt aeris frigidi ⁊ calidi interceptiua. Nā labia aeri frigido ſiue calido ſe opponunt: ⁊

ſpm retinendo depuratū interi⁹ reddūt. Ex
quo inſtruit ſacerdos ꝛ qlibet ali⁹ ꝙ vba
inflāmantia ad irā vel inducentia frig⁹ma
licie qua hō a bonis retrahit: etiā ſi audie-
rint referre non debēt: ſed poti⁹ ſe opponere
dicenti, et ſi referre opoꝛꝫ puriora ea ꝛ pla
cabiliora reportare. Itē labia ſunt virtutis
interpretatiue proprie organa. ꝛ tales eſ-
ſe deberent labia ſacerdotū vt ſcirent ſacraꝫ
ſcripturā exponendo interpretari. Quādo
ergo ſacerdos talis talia haberet labia vere
dici poſſet ei illud ps. Diffuſa eſt gratia in
labijs tuis. ¶ Secundo in ipa parte aucto-
ritatis inducte conſidera depoſitū: quia cu-
ſtodiunt. Sūt eñ labia velut oſtia oris ad
cuſtodiā interioris cordis. Et quādo oſtia
domus non bene cuſtodiuntur aliquando
intrat hoſtis: qui interius habitantē vel ex
poliat vel vulnerat vel occidit. ſicut accidit
iſboſeth. ij. Regū. iiij. Et ſic etiam plerunqꝫ
quando homo non cuſtodit labia ſua ſiue
linguā intrat hoſtis: id eſt peccatū: quod oc
cidit animā. Propterea dicit Prouer. xxi.
Qui cuſtodit os ſuū ꝛ linguā ſuā: cuſtodit
ab anguſtia aiam ſuā. ¶ Tertio in parte au
ctoritatis inducte conſidera theſaurū id ē
ſcientiam. Iſte theſaurus debet in arca me
morie recondi vt non deficiat: ꝛ iterū pfer-
ri alijs vt proficiant. Dicit aūt anticlaudia
nus ꝙ ſcientia eſt nobilis poſſeſſio animi:
que diſtributa ſuſcipit incrementū: ꝛ auarꝫ
dedignata poſſeſſorē: niſi publicetur elabit.
Ecc. i. xx. Scientia inuiſa ꝛ theſaurus ab-
ſconditus que vtilitas vtriſqꝫ? Et Prouer
bioꝝ. xv. Labia ſapientum diſſeminabunt
ſcientiam. E

# ¶ Secūdo oſtenditur in

auctoritate inducta ꝙ ſacerdos debet eſſe
idoneus in ſui officij executione. Quod ſpe
cialiter oſtenditur ex nomie ſacerdotis qđ
ſcꝫ eſt nomen officij ſummi miniſterij dei.
ꝛ quanto eſt altius miniſteriū: tanto quoqꝫ
miniſtrū ſuū requirit magꝭ idoneū. Eſt eñ
duplex officiū ſiue actus ipſius ſacerdotis
Unus principalis reſpectu capitis: ſcꝫ chri
ſti conſecrare. ſ. dñicum corp⁹. ꝛ quoad hūc
actū eſt ſumm⁹ miniſter: qꝛ nō depēdet a po
teſtate ſupiori niſi diuina. Ali⁹ eſt act⁹ ſecū
dari⁹. ſ. reſpectu mēbroꝝ. ꝛ hoc eſt ppare fi
deles ad dignā ſacramēti pceptionē. nō p-
paratione remota: ſicut faciūt miores ordi
nes: quoꝝ quidā pparant fideles ad dignā
pceptionē ſacramenti remouendo phibēs
ſcꝫ aut excludendo malū hoiem: qđ ptinet
ad oſtiariū: aut malū angelū id ē demones
qđ ptinet ad exorciſtas. Quidā vero ad h
ppant cōferendo aliquid diſponens ſiue il-
luminando intellectū qđ fit per lectorē. aut
inflāmando affectū: qđ fit per acholytum.
cereū ad excitationē deuotionis portantē.
Alij vero deſeruiunt circa myſterium ſacra
menti. quia ſubdiaconus materiaꝫ accipit
a populo ꝛ offert diacono: ꝛ diacon⁹ offert
eā ſacerdoti cōſecrandā. Sed ſacerdos ha-
bet preparare ad perceptioneꝫ euchariſtie
ipos fideles preparatione propinqua. ſcilꝫ
ligando ꝛ ſoluendo. Et quoad hunc actum
poteſtas eius dependet a poteſtate ſuperio
ri: quia ordinatū regimen multitudinis de
bet procedere ab vno vniuerſali rectore per
multos medios gñales vſqꝫ ad plurimos
imediatos ꝛ particulares. Et ideo Hiero-
nymus dicit: ꝛ habetur. xcv. diſtinctione
Olim idē erat pſbyter q̄ ꝛ eps: ꝛ āteꝙ dia-
boli inſtinctu in eccleſia partiū diſſidia fie-
rent: cōi cōſilio pſbyteroꝝ eccleſie guberna-
bātur. poſtꝙ vero eos quos vnuſquiſqꝫ ba
ptizauerat: ſuos putabat non chriſti. in to-
to orbe decretū eſt vt vnus de preſbyteris
preponeretur vt ſciſmatū ſemina tollerent.
Et ita epi nouerint ſe magis conſuetudine
ꝙ diſpenſationis dominice veritate preſby
teris eē maiores. Qꝛ igit ſacerdos quoad
ſuū principalē actū ſeu officiū: quod ē con-
ſecrare dominicū corp⁹: eſt ſummus mini-
ſter dei: ideo requirit ſummā idoneitatem.
Et in huius ſignū quando vadit ad altare
ad conſecrandum: ſpiritualibus ꝛ precioſis
vtitur veſtimentis ad ſignificandū idonei
tatē virtutis que debet eſſe in eo. Nā pmo
induit alba camiſia totū corp⁹ coopiens q̄
ſignificat mundiciā a macula maloꝝ opeꝝ.
deinde ponit amictū in humeris: qui ſignifi
cat fortitudinem bonoꝝ. ꝛ cingulo renes
accingit: quod continentiam ſignificat cor
poris. accipit etiam manipuluꝫ qui ē quaſi
ſudarium ad extergendaꝫ lippitudinē ocu-
lorum: id eſt omnem negligentiam circa di
uinū miniſteriū. ſtola vero ſuper vtrūqꝫ hu
merū ponitur ad ſignificandū arma iuſticie
a dextris ꝛ a ſiniſtris: in ſuſceptione aduer-
ſoꝝ ꝛ pſperoꝝ. his ſuperaddit planeta rotū
da ad ſignificandā charitatē que eſt ſupre
ma omnium virtutum. Et propter iſta dici
tur in ps. Sacerdotes tui idnāt iuſticiā. p

quā vt dicit phs intelligitur oīs virtus. F
¶ Tertio oſtenditur in auctoritate allega-
ta ꝙ ſacerdos debet eſſe peritus ꝓpꝫ alio
rū inſtructionē. quia legez requirent ex ore
eius. Ubi aduertendū ꝙ ſicut dictū eſt : ſa-
cerdos habet duos actus ¶ Unū principalē
ſuper corpus xp̄i verū. Et aliū ſecundariū
ſuper corpus chriſti myſticū. Secūdus au
tem actus dependet a primo : ſed non econ-
trario. Et ideo aliqui ad ſacerdotiū ꝓmo-
uentur quibus cōmittitur primus actꝰ tm̄.
ſcꝫ conſecrare corpus xp̄i : ſicut religioſis q̄
bus celebratio cōmittitur. ſed cura aīarum
eis non cōmittitur. ⁊ ex taliū ſacerdotum
ore non requiritur lex : ſed ꝙ ſacramēta cō
ficiant. ⁊ ideo talibus ſufficit ſi tm̄ de ſcien-
tia habeant ꝙ ea que ad perficiendū ſacra
mentū ſpectant rite ſeruare poſſint. Alij au
tem promouētur ad aliū actū qui eſt ſupra
corpus xp̄i myſticū. Et a taliuꝫ ore populꝰ
requirit legē. Unde ſciētia legis in eis eſſe
debet. non quidem vt ſciant omnes diffici-
les queſtiones legis : quia in his debent ad
ſuperiores haberi recurſus : ſed vt ſciant ea
que populus debet credere ⁊ obſeruare de
lege. Sed ad ſuperiores ſacerdotes ſcꝫ epi
ſcopos pertinet vt etiā ea que difficultatez
in lege facere poſſunt ſciant : ⁊ tanto magis
quanto in maiori gradu collocantur. Et iō
debent eſſe ſic periti ⁊ iuſti : vt de quolibet eo
rū dici poſſit. Lex veritatis fuit in ore eiꝰ ⁊c.
Malach. ij. ¶ Quarto oſtenditur in auctori
tate inducta ꝙ ſacerdos debꝫ eſſe mundus
in conuerſatione. quia angelus dn̄i exerci-
tuū eſt. De angelo em̄ dionyſius dicit ꝙ eſt
ſpeculū mundū. ⁊ ita ſacerdos habere debꝫ
per mundiciā mentis ⁊ corporis aſpectum
cōuerſationē angelicā. Actuū. vi. Viderūt
faciē eius tanꝗ faciē angeli. i. Regū. xxix.
Bonus es tu ſicut angelus dei. Et qui talis
fuerit perueniet finaliter ad conſortiū ange
loꝝ beatoꝝ : qđ ē in vita eterna. Ad quā ⁊c.

¶ In funere vniꝰ abbatis. Sermo. VII.

Clamamꝰ abba pa-
ter. Roma. viij. Cōmuniter dici
tur ꝙ vbi ſunt magni dolores i-
bi ſunt magni clamores. ſicut mulieres pa-
rientes ſicut ſentiunt magnos dolores : ita
emittunt magnos clamores. Eſaie. xxvi.
Que concepit cū appropinquauerit ad par
tum dolēs clamat in doloribus ſuis. Quia
igitur de morte iſtiꝰ venerabilis patris ha
bemus materiaꝫ magni doloris : idcirco e-
mittimus voces eiulatus ⁊ clamoris. Et ſi
cut dicitur in verbo propoſito Clamamus
abba pater. ¶ In quibus quidem verbis
tria apoſtolus innuit de iſto pr̄e nr̄o defūcto.
¶ Primo indicium doloris : quia clamamꝰ.
¶ Secundo officiū honoris : quia abba.
¶ Tertio affectum dilectionis : quia pater.

¶ Circa primū notandū
eſt ꝙ homines in morte charoꝝ ſuoꝝ con-
ſueuerunt eiulando clamare : ad indicandū
interiorem dolorem. Dolor autez de aliquo
defuncto tanto ſentitur acrior : quanto ille
qui defunctus eſt dum viueret erat vtilior.
Sed quattuor communiter ſunt que red-
dunt hominem alijs magis vtilem : ſcilicet
ſapientia : potētia : amicitia : ⁊ miſericordia.
Nam ſapientia facit hominem eſſe vtilem
in conſilijs : potentia in auxilijs : amicitia in
aduerſis : miſericordia in indigentijs. Et
quia abbas ⁊ quilibet prelatus eſt perſona
communis : qui debet nō ſibi tm̄ eſſe vtilis :
ſed etiā multis prodeſſe. ſicut apoſtolus di-
cebat. i. Cor. x. Non querēs quod mihi vti
le eſt : ſed quod mult. Ita predicta ſunt mul
tum ei neceſſaria. ſcilicet ꝙ ſit ſapiens in
conſulendo : potens in defendendo : amicus
in auxiliando : ⁊ miſericors in ſubuenien-
do. Quando igitur moritur aliquis abbas
aut prelatus qui talis fuerit : merito dolere
poſſunt ⁊ vlulare omnes. Nam poſſunt cla
mare ⁊ vlulare homines imperiti : quia per
diderunt ſuum conſiliatorez ⁊ inſtructorē.
poſſunt dolere ⁊ clamare oppreſſi : quia per
diderunt ſuum protectorem. poſſunt clama
re ⁊ vlulare amici : quia perdiderunt ſuum
adiutorem. poſſunt etiam dolere ⁊ clamare
egeni : quia perdiderunt ſuum benefactorē.
Unde Hierem. xvij. Clamabunt homines
⁊ vlulabunt. Sed licet in talibus toleretur
clamor doloris : eſt tamen magis laudabi-
lis clamor officij diuini ⁊ ſancte orationis :
que ſcilicet fieri debet ad deum vt animam
iſtius patris defuncti miſericorditer ſuſci-
piat : ⁊ vt lugentibus ⁊ tribulatis de morte
ipſius ſummum auxilium ⁊ conſolationem
infundat. Scriptuꝫ eſt enim in pſ. Clama
uerunt ad dominum cum tribularentur : ⁊
de neceſſitatibus eorum liberauit eos ¶ In
quibus quidem verbis de clamoribus ora
tionum de ipſis orationibus oſtendit quat
tuor. Primo ꝙ debent eſſe auide. ⁊ ideo di

eſt clamauerũt. Nam magni clamores ſm
aug. magna ſũt deſideria. vñ pſ. Clamaui
in toto corde. id eſt in toto deſiderio cordis
Secundo oſtenditur ꝙ debent eſſe alte. qꝛ
ad dominũ Damaſcen⁹. Oratio eſt aſcẽſio
intellectus in deum. pſ. Ego autem ad do-
minũ clamaui ⁊ dominus ſanauit me. Ter
tio oſtenditur ꝙ debent eſſe opportune. et
tunc maxime opportunũ eſt orare quando
homo tribulatur. ⁊ ideo dicit̃ in auctorita-
te inducta cum tribularent̃. pſ. Ad dñm cũ
tribu. cla. ⁊ exau. me. Quarto oſtendit̃ ꝙ
tales orationes ſunt impetratiue. qꝛ de ne-
ceſſitatibus eoꝝ liberauit eos. pſ. Salua-
ſti de neceſſitatibus aiaꝫ meã. i. Machabe.
ix. Clamate in celũ vt liberemini. B

# Secundo in themate

aſſumpto ponitur officiũ honoris: cum di-
citur abba. Sic enĩ hodie vocantur prelati
maiores in quibuſdã religionibus. ſ. abba-
tes. Quãte autem dignitatis ⁊ poteſtat̃ ſit
officiũ abbatis oſtenditur tripliciter. Prio
reſpectu ſacramenti ordinis. quia. ſ. abba-
tes poſſunt tres minores ordines conferre
ſcꝫ pſalmiſtariatũ oſtiariatũ ⁊ lectoriatuꝫ.
di. lxix. ca. i. ⁊. ij. Et dicunt quidã ꝙ hos or-
dines poteſt abbas monachis ſuis ⁊ alijs
pleno iure ſibi ſubiectis conferre ⁊ hoc ĩ ſuo
monaſterio: alijs autem aut in alio loco nõ
debent abbates huiuſmodi ordines confer
re argu. lxix. di. ca. i. Si tamen ꝯtulerint cõ
ferunt caracterem. Et hoc eſt intelligenduꝫ
de abbatibus qui ſunt preſbyteri ⁊ quibus
impoſita eſt manus ab epo ſm morẽ preſi
ciendoꝝ abbatuꝫ prout dicitur in eodẽ ca.
gloſa tamen ſuper idem decretũ dicit ꝙ eti
am monachos alterius monaſterij põt or-
dinare ſi inuitat⁹ fuerit. ix. q. ij. Lugdunẽſ.
Sed inocentius dicit ꝙ abbas exorciſtatũ
⁊ acholytatũ conferre nõ poteſt niſi hoc ex
priuilegio habeat. Sꝫ aduertẽ ꝙ ſm theo-
logos pſalmiſtatus nõ eſt ꝓprie ordo. ſalꝫ
prout ordo dicitur ſacramentũ: vocatur ta-
men alicubi ordo. vt. xxiij. diſt. pſalmiſta. p
ut ordo eſt nihil officij. quia ſcꝫ ipẽ pſalmi-
ſtatus officium quoddã eſt annexũ ordini
lectoris. Nam lector legendo excitat intelle
ctum: ſed cantando deuotionẽ affect⁹. Iteꝫ
apparet dignitas ⁊ poteſtas abbatis etiaꝫ
reſpectu epiſcopi ex eo ſcꝫ ꝙ aliquãdo mi-
nus eſt deferendũ ſeu obediendum epiſco-
po ꝙ̃ abbati. Verbigratia. Si epiſcop⁹ vel
let monachũ prelatũ inſtituere in eccleſia ſe
culari: abbas autem noluerit: debet mona-
chus obedire non epo: ſ; abbati. xvi. q. i. Cũ
pro vtilitate. ⁊ ca. Monachi. lviij. di. ca. i. ⁊
ij. Dicit tamen hoſtieñ. ꝙ ſi exigeret hoc vti
litas eccleſie cogendus eſſet abbas conſen-
tire ⁊ monachũ licentiare⁺ vt in ca. pro vti-
litate. ⁊ hec compulſio fieret per ſuperioreꝫ
Item ſi epiſcopus vellet vocare monachuꝫ
ad officiũ cubiculariatus ĩuito abbate non
poſſet. quia hoc eſt priuilegiuꝫ ſolius pape
quẽlibet ad ſe vocare clericũ vel monachũ.
ix. q. iij. Per ꝑncipalem. quia pape ſine du-
bio plus eſt obediendũ ꝙ̃ abbati. viij. diſt.
Que cõtra mores. xi. q. iij. Qui reſiſtit. Itẽ
dicunt quidam ꝙ ſi monachus cõfeſſus fu
erit peccata ſua epiſcopo vel penitentiario
eius. qd̃ quideꝫ facere poteſt cum epiſcop⁹
ſit ordinarius ſinguloꝝ qui ſunt in ſua dio
ceſi: niſi forte in ſuis conſtitutionibus cõfir
matis a papa contrariuꝫ ſit expreſſum: vel
niſi hoc ex priuilegio habeat ſpeciali. ſicut
fratribus predicatoribus prohibetur a pa
pa ne peccata ſua alicui confiteri preſumãt
niſi prelatis ſuis vel alteri fratri de prelato
rum licentia: nihilomin⁹ vt dicunt etiam in
eo caſu in quo potuit epiſcopo vel eius pe-
nitentiario confiteri: tenetur etiam abbati
ſuo vel de mandato eius iterato confiteri ſi
hoc precipiat. Sed in hoc contradicũt theo
logi cõmuniter quia confeſſionẽ ſemel bo-
na fide factã ei qui poteſt abſoluere: nunꝙ̃
tenetur homo reiterare niſi velit. Unde ſm
ſanctuꝫ Thomã de aq̃no. nõ poteſt aliquis
auctoritate cuiuſcũqꝫ homis compellere ad
confitendũ peccatũ qd̃ alteri confeſſus eſt
qui abſoluere potuit. qꝛ confeſſio ſacramen
torũ eſt quoddam ſacramentale diuino im
perio ſubiacens nõ humano. Iteꝫ apparet
dignitas abbatis reſpectu vocabili. qꝛ con
uenit ei nomẽ dei patris. quia alba eſt no-
men dei patris in hebreo ſiue ſyro ſermone
⁊ inuocamus eum abba ex inſpiratione ſpi
ritusſancti. ſm illud. Gala. iiij. Miſit deus
ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamanteꝫ
abba pater. id eſt facientem nos clamare.

In quibus quidẽ verbis notantur pre
cipue tria.

Primũ eſt diuina proceſſio: cum dr̃. miſit
deus ſpiritũ filij ſui.

Secundum eſt humana inſpiratio. qꝛ in
noſtra corda.

Tertiũ eſt effectiua ĩuocatio. quia claman

tem.i.clamare facientē abba pater.

Quoad primū ergo dicit ꝙ miſit deus.ſ. pater ſpiritum. Nam ſpiritusſanctus ab eo mitti dr̄ a quo ꝓcedit. Or miſſio duo importat. Primo habitudinē miſſi ad euꝫ a quo mittitur. Secūdo habitudinē miſſi ad terminū ad quē mittitur. Sed ratione primi per hoc ꝙ aliquis mittitur oſtenditur proceſſio quedam miſſi a mittente. Proceſſio autem in diuinis pſonis attenditur ſm originē vnius pſone ab alia. Et ideo ſoluꝫ ille pſone diuine mitti dicuntur: q̄ ab alio procedunt. ſicut filius ⁊ ſpiritusſanctꝰ. Pater aūt quia a nullo alio procedit: mitti nō dicitur igitur miſſio alicuiꝰ diuine perſone importat proceſſionē originis. Ab eo mitti dicit̄ aliqua perſona diuina a quo ſm originē ꝓcedit. ſicut filiꝰ q̄ a patre eſt genitus a patre miſſus dicitur. ſm illud Johan.x. Queꝫ pater ſanctificauit ⁊ miſit in mūdum. Gal.iiij. Miſit deus filium ſuū ⁊c. Unde quia ſpiritusſanctus a patre procedit. ſm illud Joh. xv. Spirituꝫ veritatis qui a patre ꝓcedit. ideo a patre mitti dicitur. Sed quia procedit etiam a filio: propter qd̄ in auctoritate inducta dicitur ſpiritus filij. ſcꝫ quia etiam ab ipſo procedit. ſm illud athanaſij. Spiritusſanctus a patre ⁊ filio nō factus nec creatus nec genitus ſed ꝓcedens. Quod ē cōtra errorem neſtorianoꝝ ⁊ theodori ⁊ Joh. damaſceni. qui dixerunt ſpiritūſanctū ſpiritum filij: ſed non a filio. quia a neſtorianis fuit iſte error pͥmo itroductus ꝙ ſpūſſctūs tantū a patre procedit ⁊ nō a filio. ſicut patꝫ in quodam ſymbolo neſtorianorū dānato in ſynodo epheſina. hinc eſt etiam ꝙ dicit̄ ipſe ſpiritusſanctus ab ipſo filio mitti: ſicut ipſe filius dixit. Johan.xv. Cum venerit paraclitus quē ego mittam vobis a patre. Et quia etiam a patre procedit: mittitur: dixit Johan.xiiij. Paraclitus autē ſpiritusſanctꝰ quē pater ⁊c. Secūdo vero in auctoritate inducta ponit̄ humana inſpiratio. cum dicitur. In corda noſtra.i. in mētes noſtras ꝑ inuiſibileꝫ inſpirationē ſiue per gratie ſue infuſioneꝫ. Uerū quia omne agens aſſimilat ſibi paſſum. ſicut ignis agendo in lignū vel in ferrum aſſimilat illud ſibi ipſum calefaciendo ⁊ igniendo. Ideo etiā quādo aliq̄ diuina perſona inuiſibiliter mittitur ad aliquē inmutanduꝫ: opꝫ ꝙ fiat aſſimilatio illiꝰ ad ipſam diuinā perſonam que mittitur ad eum per aliquod gratie donuꝫ. Unde quia filius dei eſt verbū ſpirans amorem. vt Augu. dicit in.x. de trinitate: ideo quando ipſe mittitur ad aliquē aſſimilat ſibi intellectuꝫ eius per inſtructionē ad cognitioneꝫ inducenteꝫ ad dilectionē ſui. Et ideo dicit Aug. ꝙ filius mittitur cum a quocūq̄ cognoſcit̄ atq̄ percipitur: que ſcꝫ perceptio per affectum amoris que proprie dicitur ſapientia id eſt ſapida ſcientia fit: ergo quia ſpiritusſanctus amor eſt ſiue charitas: quādo mittitur in corda noſtra aſſimilat ſibi ea ꝑ donū charitatis. Et ideo apoſtolus dicit Roma.v. ꝙ charitas dei diffuſa eſt in corda noſtra per ſpiritū ſanctum qui datus ē nobis.

Tertio quoq̄ in auctoritate inducta ponitur effectiua inuocatio. quia clamantem. id eſt facientem clamare.i. cum affectu inuocare. abba pater. Ubi aduerte ꝙ hoc quod dicit pater eſt expoſitiuum eius qd̄ dixit abba. quia abba eſt nomen hebreum vel ſm aliquos nomen ſyrum: alij vero dicunt ꝙ eſt hebrū ⁊ ſyruꝫ. ⁊ idem eſt ꝙ pater. Attribuitur autē hoc nomen abbas prelatis maioribus monachoruꝫ: quia aliquid participant de dei poteſtate. Naꝫ deo patri appropriatur potentia. vnde ⁊ xp̄us dixit. Mar. xiiij. Abba pater. omnia poſſibilia ſunt tibi. ergo quia talis prelatus participat aliquid de dei poteſtate ratione prelationis. ⁊ ideo ſm regulam beati Benedicti ea que ſūt diſpenſabilia ſm regulam oīa poſita ſunt in poteſtate abbatis. Ideo dicitur abbas quaſi ad ſimilitudinē dei patris. D

**Tertio ponit in thema**te aſſumpto affectum dilectionis. cuꝫ dicit pater. Quia enim pater eſt amantiſſimus filiorū ratione etiaꝫ charitatis qua debꝫ ſubditos velut filios diligere: rationabilit̄ vocatur pater. Johan.xvi. Ipſe enī pat̄ amat vos. Sed aduertendū eſt ꝙ alia ratione dicitur deus pater noſter: ⁊ alia rōne abbas dicit̄ pater. Nam deus dicitur pater noſter rōne creationis: quia.ſ. creauit nos ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuam quā alijs creaturis inferioribus non impreſſit. Un̄ Deut̄o. xxxij. Ipe eſt pater tuus qui poſſedit te ⁊ fecit ⁊ creauit te. Et iſta de cauſa nos debemꝰ ei honorē. vnde ipſe dixit. Exodi.xx. Honora patrē tuū. Et iſte honor conſiſtit in tribꝰ Primo in laudis deuotione quoad ipſum deum. qui dicit in pͦs. Sacrificiū laudis honorificabit me. Et iſta laus non ſolū debet

eſſe in ore: ſed etiam in corde: ne dicat illud
Eſaie vigeſimonono. Populus hic labijs
me honorat cor autem eoꝝ longe eſt a me.
Item conſiſtit in corporis puritate quoad
ſeipſum. i. Corinth. vi. Glorificate ⁊ porta
te deū in corpore veſtro. Item in iudicij eq̄
tate ad primū. p̄s. Honor regis iudicium
diligit. Item deus dr̄ pater noſter rōne gu-
bernationis. Sapien. xiiij. Tu pater om̄ia
gubernas ꝓuidētia. Et q̄uis oīa alia guber
net: tamen nos nobiliori modo gubernat:
quia alia vt ſeruos: nos autē quaſi domios
⁊ ideo dicitur Sapien. xij. Tu autem domi
nator virtutis cum tranquillitate iudicas:
⁊ cū magna reuerentia diſponis nos. Hac
autem ratione debemus deo tria. Prīo ſub
iectionem. ſcꝫ obedientie. Nam ſi homo de
bet obedire patri carnali: multomagis deo
qui eſt pater ⁊ ſpiritꝰ noſter. vnde Hebre.
xij. Patres carnis noſtre eruditores habui
mus ⁊ reuerebamur eos. Nō multomagis
obtemperabimꝰ patri ſpirituū ⁊ viuemus?
Secundo debemus ei imitationē. Patrem
vocabis me: ⁊ poſt me ingredi nō ceſſabis.
Hiere. iij. Et debemus ipſum patrem deuꝫ
in duobus imitari. Primo in mundicia pre
cipue continentie. Unde ibidem. id ē. Hie-
re. iij. Amodo voca me pater meus dux vir
ginitat͛ mee. Secūdo ī misericordia. Luce
vi. Eſtote miſericordes ſicut ⁊c. Tertio de-
bemus ei humiliationē vt humiliter recipi
amus ⁊ portemꝰ ipſius caſtigationē. He-
bre. xij. Quis enim filius quē non corripit
pater ⁊c. Item deus dicit͛ pater noſter rōe
adoptionis: q2 alijs dedit quaſi munuſcu-
la: nobis autem hereditatē: quia ſi filij ⁊ he
redes: heredes quidē dei coheredes autem
xp̄i. de quo Hebre. i. Quē conſtituit heredē
vniuerſoꝝ ⁊c. Et poſt. Ego ero illi in patrē
⁊ ipſe erit mihi in filiū. Ex hoc aūt ſequitur
ꝙ ꝓximos noſtros debeamꝰ intime dilige
re. ſ. q2 fratres noſtri ⁊ coheredes ſūt. Ma
lach. ij. Nūquid non pater vnus omniū no
ſtrum? Sed iſte abbas noſter qui modo de
functus eſt quibuſdam erat pater ſp̄uali p̄-
latione. ſcꝫ monachis ſuis. qui nunc eo ſub
tracto dicere poſſunt illud. Threñ. v. Pupil-
li facti ſumꝰ abſqꝫ patre. Quibuſdā erat pa
ter ſpirituali affectione. ſicut de quodam di
citur. ij. Machab. xiiij. ꝙ pro affectu pater
iudeorū appellabatur. Quibuſdā vero erat
pater beneficioꝝ collatione vt pauperibus
religioſis ⁊ miſerabilibus perſonis. eo mo-
do quo dicit͛. Eccl'i. iiij. Eſto pupillis vt pa
ter. ⁊ Job. xxix. Pater eram pauperū. Und̄
modo tales nō debent obliuiſci eius: ſ; pro
aīa eius orare: ne forte dicatur de eis illud
p̄s. Obliti ſunt benefactorū eius. Contra
quod Apoſtolus. Hebre. xiij. Beneficientie
nolite obliuiſci. Ingratis enim accidit illō.
Sapien. xvi. Ingrati ſpes tanq̄ hyberna-
lis glacies tabeſcet ⁊ diſperiet tanq̄ aqua
ſuperuacua. Sed gratis augetur in preſen
ti gratia ⁊ in futuro gloria conferetur. Ad
quā nos ⁊c.

In funere vniꝰ prioris. Sermo VIII

Venit prior ad mo-
numentū. Johan. xx. Licet de iu-
re naturali ille qui eſt prior alio
tp̄e. i. antiquior in etate prius debeat mori
q2 qd̄ antiquat͛ ⁊ ſeneſcit: ꝓpe interituꝫ eſt
vt habetur. Hebre. viij. tamen ex alijs cau-
ſis frequēter ꝯtingit ꝙ citius morit͛ q̄ iuue
nis eſt q̄ q̄ eſt antiquior. Et hoc ē qd̄ figu-
ratiue oſtendit͛. Job. xx. Ubi ad oſtēdendū
ꝙ quãqꝫ qui iunior eſt citius morit͛. dr̄ ꝙ io
hānes q̄ iunior erat prior venit ad monu-
mentū q̄ petrus q̄ erat eo antiq̄or. Sꝫ rur
ſus ad oſtendendū ordinē ⁊ debitū nature
dr̄ etiā ibi ꝙ in ip̄m monumentū xp̄i prius
Petrus q̄ Johānes intrauit. Sed qm̄ iſte
noſter defunctus q̄ modo eſt ad monumē-
tū portandus prioris fungebat͛ officio: eo
ſcꝫ mō quo hodie in quibuſdā eccleſijs p̄la
ti vocant͛ priores: poſſumꝰ etiā verba pro-
poſita ad ipſius mortē ⁊ ſepulturā trāſfer-
re. vt. ſ. de ip̄o dicamꝰ. venit prior ⁊c. A
In q̄bus quidē verbis de ip̄o tria p̄ncipali
ter deſcribuntur.

Et p̄mū eſt officij p̄eminētia. q2 prior
Scd̄m ē mort͛ ipſiꝰ inſtātia. q2 venit.
Tertium eſt loci congruentia. quia ad mo
numentum.

Circa primū attenden
dū eſt ꝙ prior ⁊ quicūqꝫ aliꝰ p̄latus cui aīa
rū cura incūbit: ſic͛ excedit alios ī dignitate
⁊ p̄latione: ita quoqꝫ deberet precedere in
virtutū ꝑfectōe. ſicut paſtor excedit gregē
nō ſolū vite gubernatōe: ſ; etiā nature ꝑfe-
ctōe. Et hoc btūs Grego. dicit in paſtorali
Tantum debet actionē populi actio trāſcē
dere preſulis: q̄tum diſtare ſolet a grege vi
ta paſtoris. Opꝫ nāqꝫ vt mereri tāta ſollici
tate ſtudeat: q̄ta rectitudis tenēde neceſſi

tate conſtringitur ſub cuius eſtimatiōe po
pulus grex vocatur. Sit ergo cogitatione
mūdus: actione p̄cipuus: diſcretus ſilentio
vtilis in verbo: ſingulis compaſſione pro-
ximus: pre cunctis contemplatione ſuſpen
ſus: bene agentibus per humilitatem ſoci⁹:
contra delinquentes per zelum iuſticie ere
ctus: internoꝝ curam exterioꝛum occupa-
tione nō minuens: exterioꝝ prouidentiam
interioꝛum ſollicitudine nō relinquens. Et
ita patet ꝙ prioꝛes ſiue prelati ſicut ſūt ma
ioꝛes in imperijs: ita debent eſſe perfectio-
res in donis. ſm̄ illud Geneſ. xlix. Prioꝛ ī
donis maioꝛ in imperio. In quibus quidē
verbis modo predicto figurate accept̄: pri-
oꝛatus officiū cōmendat ex tribus.

¶ Primo ex preeminentia dignitatis, quia
prioꝛ.

¶ Secundo ex ſufficiētia bonitatis. quia in
donis.

¶ Tertio ex obedientia ſublimitatis. qꝛ ma
ioꝛ in imperio.

¶ Circa primū notandum eſt ꝙ ille qui in
hoc officio eſt prioꝛ nō dicitur prioꝛ ex tem
poꝛe: qꝛ non ille qui antiquioꝛ eſt etate vel
religione ſemper in hoc officio ponitur: ſed
dicitur prioꝛ ex dignitate quaſi p̄ncipalioꝛ
⁊ honoꝛabilioꝛ. ſicut dꝛ Iohā. i. Poſt me ve
nit vir qui ante me factus eſt: qui prioꝛ me
erat. Sed hec attendenda eſt differentia ī-
ter bonū ⁊ malum prioꝛē ſeu quēcumqꝫ p̄-
latum. Nam malus ea que ſunt oneris im-
ponit ſubditis. Sed ea que ſunt honoꝛis ⁊
conſolationis illa vult habere ſibi: ⁊ impo-
nit alijs duras leges ⁊ duras penitentias:
⁊ ipſe pro ſe accipit libertates ⁊ delitias.
Unde de talibus dixit dominus Mattheī.
xxiij. Alligant onera grauia ⁊ impoꝛtabilia
⁊ imponūt in humeros hominū: digito au
tem ſuo nolunt ea mouere. Sed bonus ecō
trario attendit illud quod habetur ex̄ de cō
ſtitu. Cum omnes. vbi dicit̄. Qđ quiſqꝫ iu
ris in alterum ſtatuit: ipſe debet vti eo. qꝛ
ſapientis dicit auctoꝛitas. patere legeꝫ quā
ipſe tuleris. Unde bonus rectoꝛ ⁊ prelatus
in his que oneroſa ⁊ laboꝛioſa ſunt: ad dan
dum exemplum alijs vult ipſe eſſe prioꝛ. vt
ſcꝫ dicat alijs non ite ſed venite. De hoc ha
betur figura. ij. Regum. xviij. vbi dicit ſpe-
culatoꝛ ad dauid. Cōtēploꝛ ait curſū p̄oꝛis
q̄ſi curſuꝫ achimaas filij ſadoch. Et ait rex
Uir bonus eſt. Nam achimaas interpreta
tur onus fratris ⁊ ſadoch. id eſt iuſticie fi-
lius qui ſcꝫ prioꝛ currit ad onera que fratri
bus ⁊ ſubditis imponit. Unde bonus pre-
latus ⁊ prioꝛ primus oꝛdinat vitam ſuaꝫ ⁊
conſcientiam: ⁊ poſtea dirigit vitam ſubdi
toꝛuꝫ. Unde dicitur Eccleſiaſtici. xxxij. Pre
curre prioꝛ in domū tuam. id eſt in mentē
tuam ab exterioꝛibus ſollicite redeas: ⁊ il-
lic aduocare. id eſt totam intentionem tu-
aꝫ ibi congrega: ⁊ illic lude. id eſt attente co
gita vt illud facias qđ deo placeat ⁊ qđ pro
ximū edificet ⁊ tibi lucrum pariat. ſicut ille
q̄ ludit ſtudet placere ⁊ alios recreare ⁊ ſibi
lucrum conquirere: ⁊ illic age conceptiōes
tuas. i. ibi oꝛdina qualiter facias bona que
erga alios facere concepiſti. Secūdo po-
nitur in auctoꝛitate allegata ſuperius ſuffi
cientia bonitatis: que debet eſſe in prioꝛe
maxime q̄ntum ad dona que neceſſaria ſūt
ad regimen alioꝛum. ex hoc qđ dicitur ī do
nis. Sunt enim neceſſaria prioꝛi ſeu recto-
ri vt bene regat precipue iſta bona. de qui-
bus apoſtolus dicit. Roma. xij. Habentes
donationes ſm̄ gratiaꝫ que data eſt nobis
differentes ſiue ſupple ſit habens miniſte-
rium eccleſiaſticū. id eſt diſpoſitioneꝫ ſacra
mentoꝛū: vtatur eo ad vtilitatem fidelium
in miniſtrādo. i. ipſa ſacramenta diſpenſā-
do non ſimoniace ſed gratuite: non pigre:
ſed ſollicite: nō irreuerenter: ſed deuote: nō
īmunde: ſꝫ pure ⁊ caſte. Siue qui docet. i. q̄
gratiam docendi habet eam ad vtilitatem
alioꝛuꝫ erogando vt moneat. Debet eniꝫ il-
luminare intellectum inflāmare affectum
⁊ monere ad actum. Qui exhoꝛtatur. i. qui
habet gratiam exhoꝛtandi: vtatur ea etiaꝫ
ad vtilitatē alioꝝ in exhoꝛtando. Naꝫ ſicut
colloquia praua coꝛrūpunt bonos moꝛes:
ita bone exhoꝛtatiōes etiā ſimpliciū hoīm
edificant. Qui tribuit. ſ. helyas tribuat ſup
ple in ſimplicitate. id eſt ſimplici intentiōe
in ſua intentione vite eterne. vt neſciat ſini
ſtra tua quid faciat dextra tua. Qui preeſt
in ſollicitudine ſupple preſit. ſollicitudo em̄
eſt annexa prelature ⁊ dominio. Unde tul
lius. Quo celſioꝛ fueris eo magis te anxiuꝫ
⁊ ſollicitū eſſe opoꝛtet. ij. Coꝛinth. xi. Inſtā
tia mea quotidiana ſollicitudo omniū eccle
ſiarum. Qui miſeretur. id eſt qui opera mi-
ſericoꝛdie impēdit in hilaritate ſupple hoc
faciat. quia hilarem datoꝛem diligit deus:

Tertio ponitur ī auctoꝛitate allegata obe
dientia ſublimitatis. qꝛ maioꝛ in imperio.
Notandū ꝙ ī eccleſiaſticis officijs q̄ maioꝛ

eſt auctoritate ⁊ poteſtate imperãdi: ille de
bet eſſe minor in humilitate ſe reputandi ⁊
in charitate ſeruiendi. Naz in luminaribus
celeſtibus illa que videntur eſſe minora ſũt
in q̃titate maiora. ſicut ſtelle fixe videntur
eſſe minoris q̃titatis ꝙ luna: ⁊ tamẽ ſunt
longe maioris. Nam minima ſtellarum fi-
xaruz ſm traditionem alfagrani eſt decies
maior ꝙ terra. luna autem eſt vna pars de
xxxix. partibus terre. Et de his diffuſe tra-
ctaui in libello de operibus. vi. dierum ca. ij.
videntur ergo minores propter elongatio
nem ab aſpectu noſtro. Sic ergo qui maio
res ſunt poteſtate ⁊ dignitate: debẽt ſe mi
nores oſtendere ſeruiendi humilitate. Sic
enim chriſtus precepit. Matthei. xx. Qui-
cũqz voluerit iter vos maior fieri ſit veſter
miniſter. Geneſ. xxv. Maior ſeruiet mino
ri. Unde dato ꝙ ſit maior imperio non ta-
men debet cum auſteritate imperare: ſ; cuz
manſuetudinis ⁊ charitatis dulcedine. Un
de Ezechie. xxxiiij. redarguit dominus de
hoc paſtores iſrael dicens. Cum auſterita-
te imperabitis eis ⁊ cum potentia. ⁊ diſper
ſe ſunt oues mee. Chryſoſtomus. Circa vi
tam tuam eſto auſterus: circa aliorũ beni
gnus. Unde apoſtolus dicebat ad philemo
nẽ. Multã fiduciam habens imperandi ti-
bi qđ ad rez pertinet. propter charitatẽ ma
gis obſecro ⁊c. B

## Secũdo quoqz in the

mate aſſumpto deſcribitur mortis iuſtãtia
in eo qđ dicitur. venit ſciꝫ ad mortez. Ubi
notandum ꝙ inſtãcia mortis multũ humi
liat humanaz ſuperbiam. Et ratio eſt quia
mors annihilat oĩa ex quibus homo ſu-
perire conſueuit. ſcꝫ dignitates potentiarũ
rerum abundantiam: hominũ ſequelã: ⁊ re
uerentiam. Exemplũ huius habetur in An
thiocho rege. de quo inſtante infirmitate
mortis dicit ſcriptura. ij. Macħ. ix. ꝙ cepit
ex graui ſuperbia deductus ad agnitionez
ſui venire diuina ãmonitus plaga. Ubi ꝑ
plagam diuinã intellige mortis inſtantiã:
que ſcꝫ mors prouenit ex diuina ſententia
que dicit. Geneſ. ij. In quacũqz die come-
deris ex eo morte morieris. Hec autem
inſtantia mortis triplicem effectum habet
Primus eſt q: eſt humiliatiua. q: d̃ducit
hoiem a ſua ſupbia: vnde dicit pmo. ex gra
ui ſuperbia deductus.
Secũdus q: eſt illuminatiua. ſ. ad agnitio-
nem ſui faciens hominem venire.
Tertius eſt correptiua. ſ. per admonitõez
vnde dicit diuina admo. pla.
Circa primuz notandum ꝙ grauitas rei
apparet ex caſu vel deſcenſu ipſius. Sꝫ ca-
ſus vel deſcenſus ſuperbie eſt in ignominio
ſam culpam vel in grauem penaz. ⁊ ideo ſe
quitur ꝙ ſit grauis culpa. De ignominioſo
caſu patet: quia deus excelſos viros propť
ſuperbiam ꝑmittit cadere in turpia pecca-
ta. Unde Roma. i. dicitur ꝙ philiſophi pro
pter elationem cordis traditi ſunt in repro
bum ſenſum vt faciant ea que non cõueni-
unt. Nam ſicut in ſyllogiſmis ducentibꝰ ad
impoſſibile quandoqꝫ aliquis cõuincit̃ per
hoc ꝙ ducit̃ ad icõueniẽs magꝭ manifeſtũ.
Ita eſt ꝙ ad cõuincendam ſuperbiam ho-
minũ deus aliquos punit: permittens cade
re in peccata carnalia: que etiam ſi ſint mi-
nora: tamen manifeſtiorem turpitudinẽ cõ
tinẽt. Unde yſidorus dicit in libro de ſũmo
bono omni vitio deteriorem eſſe ſuperbiaz
ſeu propťea ꝙ a ſummis perſonis ⁊ p̃mis
aſſumitur: ſeu ꝙ opera iuſticie ⁊ virtutis ex
oritur minuſqꝫ culpa eiꝰ ſentitur. Luxuria
vero carnis ideo notabilis omnibus ẽ: quo
niam statiꝫ per ſe turpis eſt. ⁊ tamen diſpẽ
ſante deo ſuperbia minor eſt: ſꝫ qui detine-
tur ſuperbia ⁊ nõ ſentit labitur in carnis lu
xuriam. vt per hanc humiliatus a ꝯfuſione
exurgat. Ex quo patet etiam grauitas pec-
cati ſuperbie. Sic em̃ medicus ſapiẽs in re
medium maioris morbi patitur infirmuz i
leuiorem morbũ incidere. Ita etiam pecca
tum ſuperbie grauius eſſe oſtẽditur. ex hoc
ip̃o ꝙ ꝓ eius remedio deus permittit ho-
minẽ ruere in alia peccata. Prouerb. xxix.
Superbum ſequitur humilitas. Hiere. xiij.
Putreſcere faciã ſuperbiam iuda. Itez gra
uitas ſupbie facit ruere in profundiſſimas
penas. ſicut patet de lucifero. Eſaie. xiiij. De
tracta eſt ad inferos ſuperbia tua. ⁊. xxiij.
Dominꝰ exercituũ excogitauit hoc vt detra
heret ſuperbiam omnis glorie. Secundo
oſtẽditur in auctoritate inducta ꝙ mortis
inſtantia eſt illuminatiua intellectus. quia
. ſ. facit hominẽ in cognitionẽ ſui venire. Fa
cit enim hominẽ cognoſcere ⁊ ſuam imbe-
cillitatem ⁊ ſuam nuditatem ⁊ ſuam iniqui
tatem. Imbecillitatem quidem quia ſcilicet
videt ſe non poſſe morti reſiſtere. vnde Ale
xander qui omniũ victor fuerat cognouit
ſe finaliter a morte eſſe vincenduz. vnde di

Etur. I. Macha. i. ꝙ alexander philippi rex macedo ⁊c. Et ſeqtur. Poſt hec decidit in lectum ⁊ cognouit qꝛ moreretur, id ē a morte vinceretur. Item facit hominem cognoſcere ſuam nuditatez, quia mors compellit hominem exire de mundo: ita vt nihil eius ſecum deferre poſſit. Eccleſiaſtes quinto. Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſue ſic reuertetur ⁊ nihil afferet ſecuz de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas. quomodo venit ſic reuertetur. Item facit hominem cognoſcere ſuam iniquitatez. qꝛ mors eſt quedam citatio hominis ad diuinuz iudicium. quia ſtatutuz eſt homini ſemel mori. ⁊ poſt hoc iudiciū. ſicut dicitur. Hebre. ix. ⁊ hoc cognoſcimus per fidem. ps. Cognoui quia dominus faciet iudicium. Sed ille q̄ citatꝛ ad iudiciuz vt examinetur de criminibus ſuis cogitur recordari maleficiorū et iniquitatum que fecit ⁊ venit ad iudicium cum timore. Sapien. iiij. Venient in cogitatione peccatorum ſuoꝝ. Tertio quoqꝫ inſtantia mortis oſtenditur eſſe correctiua. ſ. per admonitioem: quia admonet ad penitentiam ⁊ correctionem viciorū anteꝙ homo recedat de vita iſta. ⁊ ideo dicitur ī auctoritate allegata. diuina admo. pla. Unde deus plaga infirmitatis ⁊ timore mortis admonet peccatorem vt relicta malicia redeat ad ipſum per fidem ⁊ charitatē. vnde Sapien. xij. Hos qui exerrant partibus corripis. ⁊ de quibus peccant admones: ⁊ calloqueris vt relicta malicia credant in te domine. imo etiaz ex morte alterius admonetur homo de fine ſuo vt cogitet quid futurū ſit de ſe. Et ideo dicitur Eccl's. vij. Melius eſt ire ad domū luctus ꝙ ad domū conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominū: ⁊ viuens cogitat q̄d futurū ſit. ¶

## Tertio in themate aſſumpto

ponitur loci congruentia. quia ad monumētū. Monumentū enī dicitur quaſi admonens mentem. ſcꝫ non ſolum de memoria mortis habenda: ſed etiam de penitentia peragenda. Et hoc figurate exp̄mitur in maria magdalena de qua habetur. Johan. xx. ꝙ maria ſtabat ad monumentum: foris plorans. Duz ergo fleret inclinauit ſe ⁊ proſpexit in monumentum ⁊ vidit duos angelos in albis ſedentes. In quibus quidem verbis penitens peccator de quatuor admonetur.

Et primo quidem de interiori cōtritione. quia maria.

Scđo de exteriori ꝯfeſſiōe. qꝛ foris plorās

Tertio de humili ſatiſfactione. qꝛ inclinauit ſe ⁊ ꝓſpexit in monumentum.

Quarto de conſolabili conſolatione. quia vidit duos angelos ⁊c.

Circa primū aduertendum eſt ꝙ interior contritio peccati requirit tria. Primo conſcientie diſcuſſionez. ⁊ hoc eſt monumentū viſitare: quia monumentum eſt in quo clauditur corpus mortuū. ⁊ ideo conſcientiam ſignificat in qua latet mortale pctm̄: qꝛ nā primo penitens debet per diligentē diſcuſſionem viſitare: ſed tamen inueniendo ibi tenebras peccatorum ingerunt ſibi non ſolum pudorem: ſed etiam horrorem. Unde dicitur Johā. xx. ꝙ maria magdalena que penitentez ſignificat venit mane cū adhuc tenebre eſſent ad monumentuz. Ad monumentum ergo viſitandum. id eſt ad diſcutiendum conſcientiam ſuā mane. id eſt ſollicite venit. quia vſqꝫ ad ſero ſenectutis vel noctem mortis ꝯuerti minime diſtulit: ſed adhuc ibi erant tenebre peccatoꝝ que ingerunt ſui diſplicentiā ⁊ dolorem: ita vt dicere debeat illud Thobie. v. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris ſedeo ⁊c. Secūdo contritio interior requirit culpe abominationē peccati que ꝓuocat ad vomitū cōfeſſionis. ⁊ hoc eſt de rōne contritionis. ſ. peccati abominatio cū amaritudine cordis et cum ꝓpoſito ꝯfitendi. Unde dꝛ Threñ. ij. Magna eſt velut mare ꝯtritio tua. Tertio requirit contritio pn̄ie cōtinuationem. Et hoc oſtendit in auctoritate allegata maria. qꝛ ſtabat, nā ceteris recedentibus nō receſſit a monumēto. ⁊ ſic nō dꝫ hō a penitentie dolore recedere toto tp̄e vite ſue. Et ideo dicit beatus Augu. Dolor in pn̄ia ꝯtinue cuſtodiatur. Sed aduertendū eſt ꝙ duplex ē pn̄ia. ſ. exterior ⁊ interior. Interior quidez eſt qua quis dolet de pctō cōmiſſo. Et talis pn̄ia debet durare vſqꝫ ad finē vite. ſemper enī dꝫ hoī diſplicere ꝙ peccauit. ſi enim homini placeret peccaſſe: iā ex hoc ipō peccatū incurreret: ⁊ fructuz venie pderet. Diſplicentia autē dolorē cauſat in eo q̄ eſt ſuſceptiuus doloris qualis eſt hō in hac vita Poſt hanc aūt vitam ſancti nō ſūt ſuſceptiui doloris. vnde diſplicebunt eis pctā preterita ſine om̄i triſticia. ſm̄ illud Eſaie. lxv. Obliuioni tradite ſunt anguſtie priores.

Penitentia vero exterior eſt qua q̄s exteri
ora ſigna doloris oſtendit: ⁊ verbotenꝰ pec
cata ſua cõfitetur ſacerdoti abſoluẽti: ⁊ iu-
xta eius arbitriũ ſatiſfacit. Et talis penitẽ
tia nõ opꝫ ꝙ duret vſqꝫ ad finem vite: ſed
vſqꝫ ad determinatũ tempus ſm̃ menſurã
peccati. Sed iterũ notandũ ꝙ ſi conſidere-
tur penitentia q̄ptum ad actũ: ſic impoſſibi
le eſt ꝙ homo cõtinue peniteat. Nam neceſ
ſe eſt ꝙ actus penitentis ſiue interior ſiue
exterior interpoletur ad minꝰ ſomno ⁊ alijs
que ad neceſſitatẽ corporis ptinent. Si ve
ro conſideretur q̄ptum ad habitũ: ſic opꝫ ꝙ
homo cõtinuẽ peniteat: ⁊ q̄ptum ad hoc ꝙ
homo nunq̄ contrariũ penitentie faciat ꝑ
qḋ habitualis diſpoſitio penitentis tollat:
⁊ q̄ptum ad hoc ꝙ homo debet in ꝓpoſito
gerere ꝙ ſemper ſibi preterita peccata di-
ſpliceant. Eccl'i. ij. Sta in iuſticia. ſcilꝫ pe-
nitentie ⁊ timore. ſcꝫ cadendi. ¶ Secũdo ad
monetur penitens in ſupradicta figura ma
gdal'. de exteriori confeſſione: quia ſtabat
foris plorans. Nam quãdo ſolum in corde
conteritur adhuc penitens quaſi intus la-
tet: ſed duꝫ ſacerdoti confitetur quaſi foris
prodit. Hoc videtur innuiſſe xp̄s quãdo ve-
nit ad monumentũ lazari ⁊ clamauit. laza-
re veni foras. ⁊ ſtatim ꝓdijt qui ⁊c. Dic̃ eis
ieſus. Soluite ⁊ ſinite abire. Ubi primo fi-
gurate premittitur confeſſionis inſpiratio
in eo ꝙ clamauit ieſus lazare veni foras.
Secũdo ſequit̃ inſpirati confeſſio. quia ſta
tim ꝓdijt qui fuerat mortuꝰ. Deinde innui
tur confeſſi abſolutio quia dixit eis ſoluite
⁊c. Sed q: confeſſio dꝫ eſſe lachrymoſa di-
citur de Maria ꝙ ſtabat foris plorãs. Nã
lachryme cõfitentis que prodeunt per fora
mina oculorũ ſunt ſigna interioris triſticie
pctõꝝ. Unde Hiere. xlviij. Plorãs aſcẽdet
in fletu q̄ñ in deſcenſu oronaim: qḋ interp̄-
tatur iuſticie vel foramem meroris: hoſtes
vlulatũ ꝯtritionis audierũt. ¶ Tertio admo
net penitẽs in ſupradicta figura magda. de
humilitate ſatiſfactiõis: cũ dr̃ ꝙ inclinauit
ſe ⁊ ꝓſpexit in monumentũ. Dicit̃ ꝙ came
lus q̄ñ dꝫ onus ſuſcipere ſuper ſe inclinat ſe
genuflectendo. Sic penitens dꝫ inclinare.
id eſt humiliare ſe ad ſuſcipiendũ onus pe-
nitentie ſiue ſatiſfactõis. ps. Inclinaui cor
meũ ad faciẽdas iuſtificationes tuas. i. per
opa ſatiſfactoria quibꝰ homo iuſtificatur a
pctõ. Debet etiã ꝓſpicere ad monumentuꝫ
id eſt ad ꝯſcientiam vtrũ ſit ibi mortuus. i.
aliqḋ peccatũ mortale: de quo ꝓpter obli-
uionẽ non fuerit confeſſus: vel quo non ſit
purgatus ꝑ ſatiſfactionem. vnde ꝯſcie dicit̃
poteſt illud. Eſaie. xiiij. Ad te inclinabũtur
teqꝫ ꝓſpicient. ¶ Quarto in ſupradicta figu
ra agitur de remiſſionis teſtatione: cuꝫ dr̃
ꝙ vidit duos angelos ⁊c. Iſti duo angeli q̄
fuerũt teſtes reſurrectõnis xp̄i: ſignificant
duas puritates q̄ oſtendũt reſurrectionem
penitẽtis a mortalibus pctĩs. Una ẽ reſpe-
ctu p̄teriti. ſicut eſt nõ habere remorſum cõ
ſcientie de aliquo pctõ p̄terito. ſicut dicebat
Ap'ls. i. Corinth. iiij. Nihil mihi ꝯſcius ſũ.
Scdã eſt reſpectu futuri. ſ. nõ amplꝰ pecca
re de cetero. Uel ſignificãt iſti duo ãgeli vi
gorẽ reſiſtẽdi de cetero malo: ⁊ feruorẽ ꝓfi
ciẽdi in bono. Luc. xxiiij. Venerũt dicẽtes
ſe viſionẽ angeloꝝ vidiſſe q̄ dicũt eũ viuere
Et hi dicũtur ſedere in albis. q: nõ niſi vbi
ſũt pacate ⁊ mũde conſcie repiunt̃. Actu. i.
Duo viri aſtiterũt iuxta illos in veſtibꝰ al-
bis. Hi ergo annũciant reſurrectõeꝫ a mor
te culpe ad vitã gr̃e ꝑ quã peruenit̃ ad vitã
glorie. Ad quã ⁊c.

¶ In funere vniꝰ abbatiſſe. ¶ Sermo IX

Mater mirabilis et
bonoꝝ memoria digna. ij. Mac-
chab. vij. Sicut plati mõachoꝝ
maiores cõiter vocant̃ abbates. i. p̄res rõe
gubernatõis. alicubi ṽo vocant̃ p̄ores rõe
platõis. Sic etiã ⁊ monialiũ plate p̄ñt eadẽ
rõne dici m̃res. vl' etiã priorиſſe. Int̃ q̄s ali
q̄ñ inueniũtur aliq̄ q̄ ita religioſe viuũt ⁊ ita
laudabiliter p̄ſunt: ꝙ reddũt ſe ⁊ in vita ad
mirabiles: ⁊ etiã poſt mortẽ memorabiles
Et iõ de qualꝫ taliũ põt poſt mortẽ eiꝰ ꝓpo
ni verbũ ꝓpoſituꝫ: qḋ ait. mater mirabilis
ſupple fuit: ⁊ bonoꝝ memoria digna. ¶
In quibꝰ quidẽ verbis deſcribũtur tria.
Primũ ẽ cõitas platõis: ꝓpt̃ quã dr̃ mat̃.
¶ Scdm̃ ẽ honeſtas ꝯuerſatiõis: ꝓpt̃ quã
vocatur mirabilis.
¶ Tertiũ eſt cõmunitas recordatõis: q: bo
norũ memoria digna.

¶ Circa primũ notandũ
eſt ꝙ iſta abbatiſſa vel prioriſſa poteſt dici
vere fuiſſe vt mater ſubditarum ſuarũ que
circa eas extitit affectuoſa argumẽtoſa ſtu
dioſa ṽtuoſa ⁊ religioſa. Et tal' potuit dice
re illõ. Eccl'i. xxiiij. Ego mat̃ pulchre dilecti
onis ⁊ timoris ⁊ agnitõis ⁊ ſcte ſpei: in me gr̃a

ois viſe. In eo eñi ꝙ dicitur mater pulchre
dilectionis: oſtenditur quō fuit affectuoſa
in eo vero ꝙ timoris oſtēditur quō fuit ar-
gumentoſa: qꝛ timor facit hoīem ſollicitū
⁊ argumentoſū. ſ; in eo ꝙ agnitionis oſtē
ditur quomō ſtudioſa: ⁊ in eo ꝙ ſancte ſpei
oſtenditur quomodo ꝟtuoſa. quia ſicut ho-
mines viciosi habent ſpem vanā ita virtu-
oſi habent ſpem ſanctā. Sed qꝛ in ea etiam
fuit gratia oīs vite oſtenditur ꝙ ita fuit re
ligioſa vt eſſet oībus alijs exemplū bene vi
uendi. Vel poſſumus etiā dicere ꝙ in pmo
cōmendatur de charitate: in ſecūdo de hu-
militate: in tertio de ſagacitate: in quarto ḋ
ſecuritate: in qnto vero de cōmunitate. Cō
mendatur ergo pmo in matre ſpirituali. ſ. i
abbatiſſa vel prioriſſa affectus charitatis.
Nam ſicut dilectio carnalis eſt dilectio tur-
pis ⁊ immūda: ita dilectio ſpūalis. ſ. chari-
tatis eſt dilectio mūda ⁊ pulchra. Unde be
atus Augu. dicit in regula ſua. Non autem
carnalis: ſed ſpiritualis inter vos ꝺ; eſſe di
lectio. Dicitur ergo abbatiſſa eſſe vt mater
quādo diligit ſorores ſuas miſericordit. ſ.
quādo cōpatitur earū afflictionibus: ſubue
nit earum defectibus: ⁊ piam ⁊ diſcretam
correctionē abhibet earum exceſſibus. Ta-
lis ergo vere dicit cuilibet ſubditarū ſuarū
illud. Eſaie. xlix. Nūquid obliuiſci pōt ma-
ter infantē ſuū vt non miſereatur filij vteri
ſui: Etſi illa oblita fuerit ego nō obliuiſcar
tui. Sed tunc dicit abbatiſſa eſſe mater di-
lectionis: quādo diligit veraciter. i. nō ſimu
late ⁊ ficte. Cum eñi amare aliquē ſit bonū
velle alicui: illum dicitur aliquis vere dilige
re: cui⁹ bonū appetit ⁊ intendit. Unde quā
do quis pximū ſe amare oſtendit: ⁊ tamen
ex ipſa dilectione nō illius bonū: ſed ſuū p
prium intendit ⁊ appetit: ſicut eſt in amici-
tia vtili ⁊ delectabili: manifeſtū ē ꝙ ſeipm
quidē vere ⁊ pximū ipm nō vere ſed ſimu-
late diligit. Sed quādo vere pximū diligit
etiam ſuū ppriū damnū propter illius vti
litatem negliget. Apoſtolus. i. Corinth. x.
Non querēs qȯ mihi vtile eſt: ſ; qȯ multis
profit. Tales ſunt abbatiſſe que pro ſororū
conſolatione ſuſtinent afflictionem ⁊ labo-
rant p earum quiete: ⁊ penuriam ſuſtinēt
vt alie abundent. Talis ergo dilectio eſt de
qua dicitur Roma. xij. Dilectio ſine ſimula
tione. Sed tunc eſt abbatiſſa mater dilecti-
onis pulchre quando diligit fructuoſe. ſcil;
quādo ita afficitur ad cōuentum ⁊ ita regit

ipm ꝙ facit abundare in fructibus ſiue bo
nis ſpiritualib⁹ ⁊ temporalibus. S; de ſpi
ritualibus debet curare per ſe: de tempora-
libus vero quaſi per accideus ⁊ etiam mo-
derate. ⁊ tunc dicere poterit illud. ps. Pul-
chritudo agri mecū eſt. Nam pulchritudo
agri eſt in abundantia ſegetū ⁊ fructuū. Et
tunc eſt abundātia ⁊ ſpūaliū ⁊ temporaliū
in monaſterio: quādo bene facit ſeruari ea
que religionis ſunt. ¶ Secūdo in auctorita
te eccl'i allegata cōmēdatur abbatiſſa ḋ hu
militate. qꝛ dicitur mater timoris. Timor
eñi domini mutū humiliat mentē. Debent
autem ſorores ppter timorem dei abbatiſ
ſam revereri tanꝙ ſuperiorē: ſed abbatiſſa
ppter timorem dei debet ſe reputare omni
bus inferiorē. ſicut etiam ſanctus Auguſti
nus dicit in regula ſua ſubditis de prelato.
Honore coram vobis p̄. ⁊c. Ephe. v. Sub-
iecti inuicem in timore xpi. Conſiderās eti
am prelatus vel prelata ꝙ debet corā ſum-
mo iudice de ſuis ſubditis reddere ratōem
multum timere debet ⁊ ſollicitus eē de eis.
Iob. xxiij. Conſiderans eū timore ſollicitor.
Unde prelatis dicitur illud. ij. Paral'. xix.
Sit timor dñi vobiſcum ⁊ cum diligentia
cuncta facite. Tertio cōmendatur de ſtu-
dioſitate ſiue ſagacitate. in eo ꝙ ḋr mater
agnitionis: qꝛ eñi abbatiſſa habet de ſoro-
ribus ſue cure cōmiſſis iudicare: ⁊ phūs di
cit ꝙ vnuſquiſq; bene iudicat que cogno-
ſcit: ⁊ horum verus eſt iudex: oportet eā ſtu
dioſe ⁊ ſagaciter ipſarum ſororꝝ ſuarū actus
⁊ vitam cognoſcere. Et ideo dicitur ei. Pro
uerbiorꝝ. xxvij. Diligenter agnoſce vultum
pecoris tui. ¶ Quarta cōmendatio matris
ſpiritualis abbatiſſe vel prioriſſe debet eſſe
de ſecuritate. ⁊ ideo ḋr eſſe mater ſctē ſpei.
Spes eni; ſancta id eſt ſancita ⁊ firma eſt
ſpes que ponitur in deum. Nam illa ſpes q̄
ponitur in hominib⁹ nō eſt firma: qꝛ ſicut
dicitur. Prouer. xi. Mortuo homīe impio
nulla erit vltra ſpes. ⁊ expectatio ſollicitorꝝ
peribit. Et bene dicit homīe impio. quia de
iuſto ⁊ ſctō viro bene poteſt hoc ſperare eti
am poſt morte;. Unde beatus Dominicus
moriens pmiſit fratribus ſuis lugentibus
ꝙ eſſet eis vtilior poſt mortē ꝙ fuiſſet hic
viuens. Et ideo in officio ſuo cantatur de
ipſo ſic. O ſpem noſtram quā dediſti: mor
tis hora te flentibus: dum poſt morte; pro
miſiſti: te profuturū fratribus. Imple pat
qȯ dixiſti: nos tuis iuuās precibus. Unde

quia ſancti poſt mortē nō a ſe: ſed a deo ha
bent ꝙ nobis poſſint auxiliari poſt morteꝫ
ſuā: ideo ponere ſpem in eorū auxilio non ē
ponere ſpem in hoīe: ſed potius in deo a quo
nobis impetratur auxiliū. Itē nō eſt firma
aut valida ſpes que habetur in bonis tem⸗
poralibus: tū qꝛ deficiunt. tum qꝛ decipiūt.
Eccli. xxxiiij. Uana ſpes ⁊ mendaciuꝫ viro
inſenſato. iiij. Regū. xviij. An ſperas in ba
culo arūdineo confracto ⁝ talis baculus eſt
mundus. Sola ergo firma ſpes eſt que po⸗
nitur in deo. quia ſicut dicitur Eccli. ij. Nul
lus ſperauit in illo ⁊ confuſus eſt. Unde illa
eſt iſta ſancta ſpes que dat ſecuritateꝫ in oī
pugna. Propť quod dicitur. i. Machab. ij.
Omnes qui ſperant in eū non infirmanť.
qꝛ ex infirmitate corporis non deficiūt ab
infirmitate animi ſiue in anguſtia aduerſi⸗
tatis ⁊ afflictionis. Hiere. xvij. Spes mea
tu in die afflictionis, ſiue cuiuſcūqꝫ doloris
⁊ penalitatis. Roma. xij. Spe gaudētes: in
tribulatione patientes. Itē hec eſt ſpes que
ſecurat in oī indigentia. Job. v. Et erit ege
no ſpes. ps. Oculi oīm in te ſperant dn̄e: ⁊
tu das eſcā illis ⁊c. Eſa. xxv. Factus eſt for
titudo pauperū: fortitudo egeno in tribula
tione ſua: ſpes a turbie: vmbraculū ab eſtu

Quinta comendatio matris ſpiritualis ē
de vite cōitate ⁊ de religioſitate ⁝ qꝛ fuit in
ea gratia omnis vite ſcꝫ actiue ⁊ contēpla⸗
tiue. vel quia eius vita debet eſſe omnibus
exemplaris: ita vt poſſint ſorores dicere. i
vita tua viuimus: id eſt exemplū vite habe
mus. vel poſſet illa dicere. In me oīs gratia
vite, quia in oī vita ſua perſeueraſſet in gra
tia dei. Et tales ſunt qui ſemper viuūt ſine
cōſcia peccati mortalis. Job. xxvij. Donec
deficiā nō recedā ab innocētia mea: ⁊ iuſti⸗
ficationē meā quā cepi tenere nō deſeram
neqꝫ etiā reprehendit me cor meū in oī vita
mea. De hac perſeuerantia hortabanť pau
lus ⁊ barnabas fideles, Actuū. xiij. Loquē
tes ſuadebāt eis vt ꝑmanerēt ī grā dei. B

# Secūdū quod deſcribi
tur in themate aſſumpto eſt honeſtas con⸗
uerſationis ⁝ que tanta eſſe debet vt poſſit
dici mirabilis. Ualde eñ mirabilis poteſt
dici mulier: que non obſtante fragilitate ſe
xus: in terra poſita angelicā vitā ducit. Nā
in carne preter carnē viuere: angelicum eſt
non humanū. ſicut Hiero. dicit. Ualde eñ
mirabile videretur ꝙ ignis exiſtens in aq̄

non extingueretur: ſed preualeret ipī aque.
Aqua eſt caro noſtra ſiue ipſius cōcupiſcē
tia: que incontinens ⁊ fluxibilis eſt: ſed ſi i⸗
gnis diuini amoris intantū in hac aqua ꝑ
ualeat vt ipſam carnē virginem ⁊ contine⸗
tem ſemper manere faciat: certe hoc eſt val
de mirabile. Sapientie. xvi. Quod eñ mi⸗
rabile erat in aquā plus ignis valebat.

In quibus quidē verbis deſcribūtur tria.
Primo laus caſtitatis ⁝ quia quod mira⸗
bile erat.

Secundo fluxus carnalitatis: ſcꝫ ī aqua.
Tertio virtus charitatis: quia plus ignis
valebat.

Circa primū attendendū eſt ꝙ valde mi⸗
rabilis diceretur illa virtus que de corpore
faceret ſpiritū: ⁊ de terra faceret celū. Et ta
lis profecto eſt virtus continentie ⁊ caſti⸗
tatis. Nā facit de corpore ſpiritū. quia ab⸗
ſtinentia a nuptijs angeloꝝ eſt imitatio. ſi⸗
cut dicit Damaſcenus. Unde etiā domin⁹
dixit ꝙ in reſurrectiōe quando neqꝫ nubēt
neqꝫ nubentur erunt ſicut angeli dei. Et iō
dicitur tunc corpus ſpirituale. Item virtus
continentie eſt que facit de terra celū. hoc ē
qua terra corporis corrumpitur: que per in
corruptionē continentie efficitur celeſtis.
vnde ⁊ celibatus vocatur. Celū eñ duo ha
bet. Primū ꝙ nō eſt ponderabile: eo ꝙ ſm
ꝑhm non ſit graue neqꝫ leue. Secundum
quia eſt incorruptibile. Et iſta duo quodā⸗
modo competunt virtuti continentie. Un⸗
de de primo dicitur Eccli. xxvi. Omnis pō⸗
deratio non eſt digna continentis anime.
De ſecundo dicitur Sapie. vi. Incorruptio
facit eſſe proximū deo. Quidā ꝑhus cū pa⸗
raſſet ſe ad peccandū cū muliere continuit
ſe dicens. Erubeſce celū intrare cenū. quaſi
diceret. per continentiā es vt celū: per luxu
riā efficieris vt cenū. Sic ergo patet ꝙ ꝓ⸗
pter honeſtatē poteſt mulier dici mirabilis
Hiere. v. Stupor ⁊ mirabilia facta ſunt in
terra. Stupor propter ſexus fragilitatem:
ſcꝫ mulieris: ſed mirabilia propter inconti
nentie difficultatē: qua frequentius impu⸗
gnatur. Nā ſicut dicit. Inter cetera chriſtia
noꝝ certamina duriora ſunt prelia caſtita⸗
tis ⁝ vbi frequens pugna ⁊ raro victoria.
Facta ſunt in terra. id eſt in carne humana
terreſtri ⁊ corruptibili. Tertio in auctori⸗
tate allegata deſcribitur fluxus carnalitatꝭ
ſcꝫ in aqua. Aqua enim propter ſui liquidi
tatem fluxibilis ⁊ labilis eſt. Et ſic caro no

ſtra habet fluxibilitatē ⁊ labilitateꝫ nature: quia oēs ſcḋm carnē morimur, ⁊ quaſi aque di. in ter. que non reuer. vt dicitur .ij. Reg. xiiij. Habet etiā ſuper hoc caro noſtra fluxibilitatē concupiſcentie. Propter quaꝫ dixit Jacob filio ſuo Ruben Gen. xlix. Effuſus es ſicut aqua non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui ⁊ maculaſti ſtratū eiꝰ. Sꝫ includenda eſt hec aqua ⁊ coartāda: ne dānoſe labatur infra limites aluei. id ē matrimonij. vel in vaſe religionis. Conceditur eñ matrimoniū ne deficiat genus humanū: ⁊ ne effluat cōcupiſcentie aqua ꝑ alios modos illicitos luxurie: quibus anime ſalꝰ ſubuertitur. Job. xij. Si continuerit aquas omnia ſiccabuntur. quia ſi omnes eſſent cōtinentes omnino deficeret natura humana ⁊ ſi emiſeris eas. vt ſcꝫ pro libito exerceant carnales concupiſcentie: ſubuertent terrā. id eſt aīe fructū ⁊ ſalutē. ¶ Tertio in predicta auctoritate allegata deſcribit virtus charitatis: quia plus ignis valebat ſupple ꝙ aqua. Et hoc eſt quando in homine continente amor charitatis ſuperat amorem carnalitatis: ⁊ amor ſpiritualis vincit amorem carnalē. Sapie. xvi. In aqua ſcꝫ concupiſcentie ſupra virtutē ſcꝫ nature carnis ignis ſcꝫ diuini amoris exardebat. Eccli. xxxviij. Vapor ignis id eſt feruor diuini amoris vret carnes: id eſt carnalitates. Aſſimilatur ergo charitas igni. Primo propter formalitatē: quia ignis inter cetera elementa eſt maxime formalis. multū eñ habet de forma ⁊ parū de materia. Et ſic amor charitatis quos replet facit habere modicum de affectu materialiū ſiue temporaliū rerū: ⁊ plurimū de appetitu formaliū: id eſt ſpiritualiū bonoꝝ. vt iā non carnalia carnaliter ſed ſpiritualia ſpiritualiter diligant. Diſtinguit eñ beatꝰ Bern. quattuor modos diligendi. ſcꝫ diligere carnē carnaliter: ſpirituꝫ carnaliter: carnē ſpiritualiter: ⁊ ſpiritū ſpiritualiter. Utrūq; aūt iſtoꝝ vltimoꝝ modorū pertinet ad amorem charitatis. Ezech. xv. Utrāq; partē ſcꝫ carnis ⁊ ſpiritus conſumpſit ignis. ſcꝫ diuini amoris. quia quando ⁊ caro ⁊ ſpiritus ſpiritualiter diliguntur: quicquid eſt in vtraq; vitioſum ꝯſumitur ⁊ purgatur. Gregorius. Tanto amplius peccati rubigo conſumitur: quanto peccatoris cor magno charitatis igne crematur. D

¶ **Tertio in themate aſ**ſumpto deſcribitur de matre ſpirituali: id ē abbatiſſa vel prioriſſa congruitas recordationis: quia beatorū memoria digna. Ubi aduertēdū eſt ꝙ ex duplici parte memoria ſiue memoriatio alicuiꝰ perſone pōt eſſe appreciabilis. Primo ex parte memorantiuꝫ: puta ſi ſit in memoria bonoꝝ viroꝝ: quia eſſe in memoria maloꝝ hoīm non eſt appreciabile vel appetibile: quia eoꝝ teſtimoniū ſiue laus potius eſt ad diminutioneꝫ ꝙ ad augmentationē bone opinioīs ⁊ fame. Et ideo Seneca dicit. Tantuꝫ ſit ſi lauderis a turpibus: ꝙ ſi lauderis ob turpia. Hoīes eñ mali ſicut mendaces ⁊ ſuperbi ⁊ doloſi: potius laudant ⁊ comemorant malos ꝙ iuſtos ⁊ bonos ⁊ ſapientes: ⁊ potius mala ꝙ bona. Unde Eccli. xv. poſtꝙ locutus eſt ſapiens de ſapientia ⁊ iuſticia ſubdit. Homines ſtulti non videbunt eā. Longe eñ abeſt a ſuperbia ⁊ dolo. Uiri mendaces non erunt illius memores. Eſt ergo appreciabilis tm̄ memoria bonoꝝ: quia maloꝝ cōmemoratio ⁊ laus īfidelis ⁊ peruerſa eſt. quia de malo dicunt bonū: ⁊ de bono malū. Unḋ Eſa. v. Ue qui dicitis malū bonū ⁊ bonum malū: ponentes tenebras lucē ⁊ lucē tenebras. ponentes amaruꝫ in dulce ⁊ dulce in amarū. Itē bonoꝝ memoria eſt magis vtilis defunctis ꝙ memoria maloꝝ. quia boni habentes memoriam de perſona defuncta orant pro ea. ⁊ oratio boni viri plus valet defuncto ꝙ oratio peccatoris. quia magis eſt gratie impetratiua. Prouerbiorum xij. Qui bonus eſt hauriet ſibi gratiaꝫ a domino. ¶ Secundo eſt appreciabilis memoria ex parte memorabilium: puta ſi habeatur memoria de his que ſunt memoratu digna. Et ideo vt oſtēdatur abbatiſſe memoria ex omni parte eſſe laudabilis: dicitur ꝙ bonorum eſt memoria digna. ¶ Ubi aduertendū ꝙ apud antiquos illud quo maxime reputabant hoīes digni memoria erat quando viriliter ⁊ ſtrennue ſe habebāt in bellis magnam victoriam conſecuti. vn̄ de talibus reddebatur honor triumphi. De quo honore refert Valeriꝰ maximus libro ſecundo capitulo tertio. ꝙ lege cautum eſt ne quis triumphet niſi quinq; milia hoſtiū vna acies occidiſſet. Et talibus ad perpetuam memoriaꝫ fiebat arcus triumphalis in quo eorum victoria figuris ⁊ imaginibꝰ repreſentabatur. Unde etiam de Saul poſt victoriā habitaꝫ de Amalech dicitur .i. Re

gum decimoquinto. ꝙ nunciatum eſt Samueli ꝙ veniſſet Saul in carmelum ⁊ erexiſſet ſibi fornicem triumphalem: ſcꝫ in memoriam victorie habite. Sic ergo in eccleſia chriſti redduntur homĩes digni memoria propter victoriaꝫ triplicis belli. Aut qꝛ vicerunt bellum carnis per caſtitatem ſiue virginitatem. Unde Sapientie. iiij. O q̃ pulchra eſt caſta generatio cũ claritate ⁊c. Aut redduntur digni memoria: qui vicerũt bellum mundi. Bellum autem mundi nunc qui proſpera eius contemnit ⁊ aduerſa nõ pertimeſcit vincit, ſicut dicitur de Moyſe Hebre. xi. ꝙ negauit ſe filium eſſe filie pharaonis. ecce ꝙ proſpera contempſit. Et ſeq̄tur. magis eligens affligi cum populo dei q̃ temporalis peccati habere iocunditatem. ecce ꝙ aduerſa non timuit, ⁊ ideo dignus memoria fuit. Unde de eo Eccli. xlv. dicit. Dilectus deo ⁊ hominibus moyſes: cuius memoria in benedictione eſt. Aut ſunt digni memoria: quia vicerunt bellum diaboli. Nam ſi memoria reputantur digni qui vicerunt homines: multo profecto digniores ſunt hi qui vicerunt demones. Et ratio eſt: quia quanto fortior ⁊ difficilior eſt pugna: tanto glorioſior ⁊ memorabilior ẽ victoria. ſed longe difficilior eſt pugna demonum q̃ hominum. Tribus enim modis bella vincuntur. ſcꝫ potentia: aſtutia: ⁊ perſeuerantia. quia qui plus poteſt ſufferre ⁊ cõtinuare guerram ille vincit. Et de his tribꝰ exempla multa patent tam in diuinis ſcripturis q̃ etiam in alijs hyſtorijs. Sed in his tribus demones excedunt quaſi incõparabiliter homines. Primo in potẽtia naturali: quia vt dicitur de diabolo. Job. xli. Non eſt ſuper terram poteſtas que equiparetur ei. Item in aſtutia intellectuali ⁊ experimentali. quia vt dicitur Gene. iij. Serpẽs in quo ſignificabatur diabolus erat calidior cunctis animantibus terre. Item in inſtantia pugne continua ⁊ inceſſabili. quia cum ipſe ſit tm̃ ſpiritus non grauatur carne vt aliq̃n impediatur aut morbo aut morte: aut cibo aut ſomno aut aliquo ſimili. Unde non eſt nobis colluctatio aduerſus carneꝫ ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus princi ⁊c. vt dicit apoſtolus Ephe. vi. Et ideo a principio humani generis vſqꝫ ad finem mundi nos impugnare non ceſſat. Sed habemus auxilium dei contra eos ⁊ vincere poſſumus: quia deus pater ſua potentia nos corroborat ne ab eorum viribus ſuperemur. filius dei ſua ſapientia nos illuminat: ne eorum inſidijs capiamur: ⁊ ſpiritusſanctꝰ ſua gratia nos ſuſtentat ne pugne aſſiduitate vincamur. Unde etiam qui talibus confortati auxilijs demones vincũt: multomagis memoria digni ſunt q̃ illi qui quoſcũqꝫ homines vicerunt. Et ideo figura huius victorie atqꝫ memorie fuit Judas machabeus. de quo dicitur. i. Machabeorum. iij. ꝙ repulſi ſunt inimici eius pre timore eius: ⁊ omnes operarij iniquitatis conturbati ſunt: ⁊ directa ẽ ſalus in manu eius: ⁊ exercebat reges multos: ⁊ letificabat iacob in operibus ſuis ⁊ in ſeculum memoria eius in benedictiõe ſcꝫ illa qua dicet Matthei. xxv. Venite benedicti patris mei poſſidete paratũ vobis regnum ⁊c. Ad quam nos ⁊c.

In funere vnius religioſi. Sermo. X.

**Factus eſt obediẽs** vſqꝫ ad morteꝫ. Philip. ij. Sicut dicitur ex̄ de reg. ⁊ tranſeuntibꝰ ad religionem. c. porrectum. ⁊. c. ex parte. Habitus non facit monachum: ſed profeſſio regularis. ⁊ intelligitur de habitu ſine ꝓfeſſiõe. ſed ſola profeſſio naturalis preſumpta monachum facit ⁊ ſolemniſat votuꝫ. vt dicit ibi gloſa. Cõmunis auteꝫ forma regularis profeſſionis eſt promittere obediẽtiã vſqꝫ ad mortem. ⁊ illa forma eſt ſumpta ab exẽplo dñi ieſu chriſti: qui pro nobis vt dicit verbũ propoſitũ factus eſt obediens vſqꝫ ad mortẽ. Et quia illud exemplũ chriſti ſequi iſte noſter frater defunctus non ſoluꝫ verbo in ſua ꝓfeſſione ꝓmiſit: ſed etiã efficaciter in ſuo ope adimpleuit: laudabiliter põt dici de eo ꝙ factꝰ eſt obediens ⁊c.

In quibꝰ quidẽ verbis tria deſcribuntur. Primũ eſt inchoatio conuerſationis ſpiritualis in eo ꝙ dicit: factus eſt. Scđꝫ ẽ executio ꝓfeſſiõis rl'aris: qꝛ obe. Tertiũ eſt limitatio corruptionis naturalis: quia vſqꝫ ad mortem.

**Circa primũ attendendũ** eſt ꝙ homo dicitur factus non ſimplicit̄ ſed ſm̃ quid qñ mutauit ſtatũ. ſicut dicimꝰ ꝙ factus eſt epiſcopus: vel ꝙ factꝰ ẽ miles ita ꝙ qñ hõ tranſit a vita ſeculari ad ſtatũ religionis: factus eſt quodãmodo nouꝰ hõ qꝛ aſſumpſit nouũ modũ viuẽdi vt efficiat̄ magis amicꝰ dei. Licet eñ hõ etiã in ſtatu

ſeculari poſſit deo placere:tamē invita regu
lari poteſt ⁊ debet magis deū diligere. Unð
ad talē referri poteſt quod dicitur Sap. iiij.
Placens deo factus eſt dilectus : ⁊ viuens
inter peccatores tranſlatus eſt. ¶ In quib⁹
quidē verbis notatur triplex ſtudiū ad qð
intendere debet bonus religioſus.

¶ Primū eſt reſpectu dei. ſcꝫ vt eius gratiaꝫ
habeat. ⁊ hoc notatur cum dicitur, placens
deo factus eſt dilectus.

¶ Secundū eſt reſpectu proximi ſpecialiter
reſpectu peccatorum vt inter eos innocēter
viuat:⁊ ideo ſubditur. viuens inter pecca⸗
tores. quia eſt maioris laudis. ſcꝫ int̄ ma⸗
los bene viuere.

¶ Tertiū eſt reſpectu ſui : vt ſcꝫ ad gloriam
tranſeat : quia tranſlatus eſt.

¶ Circa primū aduertendū eſt ꝙ tunc di⸗
citur aliquis habere gratiā alicuius quan⸗
do factū ſuū placet illi : ⁊ ad hoc ſequitur ꝙ
etiā ab eo diligatur. quia homo non diligit
niſi ea que placēt ſibi. Et ita diuina gratia
quando eſt in religioſo vel in alio homine
facit duo. Primū quia facit ip̄m deo placi⸗
tū. Secundū a deo dilectū. Propter primū
dicit, placens deo. Ubi aduertendū ꝙ ſi ali⸗
quis miles eſſet factus de curia regis fran⸗
cie:⁊ ip̄e plus eſſet ſollicitus de negocijs re
gis hyſpanie ꝙ̄ de negocijs dn̄i ſui : nō eēt
verus miles neqꝫ dn̄o ſuo placeret. Quili⸗
bet aūt chriſtian⁹ eſt vt miles de curia chri⸗
ſti:⁊ tn̄ multi eoꝝ plus curant ⁊ ſolliciti ſūt
de negocijs mūdi vel carnis vel diaboli ꝙ̄
de ſeruitio xp̄i. vn̄ plura ſuſtinent ꝓ mundo
vel ꝓ corp̄e ſuo vel ꝓ implendis tentationi
bus diaboli ꝙ̄ ꝓ mandato vel ſeruitio xp̄i
Un̄ contra tales dicit apl'us. ij. Timoth. ij.
Nemo militans deo implicat ſe negocijs ſe
cularib⁹ vt ei placeat ⁊c. gloſa. id eſt dona⸗
uit. Un̄ qꝛ p̄cipue clerici ⁊ religioſi donaue
runt ſe militie xp̄i : ideo ſpecial'r eis īterdi⸗
cta ē negociatio ſecularis. qꝛ ſcꝫ nimis ani
mū implicat ⁊ retrahit a diuinis quib⁹ ſcilꝫ
ip̄i ſunt ſpecialiter deputati. Sed aduerten
dū eſt hic ꝙ ſunt quedā ſecularia negocia
que ex ſui natura ſunt inhoneſta. ſicut ſunt
oīa que ſine peccato exerceri nō poſſunt. vt
contractus vſurarū:ſimonie: ⁊ ſimiles. Et
iſta omnibus ſunt ꝓhibita indiſtincte tam
laicis ꝙ̄ clericis cuiuſcūqꝫ ſint conditionis
vel etatis:dūmodo ſint doli capaces. xiiij.
q. iiij. Nec hoc p̄tereūdū. i. q. i. Repiunt̄ in
fine. diſt. lxxxviij. Fornicari. ex̄ de delictis

pueroꝝ. c. Pueris. Alia plura ſunt que non
ſunt inhoneſta ex ſui natura. vt emptio: vē
ditio:locatio:conductio:⁊ ſil'es contractus
⁊ etiā exercitiū artiū mechanicarū: vt artis
textorie:ſutorie:⁊ ſimiliū que neceſſaria ſūt
vſui humano. Et iſta cōceſſa ſunt laicis dū
modo fiant cū debitis circūſtantijs: ſcilꝫ ex
debita cauſa. ſcꝫ vt nō fiant ex intentiōe cor
rupta. ſcꝫ ꝓpter cupiditatē vel aliū finē ma
lū. Sed fiāt vt ip̄i poſſint de ſuo labore ſibi
⁊ ſue familie ꝓuidere in neceſſarijs. Itē vt
poſſint hoſpitalitatē tenere ⁊ cetera mīe ope
ra exercere. di. lxxxvi. Non ſatis. xi. q. i. Si⸗
cut em̄. Itē ſi fiant cōgruo tp̄e. ſcꝫ vt non fi
ant tp̄e feſtiuo ⁊ feriato. qꝛ tunc non eſt va
candū niſi orationibus ⁊ diuinis officijs: ⁊
alijs operib⁹ ſpiritualib⁹: ⁊ ab omni ſeruili
op̄e eſt ceſſandū. Itē ſi fiant in decenti loco
Nā aliquis locus eſt indecens ad talia ne⸗
gocia ꝓpter ipſi⁹ loci ſanctitatē. ſicut eccle⸗
ſia : que teſte veritate non debet eſſe locus
negociationis:ſed orationis. Unde ip̄e eie
cit inde vendētes ⁊ emētes. Itē cimiteria
⁊ clauſtra eccleſiarū non debent eſſe loca ne
gociatiōis. Aliquis vero locus eſt indecēs
ad talia ꝓpter inhoneſtatē : qꝛ non debent
fieri in lupanari vel alio loco inhoneſto ne
inde oriatur infamia: vel ſuſpitio aut ſcan⸗
dalū ⁊ occaſio ruine. Aliquis etiā locus eſt
indecens ad talia ꝓpter ſuſpitionē. ſicut lo
cus ſolitarius ⁊ occultus. quia in talibus la
tibulis cōſueuerunt cōmitti adulteria ⁊ do
ceri heretice prauitates ⁊ ſimilia. Probat̄
hoc. xxvij. q. i. Si quis ſacro. Itē ſi fiant de
bito modo. ſcꝫ vt non ſit vitioſus contract⁹
ſcꝫ cū deceptione vel fraude precij. Sed ta⸗
men predicta negocia clericis ⁊ religioſis
ſunt regulariter prohibita. vnde in p̄s. ſm
aliā litterā. Quoniā non cognoui negocia⸗
tionem introibo in potentias domini. Un⸗
de Hieronymus : ⁊ habetur. lxxxviij. diſt.
Negociatorē clericū: ⁊ ex inope diuitē: ⁊ ex
ignobili glorioſum quaſi quendā peſtem fu
ge. Poteſt tamen clericus ſi indigeat recip̄e
re poſſeſſiōes excolendas ad firmam quar⸗
tā vel quintā partē: vel conducere ad ſuſtē
tationē ſuā ⁊ ſuoꝝ. argu. di. lxxxvi. Perue⸗
nit. vbi auaricie cauſa. xci. Cleric⁹. Poteſt
etiam clericus artificio ſuo honeſto ſibi ac⸗
quirere victū: dūmodo occaſione talis arti⸗
ficij non deſit diuinis obſequijs. di. xci. per
totū. de conſe. diſt. v. Nunꝙ̄. ex̄ ne cleri. vel
mona. ca. i. Sic ergo quia negocia ſecula⸗

ria non ordinate facta vt dictū eſt trahunt homines implicantes ſe in eis ad iniqua ⁊ illicita: oportet ꝙ volētē placere deo ⁊ ei militare nō implicare ſe in eis. Eccl'i. xxxv. Beneplacitū eſt deo recedere ab iniquitate, ſ. negocioꝝ ſecularium ⁊ ſpecialiter religioſuꝫ qui magis debet eſſe deo dedicatus. Unde de Enoch qui interpretatur dedicans vel dedicauit: vel cū deo ambulans per quē intelligitur religioſus. dicitur Sapie. iiij. ꝙ placita erat deo anima illius ¶ Secundum quod facit gratia dei in homine eſt ꝙ facit tū eſſe dilectū a deo. diligit eñi deus eos q̄ ſibi placent. ⁊ ideo bene dixit. ꝙ placēs deo factus eſt dilectus. Sed aduertendū ꝙ nō pōt eſſe dilectus a deo: niſi habeat puritatē ⁊ charitatem. Et ratio eſt: quia dilectio ſiue amor vnit amantē amato. ſed de⁹ nō cōiūgitur aīe: niſi ſit pura a peccato. Propt̃ qḋ bene dicit Greg. nazāzen⁹ ꝙ prima ſapientia ē vita laudabilis: ⁊ apud deū pura mēs per quā puri puro iungūtur: ⁊ ſancti ſancto ſociantur. Itē ſicut calor ignis cauſat calorē in re cui vnitur ⁊ facit ipam calefacientē vt patet ī ligno ⁊ ferro: ita etiam amor quo deus hoiem diligit: cauſat in hoīe cui deus vnitur amorē charitatis quo ipē diligit deum. Et ideo oportet ꝙ in hoīe qui eſt a deo dilectus ſit ⁊ puritas p̄ueniens: ⁊ etiā charitas ſubſequens. Et propterea ex perſona deitatis dicitur Canticoꝝ. v. Dilectus me⁹ candidus ⁊ rubicund⁹. Nā in candore intelligitur puritas conſcientie: que eſt diſpoſitio neceſſaria ad oēm virtutē: ſicut alb⁹ ad oēm aliū colorē. vnde pictores primo dealbant tabulā ⁊ oēm parietem q̄ꝫ ponant ibi aliū colorē. Et ſic de⁹ non ponit colores virtutum ⁊ figuram gratie: niſi in anima dealbata ⁊ purificata. Apoc. i. Caput ei⁹ ⁊ mēs ⁊ capilli eius: id eſt cogitationes ⁊ affectiones: erant candidi velut lana alba ⁊ tanq̄ꝫ nix. Sed in rubore quo dilectus debet eſſe etiam rubicūdus: intelligitur charitas. Uidemus enim ꝙ cum corpus frigidum appropinquat calido: calor imprimitur in corpore approximato. ſicut patꝫ in lignis in q̄bus ignis imprimit calorem. Cum ergo incorruptio faciat eſſe proximum deo: ſequitur ꝙ anima recipit formam diuinam: ſcꝫ dilectionem quia deus charitas eſt. Unde Matthei. xvi. Rubicundum eſt celum. id ē anima per mundiciam celeſtis gratie. Iſti ergo ſunt duo colores qui pulchritudinem ſpiritualē faciunt in dilectis dei. ſcꝫ candor puritatis: ⁊ rubor charitatis. Unde ⁊ Threno. iiij. dicitur ⁊ de dilectis ⁊ de odioſis ſic. Candidiores nazarei eius niue. ſcꝫ per puritatis ⁊ munditie cōſeruationē. quia in niue eſt frigiditas cū albedine: nitidiores lacte. per manſuetudinē ⁊ dilectionē: rubicundiores ebore antiquo per charitatis feruorē. In ātiquo eñi ebore ē rubor cū albedie. ſapphyro pulchriores per celeſtem conuerſationeꝫ. In ſapphyro eñi eſt aereus color cū ſplendore. Sed ſequitur quantū ad malos ⁊ odioſos deo. Denigrata eſt ſuper carbones facies eoꝝ. carbo eñi extinctus eſt immundus. ſic tales amittunt puritatē ⁊ mūdiciā. Itē carbo extinctus amittit ſplendorem: ſic iſti honeſtā cōuerſationē. Itē amittit calorē. ⁊ ſic iſti charitatē. ⁊ ideo non ſunt cogniti in plateis. Secundū ad quod ſtudere debet bonus religioſus eſt vt etiaꝫ inter malos conuerſetur innocenter ⁊ laudabilit̃ viuat. ⁊ ideo dicitur in auctoritate allegata ⁊ diuiſa ſuperius. viuens inter peccatores. Ubi aduertendum eſt ꝙ carbo ignitus ⁊ viuens manēs inter carbones mortuos ⁊ extinctos ſi habet modicuꝫ de igne extinguit ex eoꝝ frigiditate: ſed ſi multum habeat de igneitate non ſolū non extinguitur: immo etiam ipos plus accēdit ⁊ viuos facit. Sic homo iuſtus inter peccatores viuens ſi habet modicum de igne ſpiritus ⁊ charitatis peruertitur faciliter ab eis. Uñ periculoſuꝫ eſt homini imperfecto ⁊ debili cōuerſari inter malos: quia corrumpunt bonos mores colloquia praua ⁊ exempla mala ipſoꝝ. Et hinc eſt ꝙ vt docet ſanctus Thomas de aq̄no: chriſtiani qui ſimplices ⁊ infirmi ſunt prohibendi ſunt. maxime ne magnā familiaritatē habeant cū infidelibus. vt cū iudeis ⁊ ſarracenis ⁊ ſimilibus. ⁊ ꝙ abſq; neceſſitate non cōmunicent cū eis: nec cohabitādo: nec ad conuiuia recipiendo: vel cuꝫ eis comedendo: ⁊ in alijs ſimilibus. xxviij. q. i. nullus. ⁊. ca. omnes. Sed perfecti viri qui multuꝫ habent de igne: id eſt de amore charitatis ⁊ ſplendore ſapientie viuendo inter peccatores: non ſoluꝫ non peruertuntur ab eis: immo etiam eos conuertunt. Unde tales qui firmi ſunt ⁊ ſtabiles in fide ita ꝙ ex eorum communicatione etiam cum infidelibus ſperatur magis conuerſio illorum q̄ꝫ horum ſubuerſio: non ſunt ꝓhibendi communicare cuꝫ iudeis ⁊ ſarracenis: maxime

ſi neceſſitas vrgeat. Et ideo euntes ad predicandū ſarracenis cibis eorū vti poſſunt. ⁊ hoc cuȝ moderatione ⁊ gratiarū actione: ſeruata etiā tēpoꝝ qualitate: ſcȝ ne carnes in quadrageſima comedant ⁊ eiuſmodi. ex̄ de iudeis ⁊ ſarracenis .ca. q̄ ſit laudabile. Et ſic intelligitur .xi. q. iij. ad menſam. Et hoc intellige niſi eſſet illud idolis imolatū. tunc enim ſicut Aug. dicit ſatius eſſet fame mori q̄ veſci idolothito. xxxij. q. iiij. ſicut ſatius. Sed aliqui dicunt ꝙ in extrema neceſſitate poſſet quis idolothito veſci: ſed nō ī reuerentiā idoli. Sic ergo inter peccatores viuens ſi ſit perfectus non peruertitur ab eis vt ſpiritualiter moriatur: ſed virtuoſis operibus ⁊ ſanctis orationibus ⁊ predicationibus conuertit eos ad vitā. ⁊ ideo pōt dicere cū p̄s. Non moriar ſed viuā ⁊ narrabo opera dn̄i. Non moriar: ſcȝ cū peccatoribus peccando: ſed viuā ſcȝ in gratia perſeuerando. ⁊ narrabo opera dn̄i ſcȝ alijs predicando vt conuertantur ad vitā. Tertio debet bonus religioſus ſtudere ad ſic viuēdum ꝙ finaliter ad vitā eternā perueniat. quod notatur in auctoritate allegata: cum dicitur. tranſlatus eſt. Videmus ꝙ quādo qȝ contingit ꝙ ille qui fuit in aduerſitate ⁊ deiectione: quia bene ⁊ patienter ſe habuit transfertur ad magnā dignitatē ⁊ honoreȝ ſicut accidit ioſeph qui de carceris ſqualore trāſlatus eſt ad egypti dominiū. ⁊ ſicut dauid de exilio ⁊ perſecutione ſaul tranſlatus eſt ad regnū: ſic etiā qui in iſto ſeculo bene ⁊ virtuoſe viuendo ſcit fortiter ⁊ patienter portare huius exilij erūnas: finaliter a deo in morte transfertur ad regnū eternuȝ. Et ideo ex perſona talium dicit apl'us Colo. i. Eripuit nos de preſenti ſeculo neq̄ ⁊ tranſtulit nos in regnū dilectionis filij ſui. B

## Secūdo in aſſumpto

themate deſcribitur executio profeſſiōis regularis in qua obedientiā promiſit. ⁊ ideo dicit obediens. Ubi aduertendū eſt ꝙ ſm beatū Bern. triplex eſt obedientia. Una neceſſaria: qua ſcȝ obeditur in his ad que homo ex neceſſitate tenetur ſiue de iure cōi ſiue de iure ſpeciali. ſicut ex obligatione profeſſionis vel voti. Alia eſt perfecta: qua q̄s obedit in omnibus licitis. Alia eſt indiſcreta: qua quis obedit in omībus indifferent ⁊ indiſtincte. Sed licet huius obediētia ſit indiſcreta reſpectu hominū: non tamen reſpectu dei. quia precipienti eſt indiſtincte obedienduȝ in omnibus. Et ratio eſt: quia homo poteſt errare in precipiendo ⁊ deficere a iuſto precepto. ⁊ ideo indiſcretū eſt homini in omnibus obedire: ſed non ſic deo q̄ deficere non poteſt. Et ideo dicitur Act. v. Obedire oportet deo magis q̄ hominibꝰ.

In quibus quidem verbis tria de obediētia deſcribuntur.

Primum eſt eius neceſſitas. quia obedire oportet.

Secundum eſt eius congruitas: q2 deo.

Tertium eſt obedientie quantitas: quia magis q̄ hominibus.

Circa primū aduertendū eſt ꝙ obediētia optima ⁊ neceſſaria dicitur dupliciter. Uno modo vt ſeruetur ordo diuinitus inſtitutꝰ. Nā ſicut actiones rerū naturaliū procedūt ex potentijs naturalibus: ita etiā operationes humane procedunt ex humana voluntate. oportuit in rebus naturalibus vt ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones per excellentiā naturalis virtutis collate diuinitus. Unde etiā oportet in rebus humanis ꝙ ſuperiores moueant inferiores per ſuā voluntatē ex vi auctoritatis diuinitus ordinate. mouere aūt per rationē ⁊ voluntatē eſt precipere. Et ideo ſicut ex ipſo ordine naturali diuinitus inſtituto inferiora in rebus naturalibꝰ neceſſe habent ſubdi motioni ſuperioꝝ: ita etiā in rebꝰ humanis ex ordine naturali ⁊ diuino tenentur inferiores ſuis ſuperioribꝰ obedire. Unde ⁊ dominus Matthei. xxiij. contra phariſeos qui obſeruabant minora mandata legis de decimandis holeribꝰ: ⁊ tranſgrediebant maiora mandata legis dicit. Hec oportuit facere ⁊ illa non omittere: oſtendens ꝙ in oībus obedire oportet legi ⁊ ordini diuinitꝰ inſtitutis. ¶ Secundo obedientia eſt opportuna ad aſſequendū multas vtilitates. Et p̄ma eſt diuina inhabitatio: cuiꝰ figura habetur Luce. iiij. vbi dn̄s introiuit in domū ſimonis qui obediens interpretatur. Item tūc filiꝰ dei in vterū virginis cōceptꝰ eſt: cū maria verbo angeli obediuit dicens. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm vbū tuū. Secūda eſt impetratio. vnde cecꝰnatꝰ dixit. Job ix. Quis dei cultor eſt ⁊ voluntatē eius facit: hunc exaudit. Unde Iſidorus dicit. Si qd̄ precepit deus facimꝰ: ſine dubio illud quod petimꝰ obtinebimꝰ. Et Auguſtinꝰ. Citius exauditur vna obediētis oratio q̄ decē mi

lia ꝯtēptoris. Vñ ecōtra Prouer. xxviij. dr
Qui obturat aures ſuas ne audiat: declinat aurē ſuā ne audi
at legē: oratio eius erit execrabilis. Tertia
ē victorie aſſecutio. Prouer. xxi. Teſtis mē
dax ꝑibit: vir obediēs loquet victoriā. Te
ſtis mēdax eſt qui ꝓfeſſus eſt obedientiā ꝛ
nō ſeruat: q̄ in p̄ſenti perit: q2 in bello ſpiri
tuali ſuccūbit. Exēplū de pplo iudaico q̄ ꝓ
miſit ſe ſeruare legē ꝛ non fecit. Exod. xix.
Oia que locutꝰ eſt dñs faciemꝰ. ideo coraꝫ
hoſtibꝰ nō poterat ſtare. Sed vir obediens
loquet victoriā: q2 obedientia eū vbiqꝫ de
fendit ꝛ cuſtodit tanq̄ ſuū. Eccl'i. xv. Si vo
lueris mandata dei ꝯſeruare: ꝯſeruabūt te
Sic caſtrū cuſtodit ip̄m cuſtodientē. Obe
dienti eñ obediūt oia .ſ. creator ꝛ creatura
De creatore dr Joſue. x. Non fuit antea ꝛ
poſtea tā longa dies obediente dño voci ho
minis. Greg. Si obediētes fuerimꝰ p̄poſitꝭ
noſtris: obediet dñs orationibꝰ noſtris. De
creaturis pꝫ in vitis ſanctorū patrū. de illo
qui adduxit leenā ligatā: ꝛ de illo ad cuius
iuſſionē aqua aſcēdit vſqꝫ ad os putei. Se
cundo oſtendit obediētie ꝯgruitas: cū ſub
dit in auctoritate allegata, deo. Vñ ſi hō p̄
ciperet aliq̄d qđ eſſet ꝯtra iuſticiā vel cha
ritatē: nō eſſet ei obediendū. Sꝫ nō ſic ē de
deo, qđ pꝫ: q2 Gen. xxij. dñs p̄cepit Abrahe
q̄ occideret filiū ſuū innocentē. Et Exodi
xij. p̄cepit iudeis q̄ furarent res egyptioꝝ
que videbant eſſe ꝯtra iuſticiā. Itē p̄cepit
oſee q̄ accipet mulierē adulterā: qđ videba
tur ꝯtra caſtitatē. Et rō eſt: q2 ſicut deꝰ nihil
opat ꝯtra naturā: q2 hoc ē naturale vnuiſ
cuiuſqꝫ rei q̄ in ea deꝰ opat. vt habet i glo.
Roma. ij. opat tñ aliquid ꝯtra ſolitū curſū
nature. Ita etiā deꝰ nihil pōt p̄cipe ꝯtra vir
tutē, q2 in hoc p̄ncipal'r ꝯſiſtit virtꝰ ꝛ recti
tudo volūtatis humane q̄ dei volūtati con
formet vt eiꝰ ſequat imꝑiū: q̄uis ſit con
tra ꝯſuetū virtutis modū. Vñ p̄ceptū abra
he factū de filio innocente occidendo nō fu
it ꝯtra iuſticiā: q2 deꝰ eſt auctor mortis ꝛ vi
te. Sic nec illud qđ mandauit iudeis de re
bus egyptioꝝ furandis: q2 eiꝰ ſunt oia ꝛ cui
voluerit dat illa. Sic nec ꝯtra caſtitatē fuit
p̄ceptū factū oſee de accipiēda m'liere adul
tera: q2 ip̄e deus eſt humane generatōis or
dinator. ꝛ ille eſt debitus modꝰ mulieribꝰ
vtendi quē deus inſtituit. Ergo in omnibꝰ
obediēdū eſt deo ꝫm illud Deut. xxvi. Obe
diui voci dñi dei mei: ꝛ feci oia ſic p̄cepiſti
mihi. Tertio oſtenditur diuine obedientie
q̄titas. id eſt q̄tū debeas obedire deo. q̄a
magis q̄ hoībꝰ. ſ. magis humilit. q2 humi
litas neceſſaria eſt in omi obediētia. Aug.
Obedientia niſi humiliū eſſe nō pōt. q2 hu
milis a ſenſu ſuo vacuꝰ recipit alienū. cibꝰ
eñ vbi nimis eſt de ſale eſt quaſi perditus:
ſed nō ille in quo parū, q2 pōt apponi: ꝫ nō
faciliter ſubtrahi. Vñ humilis videns ſen
ſum ſuū deficere acquieſcit alieno: ꝫ magis
dꝫ ſubijci ꝛ acq̄eſcere deo. Itē mag̃ celerit:
q2 de p̄cept̃ hūanis pōt dubitare. ꝛ iō deli
berare dꝫ ꝫ nō de diuinis. Aug. Verꝰ obedi
ens nō ꝓcraſtinat: ꝫ parat aures auditui:
linguā voci: manꝰ opi: pedes itineri: ꝛ ſic to
tū in ſe recolligit vt mādatū ipleat imꝑant̃.
Itē mag̃ reuerēter. q2 ſi debemꝰ ꝓpt deū re
uereri parētes carnis ꝛ obedire eis: multo
magis patri ꝛ creatori aiarū noſtrarū. Vñ
Heb. xij. Patres carnis noſtre habuimus
eruditores ꝛ reuerebamur eos: nō m'to ma
gis obtēperabimꝰ patri ſpirituū ꝛ viuemꝰ.

Tertio in themate aſ
ſumpto deſcribitur limitatio corruptionis
naturalis: q2 vſqꝫ ad mortē. Nā ſicut muli
er q̄diu viuit alligata eſt viro: cū aūt mor
tuꝰ fuerit vir eiꝰ ſoluta eſt a lege viri. vt dr
Roma. vij. imo etiā cū mortua fuerit ipſa:
q2 etiā ſi poſtea reſurgerent non eſſent am
plius coniuges. Sic etiā eſt de ꝓfeſſo, quia
alligatꝰ eſt religioni ſolū vſqꝫ ad mortē. vn
de modo iſte liber effectꝰ eſt ab omi obediē
tia: ꝫ q̄diu viuebat ex iuſticia tenebat obe
dire. ꝛ q̄nto plꝰ obediebat: tāto plꝰ iuſtifica
batur ꝛ plus ꝓficiebat. Eccl'i. xviij. Non ve
rearis vſqꝫ ad mortē iuſtificari: vt ſcꝫ poſt
mortem merearis beatificari: ſcꝫ in eterna
beatitudine. Ad quam ꝛc.

In funere alicuiꝰ boni religioſi. Ser. XI

Conſummatus in
breui expleuit tempora multa.
placita enim erat anima eius: ꝓ
pterea properauit educere illū de medio ini
quitatū. Sapientie. iiij. Videmus q̄ ſunt
quidam fructus qui citius alijs in arboribꝰ
matureſcunt. ſed poſtq̄ maturi facti ſunt:
nō diutius relinquuntur in arbore: ſed citiꝰ
colliguntur ne ibi putrefiant. Ita in religio
ne etiam ſunt quidam qui in ipſo nouicia
tu ſuo vel in ſua iuuenili etate mirabil'r in
ip̄a religione per modicū ſpaciū tēporis ꝓ
ficiūt ꝛ ꝓcedūt: quos deꝰ qui omnia nouit

⁊ preſentia ⁊ futura: non permittit in vita preſenti diutius permanere: ſed eos p mortem hinc colligit tanꝗ̄ fructus iã maturos ⁊ ſuo conſpectui gratos: ne forte ſi diutius viuerent ab ip̄o ſue bonitatis feruore retro cedere ⁊ deficere contingat. Unde de quolibet taliũ dici poteſt verbũ propoſitũ. Conſummatus in breui ⁊c. In quibus quidem verbis quattuor deſcribuntur.

Primuz eſt vite modicitas: quia conſummatus in breui.

Secundum eſt meritoꝝ fecunditas: quia expleuit tempora multa.

Tertiũ eſt meritoꝝ gratioſitas: quia placita erat deo anima illius.

Quartũ eſt mortis celeritas: quia properauit educere ⁊c.

Circa primũ notandũ eſt ꝙ iſte noſter frater defunctus prout tãgitur in ip̄o verbo ꝓpoſito in breui ſpacio temporis ⁊ etatis ⁊ religionis curſum totiꝰ vite ſue feliciter conſummauit. Videmꝰ autẽ ꝙ ſi aliquis negociator vel artifex ĩ breui ſpacio temporis de ſua negociatione vel arte per ſollicitudinẽ ⁊ induſtriã ſuã plurimũ lucraretur: ⁊ alius in tp̄e multo propt̃ deſidiã ⁊ imprudentiã ſuaz non lucraretur: ſed perderet potius que habebat: profecto ſollicitudo ⁊ prudentia illiꝰ cõdemnaret imprudentiã ⁊ ignorantiaz iſtius. Certe nos oẽs ſumus poſiti hic ad artẽ bene viuendi ⁊ ad negociationẽ vite eterne. Si ergo aliquis ſit qui ita ſit ſollicitus ad bene operãdũ ⁊ prudens ad bene ⁊ religioſe viuenduz ꝙ in modico tẽpore quo viuit acquirit magnũ meritũ ⁊ lucrũ vite eterne: ⁊ alius longo tp̄e viuens propter pigriciã ⁊ imprudẽtiã ſuã ita viuat ꝙ nihil mereatur: ſed perdat gratiã dei ⁊ tp̄s ſuũ ⁊ lucrũ vite eterne certe breuis vita illius cõdemnat longã vitã iſtius. Uñ dicitur Sapie. iiij. Condemnat iuſtus mortuus viuos impios: ⁊ iuuẽtus celerius conſummata longã vitã iniuſti. videbũt eñ finẽ ſapientis ⁊ non intelligent. In quibus quidẽ verbis deſcribitur triplex iudicium.

Quoꝝ primũ ꝓuenit ex differentia cõtrarietatis. ſ. que eſt inter iuſtũ ⁊ mortuũ ⁊ impiũ viuũ. ⁊ ideo dic̃. ꝯdẽnat iu. mor. ipi. vi.

Secũdũ ſumit̃ ex diſtantia ꝗ̄titatis que ſcʒ eſt inter breuẽ vitã iuuenis iuſti: ⁊ longã vitã hoĩs iniuſti. qꝛ iuuentꝰ cele. cõſummata ſupple condẽnat longã vitã iniuſti.

Tertiuz ſumitur ex ignorantia cecitatis. quia videbunt eñ finẽ ſa. ⁊ non intel.

Circa primũ aduertendũ eſt ꝙ iuſtꝰ mortuus dicitur condemnare viuos impios ⁊ ſine verbo tm̃ cõparationis exemplo. Et rõ eſt: quia iuſtus mortuus ꝙ̄diu fuit in mundo aut ſemper fuit iuſtus aut aliquando fuit iniuſtꝰ. Si primo modo: tũc manifeſtum eſt ꝙ vita iuſti cõꝑata ad vitã impij maxime cõdẽnat eã. qꝛ maxime facit apparere ſuã impietatẽ. nã iuſtus ꝙ̄diu iuſte viuit: dicitur tenere rectã viã. ⁊ hoc ideo qꝛ rectũ dicitur cuius mediũ non diſcrepat ab extremis. vnde quia actio iuſti a ſuo principio quod eſt voluntas: ⁊ a ſuo fine que eſt intẽtio minime diſcrepat. Idcirco dicitur iuſtꝰ in ſua actione recta via ambulure. ſm illud Eſaie. xxvi. Rectus callis iuſti ad ambulãdũ. Sed homines impij ꝗ̄uis velint ip̄a agere: nolint tamen ſi poſſent impij reputari. Et ideo vnũ intendunt ⁊ aliud pretẽdunt. ⁊ ſic quod demonſtrant de ſuo opere exit ab extremis: dum nec principio concordant nec fini. Et ideo non recte ſed oblique ſiue per circũitũ dicũtur ambulare. ſm illud p̄s. In circũitu impij ambulãt. Uel dicuntur etiaz impij in circũitu ambulare: qꝛ ille qui vadit in circũitu eandẽ via frequenter reiterat. ⁊ ideo quia ip̄i eadẽ peccata ⁊ mala reiterant: frequenter dicuntur circũire. Sic ergo pʒ ꝙ vita illius qui ſemper fuit iuſtus totaliter eſt recta: ſed vita impij ꝙ̄diu impius eſt: curua ⁊ obliqua. Sed tunc apparet ⁊ iudicari poteſt ꝗ̄ta ſit obliquitas alicuius baculi curui: quando ponitur iuxta baculũ qui eſt totaliter rectus. Et ideo pħs dicit ꝙ rectum eſt iudex ſui ⁊ obliqui. quia dũ rectũ applicatur obliquo manifeſte apparere facit ⁊ ſuã rectitudinẽ ⁊ obliqui curuitatem. Et ſicut tunc maxime iudicari poteſt quanta ſit peruerſitas vite impij quando cõparatur ad vitã iuſti. ꝙ̄diu tamen iuſtus viuit non poteſt fieri perfecta comparatio vite eius ad vitã impij. quia ꝗ̄tũcũqȝ ſit iuſtus: ꝙ̄diu tamen viuit poteſt cadere in peccatum ⁊ effici impius. ſed qñ vſqȝ ad mortẽ ĩ iuſticia ꝑſeuerauerit ⁊ iuſtꝰ mortuꝰ eſt: tũc certũ eſt totã vitã ſuã fuiſſe rectam ⁊ ita vitã impij non rectã ſui cõꝑatione cõdẽnat. Unde ſignanter dicit iuſtꝰ mortuꝰ vel qꝛ iuſtus mortuus gloriã regni celeſtis accepit: quã impius male viuendo amittit.

vnde Sapien.x. Tulerũt iuſti ſpolia impio
rum. Et nota ꝙ quando iuſti efficiũtur im
pij perdunt oĩa merita acquiſita: ⁊ ſi non re
ſurgunt per penitentiã nunꝙ̃ recuperãt ea
ſed tamen nõ remanent perdita, q2 attribu
untur alijs iuſtis qui perſeuerauerunt. Et
ideo dicitur Job.xxvij. Hec eſt pars hoĩs i⸗
pij apud deuz ⁊ hereditas violentoꝝ ⁊c. Et
poſt. Si cõportauerit quaſi terra argentuz
id eſt puritatẽ boni operis amiſerit conuer
ſus ad terrena: ⁊ ſicut lutũ preparauerit ve
ſtimenta. i. ſi merita quibꝰ aĩa eius fuerat
veſtita pro luto. id eſt ꝓ vili peccato amiſe⸗
rit: preparauit quidẽ ſed iuſtus veſtietur il
lis. ⁊ argentũ innocens diuidet. ⁊ dicit diui
det q2 iſte habuit laborez ⁊ ille ſuſcipiet me
ritum. Si autẽ iuſtus mortuus aliquando
fuit impius ⁊ poſtea cõuerſus ad peniten⸗
tiam factus eſt iuſtus: tunc talis iuſtꝰ mor
tuus ſui cõparationis exẽplo condẽnat vi⸗
uos impios qui nolunt ad penitentiã con⸗
uerti. Matth.xij. Viri niniuite ſurgẽt in iu
dicio cũ generatione iſta ⁊ condẽnabũt eaz
q2 penitentiã egerũt in predicatione Jone.
⁊ ecce pluſꝙ̃ Jonas hic. ⁊ tñ ſupple nõ con⸗
uertũtur ad pñiam ad eius predicationez.
Secũdo deſcribitur in auctoritate allega⸗
ta iudiciũ: qđ ſumitur ex diſtantia ꝙ̃titat:
q. ſ. eſt intˀ breuẽ vitaz iuuenis iuſti ⁊ longã
vitam hoĩs iniuſti. vnde ait ꝙ iuuentꝰ cele.
cõſu. condẽnat ſupple longam vitã iniuſti.
Et tangitur duplex ratio iſtius cõdẽnatio⸗
nis. Una ſumiť ex etatis qualitate. q2 alia
eſt qualitas iuuentutis ⁊ aliarũ etatum. q̃a
etas iuuẽtutis ꝓnior eſt ad peccandum ꝙ̃
alie etates. Et ratio ẽ q2 iuuenes: ſicut oſtẽ
dit phũs in ſecũdo libro rethoricoꝝ: magis
habent de concupiſcentia allicitãte: ⁊ plus
de ira impellente: ⁊ minꝰ de ratione refrenã
te: ⁊ magis de inexperientia precipitante.
Et ꝓpter iſta vt plurimũ iuuenes in diuer⸗
ſa collabũtur vicia. Laudabilior ḡ ẽ qui in
iuuentute bonus eſt. vnde talis multuz cõ⸗
dẽnat miſerũ ſue comparationis exemplo:
qui in iuuentute ⁊ in longa etate malus et
iniuſtus exiſtit. Sunt ergo cõmendabiles
iuuenes qui fortes ſunt ad pugnã viciorũ:
qui prompti ſunt ad obedientiã mandato⸗
rum: qui cauti ſunt ⁊ conſtantes contra in⸗
ſidias demonioꝝ. Et talibus iuuenibus di
citur. i. Jo.ij. Scribo vobis iuuenes quoni
am fortes eſtis ⁊ verbum dei manet in vo⸗
bis ⁊ viciſtis malignũ. Talis ergo iuuenis
dicere poteſt illud ps̃. Sepe expugnauerũt
me a iuuentute mea: etenĩz non potuerunt
mihi. Et iterũ illud Matth.xix. Omnia ſcz
mandata dei cuſtodiui a iuuentute mea.
Alia ratio predicte condẽnationis ſumitur
ex temporis ꝙ̃titate. quia iuuenis cuius iu
uentus celerius per mortem conſummata
fuit: ⁊ ĩ illo modico tempore vixit iuſte ⁊ be
ne ſe habuit. ⁊ comparatõne vite ſue condẽ
nat illum qui longo tempore iniuſte ⁊ ma⸗
le vixit. Et nota quãdo aliq̃s inuenit bonũ
liquorẽ poſitum in malo vaſe timens ne ibi
deſtruatur feſtinat extrahere ipm̃ maxime
ſi ſit liquor qui faciliter ꝑmutaretur vt vi⸗
nũ vel oleum. Sic deus quandoqꝫ iuuenez
bonũ ⁊ deuotum cito extrahit aliquãdo de
mũdo: qui totus in maligno poſitus eſt: ne
permutetur a ſua bonitate. vnđ feſtine cõ⸗
ſummatur iuuentus ⁊ vita eius. Soph.i.
Conſummationez cum feſtinatione faciet.
Sed aduertendũ ꝙ ſicut nõ obeſt iuſto ita
obeſt iniuſto ⁊ impio ꝙ vita eius diutiꝰ ꝓ
longetur. quia malicia ſemꝑ creſcit. vnđ in
iuſtus ⁊ impius ſiue tarde ſiue cito moriať
dãnatur. Et ideo diciť de impijs ⁊ iniuſtis
Sapiẽtie.iij. Si longe vite erunt in nihiluz
cõputabũtur: ⁊ ſine honore erit nouiſſima
ſenectus illoꝝ. Et ſi celerius defuncti fuerĩt
non habebunt ſpem nec in die agnitionis
allocutionẽ. Tertiũ iudiciũ ſumitur ex igno
rantia cecitatis. ſ. mentalis. vnde ſubditur
in auctoritate inducta. videbunt ſcz inſipiẽ
tes peccatores finẽ ſapientis iuſti ⁊ nõ in⸗
telligent. Ubi aduertendũ ꝙ finis ſapiẽtis
duplex eſt. Unus corꝑalis ſm̃ ſenſum: ⁊ a⸗
lius ſpiritualis ſm̃ intellectũ. Finis corpo⸗
ralis qui eſt ſenſu ꝑceptibilis ẽ mors: ⁊ iſte
eſt indifferens ⁊ cõis ſapienti ⁊ inſipienti.
quia moriť doctus pariter ⁊ ĩdoctus vt di⸗
citur Eccl's.ij. Alius ẽ finis ſpiritualis ſm̃
aĩam. ⁊ iſte non eſt ꝑceptibilis ſenſu ſed in
tellectu tantuz. ⁊ iſte eſt vita eterna. de quo
apoſtolus Roma.vi. Habetis fructum ve⸗
ſtruz in ſanctificationẽ: finẽ vero vitã eter
nam. In hoc fine differt ſapiẽs a ſtulto. ſm̃
illud Eccl's.vi. Quid habet amplius ſapi⸗
ens a ſtulto: ⁊ quid pauper niſi vt pergat il
luc vbi eſt vita eterna. Ubi aduerte ꝙ ſapi
ens đr qui nõ tantuz cognoſcit ſed amat et
deſiderat deũ. Unde ſm̃ platonẽ ſapiẽs dř
dei cognitor ⁊ amator ⁊ imitator: ſicut ait
btũs Augu.viij. de ciuitate dei ca.iiij. Stul
tus autem dicitur qui neſcit ꝓuidere in po

ſterum vel ignorans appetenda ⁊ vitāda.
Pauper aũt dicitur qui eſt humilis ſpiritu
recognoſcens.ſ.ſuum dfectũ ⁊ de peccatis
contritus. Unde grego.in.vi.mora. Paup
eſt quiſquis de ſuo ſenſu elatus non eſt. Et
bene cõiunguntur ſimul ſapiens ⁊ pauper.
id eſt humilis: qr vbi humilitas ibi eſt ſapi
entia. Uult ergo dicere ꝙ ſapiẽs qui cogno
ſcit ⁊ diligit ⁊ imitatur deũ: ⁊ pauper. id eſt
humilis qui recognoſcit ⁊ corrigit ſuum de
fectum: hec habet amplius ſtulto.i.impro
uido ꝙtum ad futura ⁊ ignorante ꝙtuꝫ ad
preſentia: ꝙ ſapiens pergit in fine illuc vbi
eſt vita.ſ.eterna. Et per contrariũ ſtult⁹ per
git illuc vbi eſt mors eterna. Uidebũt ergo
ſtulti qui nõ conſiderant niſi ſenſibilia finẽ
ſapientis.ſ.corporalẽ. id eſt mortem corpo
ris: ſed nõ intelligent finem ſpiritualem.ſcꝫ
eterne beatitudinis: ad quã aĩa eius ꝑgit.
Luce.viij. Uidentes nõ videant ⁊ audien
tes non intelligant. Johan.ix. Qui vident
ceci fiant. B

## Secũdum qđ deſcribi

tur in themate aſſumpto eſt meritoꝝ fecun
ditas.quia expleuit tempora multa. Ille eĩ
in breui explet tẽpa multa qui in modico
tempore quo viuit acquirit multa merita.
Sicut mercator ſollicitus ⁊ induſtrius plu
ra lucratur in tempore modico ꝙ piger et
hebes lucratur in multis temporibus. Un
de curſor leuis ⁊ velox in modico tempore
explet dietas multoꝝ temporum.id eſt que
in multis diebus expediri conſueuerũt. Sꝫ
iſtam velocitatẽ merendi ⁊ operandi facit
amor charitatis.qr ſm Grego.nunꝙ eſt a
mor dei ocioſus.opatur eñ magis ſi ẽ. Itẽ
quia ſm Augu.oĩa etiam ſeua ⁊ imania to
lerabilia ⁊ ꝓpe nulla efficit. Unde ſicut di
cit Bern. Qui amat vehementius currit ve
locius ⁊ ꝑuenit citius. Unde põt dici ei qui
ſic velociter currit ad deũ ⁊ ad vitam eter
nã bene operando illud Ezech.xvi. Temp⁹
tuũ tempus amantiũ. Dicuntur etiam iuſti
expelere multa tempora: qr licet eoꝝ bona
opera in modico tempore expleãtur. tamẽ
ipſoꝝ operũ merita per multa tempora re
munerant.ſ.in bonis eternis: imo etiã poſt
multa tpa remunerabũt.ſ.in die iudicij ple
na remuneratiõe.ſicut patet maxime de ele
moſynis ⁊ operibus mĩe. Unde Eccl's.xi.
Mitte panem tuũ ſuper tranſeuntes aq̃s.
quia poſt multa tempora inuenies illũ. In
quibus quidẽ verbis deſcribũtur.v.condi
tiones que in datione elemoſynaꝝ debent
obſeruari. Prima eſt vt dentur prompte
ſiue hilariter.⁊ ideo ait mitte. Non eniꝫ de
bet homo ſemꝑ expectare pauperes vt ve
niant ad petendũ: ſed debet eis mittere eti
am nõ venietibus. maxime ſi ſint paupes
verecundi.in hoc eñ parcitur eoꝝ verecun
die ⁊ oſtenditur elemoſyna ꝓpria ſponte fi
eri ⁊ hilariter ⁊ nõ ex importunitate peten
tis. Nee.viij. Mittite ptes eis qui non pre
parauerũt ſibi. Et.ij. Eſdre.ix. Mittite mu
nera his qui nõ habent. Secũda eſt vt dẽ
tur vtiliter.id eſt vt detur illud qđ ſit mag
vtile ei cui datur.ideo ait panẽ. Panis eñ
eſt p̄cipuũ ſuſtentamentũ vite humane.et
ideo noĩe panis intelligitur q̇cq̇d ẽ neceſſa
rium ad vitam humanã ⁊ ad eius ſuſtenta
tionẽ. Eſaie.lviij. Frange eſurienti panem
tuũ. Tertia eſt vt dentur equiter.i.de pro
prio bono nõ de alieno.iđo ait tuũ. Thobie
iiij. De ſubſtãtia tua fac elemoſynã. Quar
ta eſt vt dentur clementer.ideo ſuper tran
ſeuntes aquas.i.ſuſtinentes tribulationes
a fame ⁊ ſiti ⁊ nuditate. Per aquas eĩ tribu
lationes ſignificantur. p̄s. Tranſiuim⁹ per
ignem ⁊ aquã. Nam ꝑ ignem ſignificatur
feruor tentationum.⁊ per aquaꝫ inundatio
tribulationũ. Nam ſicut dixit quidã metri
ce. Raro iacturã videas contingere ſolam.
Una refert aliam velut vnda recolligit vn
dam. Quinta eſt vt dentur elemoſyne or
dinabiliter.ſ.propter deum ⁊ eternã retri
butionẽ. ⁊ ideo ait.quia poſt multa tempo
ra inuenies illuꝫ.ſ.in futuro non in preſen
ti.ſicut ille qui ſeminat nõ ſtatim recolligit
fructuꝫ: ſed poſt multa tempora id eſt poſt
plures menſes. Gala.vi. Bonũ faciẽtes nõ
deficiamus: tempore aũt ſuo metemus nõ
deficientes. E

## Tertiuꝫ in themate aſ

ſumpto eſt meritorũ gratioſitas. qr placi
er deo aĩa illi. Ubi aduertendum eſt ꝙ ꝑ re
ligionẽ aĩa cõiungitur deo ſicut ſponſo ſuo.
vnde ſicut ſponſa ſollicita eſt vt ſit placita
viro ſuo.ſm illđ.i.Corinth.vij. Que nupta
eſt cogitat que ſunt mũdi quõ placeat viro.
Sic ⁊ aĩa boni religioſi ſollicita ẽ vt ſit pla
cita deo. Sed differentia eſt inter virum la
ſciuũ ⁊ virũ honeſtum.quia homini laſciuo
placet vxor ꝓpter pulchritudinem.vñ ma
xime hanc diligit in vxore. Sed viro hone

ſto magis placet vxor propter bonitatez ⁊
virtutem. Et ſic eſt aīa reſpectu dei: quia in
tantū eſt deo placita inq̄tum bona. Unde
de phinees qui ſignificat virum religioſuz
dicitur Eccli.xlv. In bonitate ⁊ alacritate
anime ſue placuit deo. In quibus quidez
verbis aduertendum eſt ꝙ anima viri reli
gioſi vt ſit ſponſa deo grata dz habere tria.
Primū eſt vt ſit virtuoſa: quod notatur in
bonitate.
Secūdum eſt vt ſit leticioſa: quod notatur
in alacritate.
Tertiū ē vt ſit gratioſa: qđ notat̄ ex placi-
bilitate. qꝛ placita deo.
Circa primū eſt aduertenduz ꝙ ſicut ſpō
ſa carnalis multum ſtudet ad ornatum cor
poris: ita ſpōſa ſpiritualis. id eſt anima de
bet ſtudere ad ornatum mentis. Sed ſicut
ornamentum corporis eſt habitus precio-
ſus: ita ornamentū anime eſt habitus vir-
tuoſus. Et in tali habitu.ſ. virtutis bonitas
anime conſiſtit. Unde philoſophus dicit in
q̄nto ethicorꝝ. ꝙ virtus eſt que bonuz facit
habentez ⁊ opus eius bonū reddit. Sic eñ
videmus de vnaquaqꝫ re ꝙ bonitas eius
conſiſtit in virtute eius. ſicut medicina dici
tur bona quia habet virtutē curādi. ⁊ equꝰ
dicitur bonus quia habet virtutem portan
di ⁊ ſic de alijs. Et ita etiam anima dicit̄ bo
na quia virtuoſa. Unde etiam Augu. dicit
ꝙ virtus eſt bona qualitas mentis: qua re
cte viuitur: qua nemo male vtitur: quā deꝰ
in nobis ſine nobis operatur. Et ita patet
ꝙ talem habitum ⁊ veſtimentum virtutuz
recipit ſponſa. id eſt anima ab ipſo deo ſpō
ſo ſuo. Unde patet ꝙ qui aīam ſuam habet
tali habitu ornatam poteſt dicere illud Sa
pien. viij. Sortitus ſuaz animā bonā. Se
cundo aīa ſponſa dei debet eſſe leticioſa: et
ideo dicit in alacritate.ſ. vt virtutum opera
alacriter proſequatur: qꝛ ex alacritate exte-
rioris operis manifeſtatur interior habitꝰ
virtutis. Nam ſi queras quomodo poteſt
ſciri ꝙ ipſa aīa que inuiſibilis eſt ſit induta
habitu virtutis qui etiam inuiſibilis ē. Di-
co ꝙ poteſt aduerti ex operatione exteriori
quia etiā occulta virtus rei naturalis mani
feſtatur ex ſua operatione. ſicut ex expulſio-
ne veneni manifeſtatur v̉tus ſapphyri vn
de curat antracez que eſt ex materia vene-
noſa. Et virtus iaſpidis manifeſtatur ex re
ſtrictione fluxus ſanguinis. Et ſic virtꝰ mē
tis ex bonitate exterioris operis ⁊ conuer-
ſationis manifeſtatur. Propterea de fide
que virtꝰ precipua ē dicitur. Jacobi. ij. O-
ſtende mihi ex operibus fidem tuam. Et di
cit ex operibus non ex opere. quia ex vno
tantum opere non manifeſtatur habitꝰ vir
tutis: ſed ex multis ſi cum alacritate fiant.
Unde ꝙ virtus ſit in anima habitualit̄ fir-
mata in exterioribus bonis operibus: ſicut
ſanctus Thomas đ aquino teſtatur: cogno
ſcitur ex tribus. Primo ſi operetur ſtabili-
ter. ſcilicet vt ſit firmitas in bona operatio
ne. ea enim que ex ſola diſpoſitione depen-
dēt facile immutantur. niſi ſꝫm aliquam in-
clinationem habitualem fuerint ſtabilita.
Secūdo ſi operetur celeriter. ſcilicet vt ope
ratio perfecta in promptu habeatur. niſi ei
potentia naturalis per habitum aliquo mo
do inclinetur ad vnuz oportebit ſemper cū
neceſſe fuerit operari. precedere inquiſitio-
nem in opere. ſicut patet de eo qui vult ſꝫm
virtutez agere habitu virtutis carens. Un
de philoſophus dicit in tertio ethicorum ꝙ
repentina ſunt habituata. Tertio ſi opera-
tur delectabiliter. ſcilicet vt cum delectatio-
ne ⁊ gaudio perfecta operatio compleatur.
Quod quidem fit per habitum: qui cum ſit
per modum nature operationem ſibi pro-
priam quaſi naturalem reddit. ⁊ per conſe-
quens delectabilem. Nam conuenientia eſt
delectationis cauſa. Unde philoſophus in
ſecundo ethicorum ponit ſignum habitus
delectationem in opere exiſtentem. Qui er
go virtutum opera his tribus ſupradictis
modis proſequuntur: iſti dicuntur proprie
cum alacritate operari. Et ratio eſt: qꝛ ſꝫm
papiam. alacer dicitur fortis velox. vnde a
lacer quaſi ale acer a velocitate ale ⁊ gau-
dens. Dicitur ergo fortis inquantuz opera
tur ſtabiliter: velox inquantum operatur ce
leriter: ſed gaudens inquantum operatur
delectabiliter. Hoc figuratuz eſt tertij Re-
gum octauo. vbi dicitur de filijs iſrael. Pro
fecti ſunt in tabernacula ſua letātes alacri
corde. Tabernacula enim feſtiuantium ⁊ le
tantiuz ſunt manſiones celeſtes. đ quibus
dicit pſal. Quaz dilecta tabernacula tua do
mine virtutum ⁊c. Ad hec tabernacula pro
ficiſcunt̄ homines per opera virtutuz: que
ſcilicet facere debent letantes ⁊ alacri cor-
de. i. corde ſtabili ⁊ prompto ⁊ hilari. Ter-
tio debet aīa eſſe deo ſponſo ſuo grata. vñ
dicit̄ in auctoritate īducta. Placuit deo.ſ. qꝛ
ſeculi negocia reliquit. ij. Thimo. ij. Nemo

militans deo implicat ſe negocijs ſeculari-
bus ⁊c. Item quia carnalia deſideria repreſ
ſit. Roma. viij. Qui in carne ſunt deo place
re nō poſſunt. Item quia ipſi deo fideliter ⁊
īſeparabiliter adheſit. Hebre. xi. Sine fide
impoſſibile eſt placere deo. D

## Quartū quod deſcribi

tur in themate aſſumpto eſt mortis celeri-
tas. quia ꝓperauit educere illum de medio
iniquitatis. Ubi nota triplicē gratiā quā fe
cit deꝰ iſti defuncto. Primā ſcʒ in acceleran
do. qꝛ ꝓperauit. ſ. ne ab hoſtibus raperetꝛ:
ſicut dn̄s timens inſultū hoſtiū ꝓpat edu
cere vxorem vel familiā ſuam de loco imu-
nito ⁊ ponere in tuto loco. Sic deus prope
rat educere animā de mūdo: ne capiatur a
demonibus aut a vicijs corrūpatur. ⁊ pōit
eam in loco tuto paradiſi. Hanc accelerati-
onem ſub figura deſiderabat illa que dice-
bat. iiij. Regū. iiij. Propera ne mihi moraʒ
facias. ſiquidem periculū eſt in mora. Iteʒ
ꝓperauit educere ḋ mūdo: ne ex diutina ex
pectatione celeſtis gaudij diutius affligere
tur. Unde dicit deus anime. Propera ami-
ca mea ⁊ veni. Et tm̄ quoſdaʒ amicos ſuos
vult deus in vita iſta morari ꝓpter bonuʒ
ſuū vt magis mereantꝛ: vel aliorꝝ quibꝰ pro
deſſe poſſunt. vnde debent in mora patien
tiam habere. ſm̄ illud Abacuch. ij. Si mo-
ram fecerit expecta eum. qꝛ veniēs veniet.
Secūdam grām fecit deus iſti defuncto in
extrahēdo ſiue educendo. ſ. a corpore: quia
properauit educere eum. ſ. de carcere corpo
ris: qḋ pſ. de gratia petebat. dicens. Educ
de carcere deus aiaʒ meā vt ⁊c. Tertiā gra
tiam fecit ei deus in eripiendo. ſ. de medio
iniquitatū. pſ. Animā meam eri. de medio
ca. le. Catuli leonū ſunt peccata q̄ iniquita-
tes dicūtur. qꝛ omne pctm̄ eſt iniquitas vt
dꝛ. i. Ioh. iij. que catuli leonū dicūtur. quia
a leonibus. i. a demonibꝰ oriūtur per ſugge
ſtionem: ⁊ nutriūtur per delectationē ⁊ de-
ceptionē. Ab his ergo iniq̄tatibus ē ad gau
dia celi perductus. Ad que nos ꝑducat ⁊c.

In funere alicuius boni religioſi.
Sermo XII

## Bonū eſt viro cum

portauerit iugū ab adoleſcentia
ſua. Threnorꝝ. iij. Inter iugū ſpi
rituale ⁊ corporale eſt differentia. qꝛ iuguʒ
corꝑale eſt qḋ imponitꝛ bobus. ⁊ eſt iugum
mundi. Luce. xiiij. Iuga boū emi q̄nq̄ʒ. Iu-
gum vero ſpirituale eſt iugū dn̄i: qḋ impo-
nitur hominibus. de quo xp̄s dixit diſcipulis
Matth. xi. Tollite iugum meuʒ ſuper vos
⁊c. Hoc intelligi poteſt eſſe iugū obediētie
et regularis vite: ſub quo ſancti religioſi
laborant in agro dn̄ico. id eſt in eccleſia xp̄i
ſub quo iugo iſte chariſſimus frater q̄ nūc
defunctus eſt ab adoleſcentia laudabiliter
⁊ vtiliter longo tempe laborauit. Unde me
rito cōpetit ei qḋ dicitur in verbo propoſi-
to. bonū inquit eſt viro ⁊c. A In quibus
quidē verbis de iugo ſancte religionis: qḋ
iſte ab adoleſcentia portauit. Hiere. ꝓphe-
ta cuiꝰ ḃba ſunt iſta deſcribit breuitꝛ tria.

Primo vtilitatem hominis. quia bonū eſt
viro. id eſt vtile.

Secūdo facilitateʒ oneris in eo ꝙ ſubdit
cum portauerit iugū.

Tertio prolixitatem tēporis: quia ab ado-
leſcentia ſua.

## Circa primū notandū

eſt ꝙ iugum obedientie ⁊ ſancte religionis
dꝛ eſſe bonū viro. qꝛ facit virū bonū eſſe: ⁊
qꝛ facit ip̄m bene eē. Et ratio ē qꝛ ſicut illḋ
qḋ adheret fonti caloris. i. igni: efficitꝛ cali-
dū: ita illud qḋ adheret fonti religionis. ſcʒ
deo efficitꝛ religioſuʒ. Illud aūt qḋ maxime
facit hoiem deo adherere eſt iugū vite regu
laris. Et rō eſt: qꝛ religio remouet iſta q̄bꝰ
hoies cōiter impediūtur: ne poſſint inhere
re deo. Dicitꝛ ꝙ argentū nō pōt adherere ſi
ue ꝯiungi auro niſi caueatꝛ a tribꝰ. ſ. a pulue
re: a vento: ⁊ ab humore. qꝛ iſta tria impe-
diūt taleʒ ꝯiunctionē. Sic etiā ne adhereat
aīa deo. iſta tria impediunt. ſ. puluis auari-
tie: ventꝰ ſuperbie: ⁊ humor luxurie. Sʒ re-
ligio remouet puluerē auaritie ꝑ abdicatio
nē ꝓprietatis. qꝛ etſi liceat aliquibꝰ religio
ſis habere aliqua in cōi: nō tm̄ lʒ habere ꝓ-
priū. ⁊ hoc nō ḋrogat ꝑfectioni fideliū ſicut
patentꝛ dic̄ btūs ꝓſper in libro de vita ꝯtē
platiua. ⁊ habetꝛ. xij. q. i. ꝑ totū vbi ſatis oſtē
ditꝛ ⁊ ꝓpria debere ꝓptꝛ defectionē ꝯtemni
⁊ ſine īpedimēto ꝑfectionis eccl'ie poſſe fa-
cultates q̄ ſunt ꝓfecto cōia poſſidere. vnḋ
de apoſtolis ⁊ p̄mis fidelibꝰ xp̄i a quibꝰ in
cepit ꝑfectio chriſtiane religiōis dꝛ. Actuū
iiij. ꝙ nec quiſq̄ eorꝝ que poſſidebat dice-
bat aliquid eſſe ſuuʒ: ſed erāt illis oīa cōia.
Item religio excludit ventum ſuperbie per
humilitatē obedientie. exēplo videlicet xp̄i

de quo dr̄ Philip.ij. ꝙ humiliauit ſemetipſ
fact⁹ obediens vſqꝫ ad mortē. Itez religio
excludit humorē fluxuū luxurie per votū cō
tinentie. Unde religioſi intelliguntur ꝑ illos
eunuchos de quibus dixit xp̄us Matthei
xix. Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerūt
propter regnū celoꝛū. Iſtis autem exclusis
adheret deo aīa ſancti religioſi per charita
tem ⁊ contemplationē. Unde religio dr̄ iu̇ſ
gum a iūgendo ſiue ꝯiūgēdo. quia nō ſoluꝫ
cōiungit hominē deo: ſed etiam multos in
vnū in magnū bonū ipſoꝛum. Unde de tali
bus dixit. ps. Ecce ꝙ̄ bonū ⁊ ꝙ̄ iocundum
habitare fratres in vnū. Ex quibus verbis
colligi poteſt quomodo religio facit homi
nes bene eē ꝓpter quattuoꝛ.

Primo quidē. qꝛ ponit eos in ſtatu valde
vtili. ⁊ iō dicit. ecce ꝙ̄ bonū. i. vtile.

Scd̄o qꝛ ponit eos in ſtatu valde delecta
bili. ⁊ ideo ſubdit. ⁊ ꝙ̄ iocūdum.

Tertio qꝛ ponit eos in ſtatu vniformi. et
ideo additur habitare in vnū.

Quarto quoqꝫ qꝛ ponit eos in ſtatu ami-
cabili. ⁊ ideo ſubinfertur fratres.

Sunt ergo p̄mo viri religioſi in ſtatu val
de bono. i. valde vtili ⁊ meritoꝛio. vnde nō
ſolum dixit bonū: ſed etiam ꝙ̄ bonū. i. mira
biliter bonū. Et hoc patꝫ dupliciter. Primo
reſpectu eoꝛum a quibus religio abſtrahit.
Secūdo reſpectu eoꝛum ad que religio at-
trahit. Precipue nāqꝫ religiōes abſtrahūt
homines nō ſoluꝫ a nociuis vel ſuperfluis:
ſed etiam a licitis. Quod quidem ꝓpt̄ xp̄m
facere ē mirabilit̄ bonū. i. vtile ⁊ meritoꝛiū
Mirabiliter quidem dico: quia hominē in
carne viuentē faciūt preter carnem viuere
qd̉ ſm̄ Hiero. angelicum eſt non humanū.
Bonū ⁊ laudabile eſt in homine ſeculari ꝙ
abſtineat ab illicito concubitu foꝛnicatiōis
vel adulterij ⁊ aliarū ſpecierum luxurie ⁊ ſit
contentus vxoꝛe ſua. Sed religio amplius
facit: quia per votum cōtinentie abſtrahit
ab omni concubitu etiā matrimoniali. Et
de hoc bono d̄r. i. Coꝛinth. vij. Bonū eſt ho
mini mulierē nō tangere. Et in eodē infra.
Dico autem nō nuptis. i. virginibus ⁊ vidu
is. bonū eſt illis ſi ſic ꝑmaneant. Itez bonū
⁊ laudabile eſt in ſeculari ꝙ ſeruet ieiunia
⁊ abſtinentias ab eccleſia inſtituta ⁊ ꝙ in
eis abſtineat a carnibus. Sed probate reli
giones amplius faciunt: qꝛ indicūt alia ie-
iunia ⁊ generalem abſtinentiam a carnib⁹
niſi pro infirmitate vel ratiōe medicine cū

aliquo diſpenſetur. ſicut fit in oꝛdine fratrū
predicatoꝛū. ſicut etiam ex̄ de ſtatu mona-
choꝝ. Cum ad monaſteriū. prohibetur mo
nachis ꝙ in refectoꝛio carnes nō comedāt
nec extra niſi in infirmitoꝛio: vel interdum
quidam in camera abbatis de licentia ⁊ di
ſpenſatione eius ꝓ infirmitate vel alia ne-
ceſſaria cauſa. Et talem abſtinentiam. ſcꝫ a
carnibus etiam apoſtolus cōmendat Ro-
ma. xiiij. dicens. Bonū eſt non manducare
carnem. Item patet eſſe bonū ſtatum reli-
gionis reſpectu eoꝛum ad que religio oꝛdi-
natur ⁊ attrahit. Naꝫ aliqua religio oꝛdiā-
tur ⁊ attrahit ad opera vite actiue que per-
tinent ad dilectionem proximi. vnde Iaco.
p̄mo. Religio munda ⁊ īmaculata apd̄ deū
⁊ patrem hec eſt. viſitare pupillos ⁊ viduas
in tribulationibus eoꝝ. ⁊ īmaculatum ſe cu
ſtodire ab hoc ſeculo. Quedaꝫ vero religio-
nes ſunt que magis oꝛdinantur ad vitam
contemplatiuam ſicut religio cartuſienſiuꝫ
⁊ ſimiliū. ⁊ hoc pertinet ad dilectionem dei.
Sed quia nec deus ſine proximo nec proxi
mus ſine deo diligit̄. Hiero. dicit. Idcirco ꝑ
fectioꝛ religio ē q̄ ad vtraqꝫ opera. ſ. cōtem
platiue ⁊ actiue oꝛdinatur. ⁊ maxime q̄ ſtu
det ad illud opus vite actiue quod ex pleni
tudine contemplationis deriuatur. ſicut eſt
doctrina ⁊ predicatio. ſicut Grego. dicit in
quīta omelia ſuper Ezech. ꝙ d̉ perfectis vi
ris poſt contemplationē ſuam redeuntib⁹
dicitur. Memoꝛiam abundantie ſuauitat
tue eructabunt. Et hoc prefertur ſimplici cō
templationi. ſicut em̄ maius eſt illuminare
ꝙ lucere ſolum: ita quoqꝫ maius eſt cōtem
plata alijs tradere q̄ꝫ ſoluꝫ contemplari. Et
ideo ſummū gradum in religionibus tenēt
qui oꝛdinantur ad predicandū ⁊ docendū.
Unde ex perſona talium religioſoꝝ dicitur
ij. Coꝛinth. viij. Prouidemus bona: non ſo
lum coꝛam deo. ſcꝫ per contemplatiuā: ſed
etiam coꝛam hoībus. ſ. per actiuam. Unde
de beato Dominico legitur ꝙ diem impertie
batur proximis noctem deo. Nocte celi per
luſtrans limina: die terris dat verbi ſemīa.
Secundo oſtendit propheta in auctoꝛitate
inducta religionis ſtatum eſſe delectabilē.
in eo qd̉ ſubdit. ⁊ ꝙ̄ iocundū. gloſa. i. delecta
bile. Notādum ergo ꝙ boni religioſi habēt
iocunditatem coꝛdis oꝛis ⁊ operis. Iocun-
ditatem quidem coꝛdis ſentiunt ab interio
ri ⁊ a ſuperioꝛi ⁊ ab exterioꝛi. Primo enim
habent iocunditatꝫ ⁊ gaudium ab interio

ri iuſtificatione. quia. ſ. habẽtes cor interiꝰ
iuſtificatum a peccatis preteritis ⁊ cuſto-
dientes ſe a futuris: viuũt in magna iocun
ditate ⁊ alacritate mentis. Et iſta eſt iocun
ditas que multum placet deo: quia non ꝓ-
uenit ex diſſolutione vanitatis: ſed ex puri-
tate mentis. Et de tali iocũditate viri religi
oſi dicitur Eccli. i. Religioſitas cuſtodiet ⁊
iuſtificabit cor. ⁊ iocũditatem atqꝫ gaudiũ
dabit. Item habet religioſus iocũditatẽ cor
dis a ſuperiori. ſ. ex diuinoꝝ contemplatio
ne. de qua etiam philoſophus loquens in li
bro de partibus aĩalium dicit. ꝙ circa diui-
nas ⁊ ſupexiſtentes ſubſtantias neceſſe eſt
nobis minores exiſtere theorias. i. conſide
rationes. Sꝫ ſi ſm modicũ attingamꝰ eas
delectabilius aliquid habent q̃ꝫ que apud
nos omnia. Ex tali ergo conſideratione ſe
quitur magis cordis iocunditas. Et de hac
iocũditate dicitur. Prouer. xviij. Qui inue-
nit mulierem bonam: inuenit bonũ: ⁊ hau-
riet iocũditatem a deo. Mulier bona ẽ ſen
ſualitas obediens rationi ad quã ſequitur
bonũ pacis ⁊ quietis mẽtis. ⁊ tunc in elati
one diuine contemplationis hauriet iocun
ditatem diuine conſolationis. Habet enim
iocunditatem cordis ab exteriori: quia pro
pter bonuꝫ obedientie patie..er portat ad
tempus corporalem laborem. vnde tandeꝫ
recipiet in futuro eternam leticiam ⁊ conſo
lationem. vnde dicitur Eccli. i. Uſqꝫ ad tẽ-
pus. ſ. mortis ſuſtinebit patiens. ⁊ poſtea
redditio iocunditatis fiet ei. Secundo ha-
bent boni religioſi iocũditatem oris ſiue in
verbis conſolatorijs quibus alios letificãt
ſm illud ps̃. Iocundum ſit ei eloquiũ meũ.
Siue in diuina laude in qua ad deuotionẽ
⁊ ſpiritualem leticiam frequẽtius exhortã-
tur. ⁊ talis laus deo debetur. ſm illud. ps̃.
Deo noſtro ſit iocunda decoraqꝫ laudatio.
Tertio habent iocunditatem operis. ſcꝫ in
operibus vite actiue vt ſũt opera miſericor
die: que cum iocunditate cordis ⁊ cuꝫ hila
ritate vultus fieri debent. ſm illud Apl'i. ij.
Corinth. ix. Non ex triſticia aut ex neceſſi-
tate. hilarem eñi datorem diligit deus. Et
ideo dicitur in ps̃. Iocundus homo qui mi
ſeretur ⁊c. Tertio oſtenditur in auctorita-
te allegata ꝙ religio ponit homines in ſta-
tu vniformi. cum dicitur habitare in vnuꝫ
ſcꝫ quia ſunt vnius religionis: ⁊ vniformis
ꝓfeſſionis vinculo colligati: ⁊ vniform s co
loris habitu induũtur: ad vniformeꝫ obſer
uantiam regularis vite tenentur: vt ſcꝫ vni
formitas que exterius ſeruatur vniformeꝫ
vnanimitatem repreſentet animoꝝ: que in
terius eſſe debet in corde. Que quidem ma
gis habetur ex dei gratia q̃ꝫ ex humano cõ
uictu vel cõmunitiua. vnde in ps̃. Qui ha-
bitare facit vnius moris in domo ſcilꝫ reli
gionis. Quarto oſtenditur in auctoritate
prefata ꝙ religio ponit eos in ſtatu amica-
bili. qꝛ vocat eos fratres. Ad litteram eniꝫ
vocãtur fratres predicatores vel minores
vel heremite. Eſt eñi inter eos fraternitas
non carnalis cognationis. ſed regularis ꝓ
feſſionis. vnde vt fratres ſe diligere debent
non carnalis ꝓpinquitatis amore: ſed cha
ritatis dilectione. ſm illud Rom̃. xij. Cha-
ritatem fraternitatis inuicem diligentes. de
bent eñi imitatores eſſe religionis apoſto-
loꝝ quibꝰ dominꝰ dixit. Matth. xxiij. Oẽs
eñi vos fratres eſtis. B

## Secũdo in auctorita-

te thematis ponit facilitas oneris qḋ ha-
bet religioſus portare: cum dicitur. cũ por-
tauerit iugum dñi. Nota ꝙ differentia ẽ in
ter iuguꝫ dñi ⁊ iugũ mundi. Nã iuguꝫ mũ-
di eſt ſtatus vite ſecularis. qḋ quidem iugũ
eſt durum ⁊ graue. iugum eñi durum et a-
ſperum collum bouis depilat: ſed graue in-
clinat ⁊ curuat. Sic ſtatus vite ſecularis de
pilat mentem hominis. id eſt aufert pilos
ſpiritualiũ meditationũ ⁊ affectionuꝫ q̃ in
mente oriũtur ⁊ quibus mens debet orna-
ri. ſeculares eñi homines tantum occupan
tur circa ea que pertinent ad corpus ꝙ re-
trahuntur a meditationibus ⁊ affectionibꝰ
ſpiritus. Item poteſt dici ꝙ illud iugum ſe
culi ſiue mundi eſt durum inq̃ꝫtuꝫ infert la
borem in acquirendo. durius inquãtum in
fert dolorem in amittendo: ſed duriſſimum
inq̃ꝫtum aliquibus infert perditionem eter
nã ad eterna ſupplicia eos mittẽdo. De tali
iugo ꝯquerebantur filij iſrael dicentes. iij.
Regũ. xij. Pater tuus duriſſimũ iuguꝫ im-
poſuit nobis. ſic facit mundus his qui dili-
gunt ipſum. Dicitur etiam ſtatus vite ſecu
laris iugum graue qḋ deprimit menteꝫ ad
eterna ⁊ infima diligenda. Eccleſia. xl. Oc
cupatio magna creata eſt hominibꝰ: et iu-
gum graue ſuper filios adam. Iugũ autem
dñi eſt ſtatus vite regularis ſiue religionis
qḋ iugũ nõ ẽ durũ ſed ſuaue: non eſt graue
ſed leue. Unde ipe dñs ait Matth. xi. Iu-

[I]ugum meum ſuaue eſt ⁊ onus meum leue.
In quibus quidem verbis tãgitur quadru
plex ratio quare iſtud iugũ.ſ.religionis eſt
letanter portandum.
Primo quidem propter vnionis nexũ.q᷑
iugum.
Secũdo ꝑpter imitationis exemplu᷒.q᷑
meũ.ſ.quia ex me exortum.
Tertio propter deuotionis affectu᷒.quia
ſuaue eſt.
Quarto propter dilectiõis affectum.quia
onus meũ leue.
Primo ergo portandu᷒ eſt libenter iugũ
religionis propter cõiunctionis nexũ.Na᷒
ſub iugo corporali coniũguntur duo boues
in vnũ ad laborandum ſimul.vnde ⁊ iugu᷒
a iũgendo dicitur.Eſt autem mos religio-
ſorũ vt vadant combinati.ſiue quãdo va-
dunt ad ſeminãdum verbum dei:ſiue ad a-
liud vtile ⁊ neceſſarium opus faciendũ.Et
iſta combinatio fit ſiue ꝑpter auxiliũ.quia
frater qui iuuatur a fratre quaſi ciuitas fir-
ma.Eccl's.iiij.Melius eſt duos eſſe ſimul
ꝙ vnũ.habent enĩ emolimentum ſocietatꝭ
ſue.Item ꝑpter teſtimoniu᷒.vt vnus aſſit
alteri tanꝙ cuſtos ⁊ teſtis honeſtatis vite.
Matthei.xviij.Adhibe tecum vnũ vel du-
os teſtes.vnde Auguſt.in regula ſua dicit.
Non eant quocũqꝫ ire neceſſe fuerit minus
ꝙ duo vel tres.Et hinc eſt ꝙ etiam dñs di
ſcipulos ad predicandum mittens.ſicut di
citur Luce.x.Miſit illos binos ante facie᷒
ſuam ⁊c.Ergo religioſi ſub iugo obediẽtie
cõbinati exeuntes ad predicandum ſunt
velut boues ſub iugo colligati exeuntes ad
ſeminandũ.Oſee.xi.Iugum imponet eis
ſimul.Unde de tali iugo obedientie ⁊ religi
onis dicit Eccl'i.li.Collum veſtrũ ſubijcite
eius iugo.Secũdo oſtenditur iugũ religio
nis eſſe letanter portandũ ꝑpter imitatio-
nis exemplũ:q᷑ meũ.in quo notatur tollen-
di exemplaritas.quaſi diceret.meũ dico:q᷑
ego in veſtrũ exemplũ illud ante tuli.Cum
enĩ tria ſint ſubſtantialia religionis vota.ſ.
cõtinentie obedientie ⁊ paupertatis volun
tarie.ſ.per abdicationẽ ꝓprietatis:horum
triũ xp̄s in ſeipſo nobis exemplum dedit.⁊
etiam in his apoſtolicã religionem funda-
uit vt ſupra oſtenſu᷒ eſt.Unde ⁊ ipſos apo
ſtolos adhortatus eſt dicens.Tollite iugũ
meũ ſup vos ⁊ di.a me.Tertio oſtenditur
iugũ religionis eſſe letanter portandũ pro
pter deuotionis affectũ.quia.ſ.deuotis fra

tribus non videt aſperu᷒ ſed ſuaue.⁊ ideo
dicit ꝙ ſuaue eſt.i.dulce ⁊ cõe.Dulce quidẽ
quia licet in exterioribus obſeruãtijs vide-
atur auſterũ:tamen in interiori ſpiritu dul
corem gignit.ſicut fructus nucis qui habet
exteriorẽ teſtam duram ⁊ interiorẽ nucleũ
ſapidum ⁊ ſuauẽ.vnde enucleũ cilat arida
teſta bonũ.Sed illi qui non habent ſenſum
⁊ affectum deuotionis neſciunt diſcernere
dulce ab amaro ⁊ ſuauitatem ab aſperitate
vnde refugiunt dulcedinẽ religionis ꝑpter
auſteritatem vite exterioris.Cuius figura
habetur.ij.Regũ.xix.In berzellax qui ait.
Nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernen-
dum ſuaue vel amarũ.Ber.Multi vident
punctiones noſtras:⁊ nõ vident vnctiões
noſtras.id eſt conſolationes.Habent eni᷒
religioſi aliq̃s furtiuas.id eſt occultas gra-
tias:quas orando ⁊ contemplando occulte
⁊ dulciter hauriunt:et panem intelligen-
tie ſacre ſcripture quo interius paſcuntur ⁊
paſcunt:in quibus eſt dulcedo ⁊ ſuauitas
Prouerbioꝝ.ix.Aque furtiue dulciores ſũt
⁊ panis abſconditus ſuauior.Dicitur enim
iugũ ſuaue q᷑ cõe.Nam onus qͦd in cõi por
tatur leuiꝰ ⁊ ſuauiꝰ eſt ad portandu᷒.Sed
religio vult onera ⁊ oĩa eſſe cõia vt ſuauius
diſponantur.Sapien.viij.Diſponit omnia
ſuauiter.¶Quarto religionis iugum eſt le-
tanter portandum propter dilectionis affe
ctum.quia.ſ.religionis onera omnia leui-
gantur.⁊ ideo dicit.⁊ onus meũ leue.Que-
dam que ex ſe viderentur nimis grauia ad
portandũ ex aliquo addito vel ſuppoſito ef
ficiuntur leuia.veluti ſi aliquis ſupponeret
onus lignoꝝ vel alterius rei dure ſup nudũ
dorſum aſelli:eſſet nimis graue ei ⁊ doloro
ſum ad portandum:ſed ſuppoſita barda vł
ſella leuiꝰ portatur.Sic multa eẽnt grauia
nimis per ſe bobus ad trahendum:que ſup
poſito curru leuius trahũtur.Et ita religio
nis onera ſuppoſita charitate leuiter ferun
tur.Nam ſicut dicit Augu.Omnia ſeuia et
imania tolerabilia ⁊ ꝓpe nulla efficit amor
Unde etia᷒ ipſe Augu.Dicit ꝙ ſarcina chri
ſti que infirmitati grauis eſt leuis efficitur
charitati.⁊ maxime quia religionis onera
inter multos diſtribuuntur:ita ꝙ vnus iu-
uat alium ad portandum religionis iugu᷒.
Exodi.xviij.dixit ietro moyſi.Leuius tibi
ſit partito in alios onere.Apoſtolus Gala.
vi.Alter alterius onera portate ⁊c.que eſt
charitas. C

¶ Tertio in themate aſſumpto notatur ꝓlixitas tēporis quo iſte iugū domini ſiue religionis portauerit. q̄a ab adoleſcentia ſua vſq; ad prouectā etatē Et idcirco completū eſt in eo quod dicitur. Prouerbioꝝ. xxij. Adoleſcens iuxta viā ſuā etiam cū ſenuerit non recedet ab ea. ¶ In q̄bus quidem verbis iſte ſanctus religioſus cōmendatur ex tribus.

¶ Primo ex inceptionis idoneitate. quia in idonea etate. ſ. adoleſcētie cepit ſeruire deo ſcʒ dum eſſet adoleſcens.

¶ Secūdo ex ꝓſecutionis conformitata. q2 iuxta viam ſuam. ſ. bonā quā inceperat ſp̄ ambulauit ꝓficiendo in ea.

¶ Tertio ex cōtinuationis firmitate: q2 etiā cum ſenuerit ⁊c.

¶ Circa primū attendendū eſt ꝙ adoleſcentia eſt etas apta ad aſſumendū iugū religionis triplici ratione. Primo rōne inchoationis. Magna eñ vis eſt facienda in principijs. Naʒ vt Ariſtoteles dicit. Paruus error in ꝑncipio magnus eſt in fine. Et hoc patet in pctō primi parētis: per qd̄ tota natura humana fuit infecta. Poeta etiam dicit ꝙ dimidiū facti q̄ bene cepit habet. ſicut qui male cepit totū fere amiſit. Et ideo multum eſt obſeruandū quibus artibus homo a ꝑncipio aſſueſcat. q2 ſi bonis totum eſt lucratū: ſi malis totum eſt perditū: niſi ſtatiʒ reuocetur anteꝙ̄ firmatū ſit in malo per cōſuetudinem. Propter qd̄ adoleſcentibꝰ qui etiam faciliter informari poſſunt bonis vel malis moribus: ſicut cera mollis de facili recipit quaſcūq; impreſſiones: poſtꝙ̄ ad annos diſcretionis venerint optimū eſt aſſumere iugum religionis: per quā retrahant a malis ⁊ ad bona ꝓuocentur. Prouerb. i. Adoleſcenti detur ſcientia ⁊ītellectus. Scientia. ſ. proficiendo in bono. Apl'us colo. i. Proficiētes ⁊ creſcentes in ſcientia dei. Et intellectus quo ſciant recedere a malo. Job xxviij. Recedere a malo intelligentia. Secundo bonū eſt inchoare religionē in adoleſcentia ratione inclinationis: q2 precipue adoleſcentes incipiūt inclinari ⁊ eſſe proni ad vanitates ⁊ voluptates. ⁊ ideo ne defluant in talia bonū eſt vt alligentur freno ſeu retinaculo religionis: que a religando religio dicitur. Eccl's. xij. Adoleſcentia ⁊ voluptas vana ſūt. Et contingit voluptateʒ adoleſcentie. quia ꝑcipue adoleſcentes ſunt ad voluptates prompta quibꝰ quidem retrahūtur per ipſius religiōis ligamē. ¶ Tertio ratione dationis. Nam mulieres que in adoleſcentia nubunt ⁊ traduntur viris magis fecūde ſunt in filijs ꝙ̄ ille que vetule nubūt Et ſicut illi qui ab adoleſcentia religionem ingrediūtur ⁊ perſeuerant in ea fecūdiores ⁊ fertiliores ſūt ⁊ plus abūdant bonis operibus ꝙ̄ illi qui ingrediuntur ſenes vl' multum ꝓuecti. ſm̄ illud Hiere. xlviij. Fertilis fuit moab ad adoleſcentia ſua. ⁊ ita accidit iſti noſtro defuncto. ¶ Secūdo cōmendat in auctoritate allegata ex ꝓſecutionis conformitate. quia. ſ. iuxta viam ſuā quā ceperat ſemꝑ ambulauit. ⁊ illa via fuit vita religioſa ⁊ obſeruantia religionis. Quaʒ iſte ab adoleſcentia intrauit duplici ex cauſa.

Primo vt mores ſuos ⁊ vitam corrigeret ⁊ in melius cōmutaret. Item vt mandata ⁊ cōſilia dei perfectius obſeruaret. ꝑs. In q̄ corrigit adole. vi. ſuā in cuſto. ſermones tuos. Primū facit religio per rigoreʒ diſciplinē. ſcd̄m per ſubiectionē obedientie. ¶ Tertio cōmendatur in auctoritate ꝑfata de cōtinuationis firmate. q2 etiam cuʒ ſenuerit nō ⁊c. Nā qd̄ noua teſta capit īueterata ſapit. Sunt tamen quidā qui vel propter negligentiam vel ꝓpter maliciaʒ ſuam a deo derelicti ⁊ in ſenectute ſua apoſtatant a religione. vnde iſtum caſum timens bonꝰ religioſus dicit deo frequēter illud. ꝑs. Uſq; in ſenectā ⁊ ſeniū deus ne derelinquas me. ⁊ iterū. ne proijcias me in tempore ſenectutis ⁊c. Sʒ iſte ecōtrario impleuit illud. Job xxvij. Donec vixero nō recedam ab innocētia mea. iuſtificationē meam quā cepi tenere nō deſeram. Unde potuit ei dici illō Deutero. xxxiij. Sicut dies iuuētutis tue ita et ſenectus tua ē. Ex qua ad vitā tranſit eternam. Ad quā ⁊c.

¶ In funere alicuius religioſe mulieris. Sermo XIII

Mulier timens deum ipſa laudabit. Prouerbioꝝ. xxxi. Nos videmus ꝙ hoīes cōſueuerūt laudare ⁊ cōmendare aliqua ſm̄ ꝙ afficiūtur ad illa. Unde hoīes mūdani ⁊ peccatores qui multū afficiūtur ad carnalia laudant mulieres multū de pulchritudine carnis. ſicut habetur de Sara. Geneſ. xij. ꝙ cuʒ igreſſus eſſet abraham egyptū viderunt egyptij mulierē. ſ. ſaram vxorem eius

ꝙ eſſet pulchra nimis ⁊ nunciauerũt prin-
cipes pharaoni: ⁊ laudauerunt eã apud illũ
ſed tales non attendunt ꝙ fallax gratia ⁊
vana eſt pulchritudo. Sed ſancti viri qui
carnalia deſpiciunt ⁊ tm̃ ſpiritualia diligũt
cõmendant mulieres. nõ quia pulchre: ſed
potius quia virtuoſe. Et in hoc conſonant
ſacre ſcripture verba: que oſtendit mulierẽ
eſſe laudabilẽ: non ex nobilitate generis vl'
ex pulchritudie corporali: ſed ex timore dei.
Unde ait. Mulier timens deũ ⁊c. Et quia
talis mulier fuit iſta ſancta ſoror que nunc
defuncta eſt: merito poteſt laudari. In
quibus quidẽ verbis de iſta ſancta ſorore
⁊ de qlibet religioſa muliere oſtendũt tria.

Primo quid fuit ſm naturam. qr mulier.

Secundo quid fuit ſm gratiam: quia ti-
mens deum.

Tertio quid erit ſm memoriam: quia lau
dabitur.

Circa primũ attendẽdũ eſt ꝙ illa ſm na-
turã fuit mulier fragilis: ſed tamen ſm na-
turã nos videmus ꝙ ea que de ſe ſunt val
de fragilia ⁊ paſſibilia muniuntur ⁊ fortifi
cantur ex circũpoſitione alicuius rei fortis
vel dure. ſicut patet in nuce amigdal'. auel-
lanis. quia eoꝝ interior ſubſtantia qr mol-
lis eſt ⁊ paſſibilis munitur ⁊ fortificat' du-
ricia exterioris teſte. ⁊ in capite homis eſt
ſubſtantia cerebri interius mollis ⁊ paſſibi
lis: ⁊ ideo cõmunitur panniculis ⁊ oſſibus
duris. Sic bona quelibet ⁊ religioſa ſoror
ꝙuis ſm naturã ſit tã animo ꝙ corpe fra-
gilis: fortificatur tamen robore cõtinentie
⁊ cuiuſlibet ſpiritualis virtutis. Et de tali
ſorore dicitur. i. Cor. vij. Mulier innupta
⁊ virgo cogitat que ſunt dñi: vt ſit ſancta
corpe ⁊ ſpiritu. In quibꝰ quidẽ verbis qli
bet religioſa ⁊ ſancta ſoror commendatur
de tribus.

Primo de corporis caſtitate: quia innu-
pta qntũ ad viduã que viro caret: ⁊ virgo
quantũ ad eã que nunꝙ habuit virũ.

Secundo de mentis religioſitate: quia co
gitat que ſunt domini.

Tertio de vtriuſqȝ ſcȝ mentis ⁊ corporis
puritate. vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpiritu.

Circa primũ notandũ ꝙ vtraqȝ caſtitas
cõmẽdabilis eſt ſcȝ ⁊ innupte ⁊ vidue ⁊ vir
ginis: ꝙuis magis laudabilis ſit caſtitas
virginalis. Sed de vidua nota ꝙ eſt diffe-
rentia inter ſecularẽ ⁊ religioſam. qr ſecula
ris vidua ſi vult põt ſine peccato nubere. ꝙ
tuis laudabilior ſit ſi innupta ꝑmaneat. Uñ
⁊ in ſacra ſcriptura vidue que ꝑmanſerunt
innupte plurimũ cõmendant'. ſicut Judith
⁊ Anna. Primo qr iterato nubere videtur
ſignũ incontinentie. Et iſta etiã viro biga-
mo eſt vna de cauſis quare irregularis effi
citur: ⁊ ad ordines ꝓmoueri non dȝ: ꝙuis
ꝑncipalis cã ſit ꝓpt' defectũ vnitatis ſacra-
menti. Scða cã quare cõmendant' vidue
que ꝑmanſerunt innupte eſt: qr fuerũt ma
gis expedite a ſollicitudinibꝰ cauſe familia-
ris viri ⁊ filioꝝ ⁊ familie. Et iõ potuerunt
magis vacare ſpũalibꝰ: ſicut pȝ de Anna ꝑ
dicta de qua dr Luce. ij. ꝙ hec vidua erat
vſqȝ ad annos. lxxxiiij. que non diſcedebat
de tẽplo ieiunijs ⁊ obſecrationibꝰ ſeruiens
die ac nocte. Et idõ aplus dicit. i. Cor. vij.
Dico aũt innuptis ⁊ viduis. bonũ eſt illis ſi
ſic ꝑmaneant: innupte ſcȝ. De nuptis vero
dicit in eodẽ. Que nupta eſt cogitat q̃ ſunt
mundi quomõ placeat viro. Sȝ vidua que
eſt in monaſterio ſiue religione dȝ oĩno in-
nupta ꝑmanere: nec ei nubere licet. qr ſcilȝ
cõtinentia eſt de ſubſtantia religiõis. Cuiꝰ
rõ eſt: qr ad ſtatũ religiõis requirit' abſtra
ctio eoꝝ ꝑ que hõ impedit' ne totalit' ferat'
in dei ſeruitiũ. Sed matrimoniũ hȝ hoc im
pedire ꝓpter duo. Primo ꝓpter vſum actꝰ
carnalis: qui multũ retrahit animã ab illa
perfecta intentione tẽdendi in deũ. ſicut pa
tet per dicta Auguſtini in libro ſoliloquioꝝ
Secundo ꝓpter ſollicitudinẽ quam ingerit
homini de gubernatione viri ⁊ filioꝝ ⁊ reꝝ
tẽporaliũ que ad eoꝝ ſuſtentationẽ ſuffici-
ant. Uñ de viro aplus dicit. i. Cor. vij. ꝙ q
ſine vxore eſt ſollicitꝰ eſt que ſunt dñi quõ
placeat deo. Qui aũt cũ vxore eſt ſollicitus
eſt que ſunt mũdi quõ placeat vxori. Et idẽ
dicit de muliere que eſt ſine viro vel cũ viro
Et ideo cõtinentia ꝑpetua requirit' ad per-
fectionẽ religionis. Predictã aũt differen-
tiã inter viduã ſecularẽ ⁊ religioſam tãgit
aplus ibidẽ. ſ. i. Cor. vij. Prio qdẽ qntum
ad ſecularem dicens. Mulier alligata ẽ le-
gi quãto tempore vir eius viuit. Qð ſi dor
mierit vir eius liberata eſt a lege. cui vult
nubat tm̃ in domino. Sed quantum ad re-
ligioſam ſubdit. Beatior autem erit ſi ſic ꝑ
manſerit: ſcȝ innupta. ꝙuis etiam de ſecu-
lari vidua vtrunqȝ poſſit intelligi. Sed ta-
men multo beatior vidua religioſa: que ſibi
voluntarie etiam neceſſitatem impoſuit per
votum continentie vlterius non nubendi.

# Sermonū funebriū

Sed adhuc vlterius tangitur in auctorita
te allegata altior continentie virtus, ſcꝫ vir
ginalis, cū ſubditur, ⁊ virgo. Ubi notandū
ꝙ ſicut dicit phus. actus actiuorū ſunt in
patiente ⁊ diſpoſito. Nam quia aer quan-
to pulchrior tanto eſt magis diſpoſitus ad
ſuſceptionē lucis: ideo quanto purior ⁊ ſere
nior exiſtit: tanto plꝰ de lumine recipit ⁊ cla
reſcit. Sic etiā de luce ſpirituali: ſcꝫ gratie
vel ſapientie, de quo anima tanto plus reci
pit quanto purior exiſtit. Unde quia virgi
nitas importat maximā puritatē: ſcꝫ incor
ruptionē mentis ⁊ corporis, quia ſm Augu
ſtinū. Uirginitas eſt in carne corruptibili
perpetua incorruptiōis meditatio, ideo ma
xime diſponit ad ſuſcipiendū lumen ſapien
tie ⁊ gratie: ⁊ etiā glorie. Nā de lumine ſapi
entie patꝫ in Johanne euangeliſta qui fuit
virgo, ⁊ ideo impleuit eū maiori ſapientia
⁊ intellectu. De lumine gratie patet in bea-
ta Maria virgine que fuit gratia plena ſi-
cut fuit virgo puriſſima. De lumine glorie
patet, quia quāto aliquis magis appropin
quat deo in ipſa beatitudine: tāto maiori lu-
mine illuſtratur glorie. Sed incorruptio. ſ.
virginitatis homines deo proximos facit.
ſicut dicitur Sapientie. v. ⁊ iō dr Eccli. xv.
Quaſi mulier a virginitate ſuſcipiet illum.
ſcꝫ chriſtū qui eſt fons ſapientie lux gratie:
⁊ ſplendor glorie. ¶ Secundo cōmendatur
mulier deuota de religioſitate mentis: quia
cogitat que ſunt domini. Ubi notandū ꝙ il
la cogitat que ſunt domini que cogitat do-
mini precepta. Infirmus em̄ qui appetit ſa
nari multū cogitat vt faciat que medicꝰ pre
cep it. ⁊ multomagis homo debetcogitare
quomodo impleat que p̄cepit deꝰ. Eccli. iij.
Que precepit tibi deus illa cogita ſemper.
Et dicit ſemper: vt ſcꝫ ab ipis per propoſi-
tū peccati nunꝗ̄ recedat. Deut. vi. Hec me
ditaberis ſedens in domo tua: ambulās in
itinere: dormiens atqꝫ conſurgens. Itē co-
gitat que ſunt domini que cogitat domini
ſupplicia: ſcꝫ que ipe dn̄s pertulit ꝓ nobis.
Que quidēꝫ recogitata in corde ſunt velut
anime arma ꝯtra tentationū inſultꝰ. i. Pe-
tri. iiij. Chriſto in carne paſſo ⁊ vos eadēꝫ
cogitatione armamini. Bernar. Tanta eſt
virtus paſſionis chriſti ꝙ ſi in mente firmi
ter habeatur: nulla peccati iacula preuale-
re poſſint ī anima, ſed in memoria eius to
tus peccati ⁊ mortis fugatur exercitus. Itē
illa cogitat que ſunt domini: que cogitat do
mini premia que nobis promittit. Hec em̄
premia ſunt ſpiritualia ⁊ eterna: ſicut dice-
bat ps. Cogitaui dies antiquos: ⁊ annos
eternos in mente habui. Apes ſuper flores
reſident ⁊ inde attrahunt mel, ſic iuſti de e-
ternis bonis cogitant: ⁊ attrahūt inde dul-
cedinē. Et quia talia premia recondita ſūt
apud altiſſimū deuꝫ: ideo dicitur de ſanctis
viris Sapie. v. ꝙ cogitatio illoꝝ apud altiſ
ſimū ē. ¶ Tertio in auctoritate induc ta oſtē
ditur ꝙ debet ſanctimonialis femina habe
re puritatē perfecta. ſ. in carne ⁊ vita. Et iō
dixit. vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpiritu. Medi-
ci quando inueniunt in membris principa
libus diſpoſitiones contrarias: puta ꝙ in-
firmus hꝫ ſtomachū frigidū ⁊ epar calidū:
ſicut dicit Auicēna de tympaniaco, tunc cō
tra frigiditatē ſtomachi dantur ei remedia
interiora: puta aliqua calida ⁊ confortātia
ſtomachū ⁊ digeſtionē eius ſiue in cibis ſi-
ue in confectionibus. Sed ne ex talibus ca
lidis epar inflāmetur ſupponuntur epati ex
terius aliqua frigefactiua, puta aliquod epi
thyma frigidū. Sic quia homo habet con-
trarias diſpoſitiones in ſpiritu ⁊ in carne.
quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum ⁊
ſpiritus aduerſus carnem: debet homo ſan
ctificare ſpiritum per actiones interiores,
puta per potionem compunctionis: per vo-
mitum confeſſionis: ⁊ per confectionem ca
lidam feruentis orationis ⁊ dulcis contem
plationis. Item ſanctificare corpus per a-
ctiones exteriores: ſcꝫ per abſtinentias ⁊ ie
iunia ⁊ vigilias ⁊ diſciplinas: ⁊ labores vi-
te actiue. Unde gloſa ſuper verbo predicto
dicit, vt ſit ſancta ſpiritu. per actiones inte
riores. Et tunc in vtroqꝫ ſanctificata pote-
rit dicere illud ps. Sitiuit in te aīa mea ⁊c.
Nota quādo aliquis vult ponere in aliquo
vaſe p̄cioſum liquorē: ſolet ipm mundare ⁊
lauare: nō ſolū interiꝰ: ſꝫ etiā exteriꝰ. vt ſit
totū mūdū ⁊ purū. Sic deꝰ volēs ponere li-
quorē gr̄e ſue in femina ſanctimoniali: vult
ipam inuenire mūdā ⁊ ſanctā, ⁊ interiꝰ in
ſpū: ⁊ exteriꝰ in corpore. Propterea dicebat
apl'us. ij. Cor. vij. Mūdemꝰ nos ab oī inq̄
namento carnis ⁊ ſpūs. Eph. i. Elegit nos
in ipo ante mūdi ꝯſtitutionē vt eſſemꝰ ſcti
⁊ īmaculati. Sācti. ſ. in ſpū: mundi a pctis
ſpiritualibus, ⁊ immaculati ſcꝫ in corpore:
mundi a peccatis carnalibus.

## ¶ Secūdo oſtenditur in

themate aſſumpto de iſta noſtra ſorore de-
functa qualis fuit per gratiā. quia timēs de
um. Et ſic quelibet religioſa ſoror debet eē
timens deū duplici ratione. Primo ratione
debiti. ſecundo ratione lucri. Ratiōe quidē
debiti: quia licet non habeat ſponſum terre-
nū: habet tñ ſponſum celeſtē. ſ. deū: quē mul
tū timere ⁊ revereri debet. vtpote quia ſpon-
ſus eſt nō debilis ſed potentiſſim⁹: nō igno-
rans ſed ſapientiſſimus: ⁊ non remiſſus ſꝫ
iuſtiſſimus. Debet ergo primo deū timere
ratione ſue potentie. tanto eñ ſponſa mag
timet ſponſum ſuū carnalē: q̄to magis po-
teſt ſibi nocere. Sed homines quantūcūqꝫ
ſint potentes non poſſunt ledere vel nocere
niſi ſolum in rebus temporalibus: vel etiaꝫ
in corpore verberando vel occidendo corp⁹
Magis ergo timendus eſt ille ſponſus ce-
leſtis qui poteſt non ſolū occidere corpus: ſꝫ
etiam animā perdere ⁊ in eternuꝫ dānare.
Unde Matthei. x. Nolite timere eos qui
occidunt corpus: animā aūt non poſſunt oc
cidere: ſed potius ⁊c. Banni ⁊ mandata p̄n
cipū ſunt ſub pena amittendi temporalia ⁊
corporalia. banni vero dei ⁊ mandata ſunt
ſub pena corporū ⁊ etiā animarū. Unde pſ.
Tu mandaſti mādata tua cuſtodiri nimis.
Item debet timeri iſte ſponſus ratione ſapi
entie. plus eñ timet vxor virū ſuū quando
ſcit ꝙ nihil poteſt eū latere. Et talis ſpōſus
eſt chriſtus. Hebre. iiij. Omnia nuda ⁊ ap
ta ſunt oculis eius. iij. Regū. iij. Timuerūt
regē ſalomonē videntes ſapientiā dei eſſe
in eo. Item debet timeri talis ſponſus ratio
ne iuſticie. plus eñ timent homīes iudiceꝫ
quem ſciunt a iuſticia non prece nec precio
poſſe flecti. Et vxor habens virū zelotipuꝫ
⁊ iplacabilē ⁊ durū vehemēt timet eū. Et ta
lis eſt ſponſus celeſtis: precipue in morte vl'
in extremo iudicio. Prouerb. vi. zelus ⁊ fu-
ror viri non parcet in die vindicte: nec ac-
quieſcet cuiuſq̄ȝ precibus: nec recipiet pro
redemptione dona plurima. Hec enim ver
ba gloſa exponit de ſponſo celeſti. vnde pote
rit ei dicere ſponſa que timore eius a malis
reſipuerit: illud Luc. xix. Timui te ſciens q2
homo auſterus es. Secundo debet eū time
re ratione lucri. quia ſcꝫ deuꝫ timere eſt ars
multum lucratiua: per quam conquiruntur
multa bona. id eſt multa merita. Propter-
ea dicitur Thobie quarto. Multa bona ha
bebimus ſi timuerimus deum ⁊ receſſeri-
mus a peccato. In quibus quidem verbis
tria facit.

Nam primo premittit meritorum multi-
plicationem: quia multa bona habebimus
Secundo ſuppoīt dei ſubiectionem: quia
ſcꝫ timuerimus deum.
Tertio vero addit impedimēti ſubtractio-
nem: ⁊ receſſerimus a peccato.
Circa primum nota ꝙ per timoreꝫ dei ha-
bentur multa bona: quia ſcilicet eſt cauſa
multiplicandi merita. Et huius ratio eſt:
quia timor dei ſollicitat ad bene operan-
dum: ⁊ per ipſa bona opera conquiruntur
merita. Unde dicitur Eccleſiaſtici decimo-
quinto. Qui timet deum faciet bona. Ubi
Gregorius. Timere deum eſt nulla que fa-
cienda ſunt bona pretenire. Unde Eccleſia-
ſtes ſeptimo. Qui timet deum nihil negli-
git. Secundo preſupponit dei ſubiectio-
nem. ſi timuerimus deum. Nota quando ē
aliqua ars vel operatio que ſit multum de-
lectabilis ad faciendum: eſt homo magis
aſſiduus ad faciendum eam: ⁊ ideo plus lu
cratur. ⁊ talis ars ſiue operatio eſt timere
deum. Licet enim timor ſeruilis qui eſt ꝓ-
pter penam tantum vitandam non ſit dele
ctabilis. quia de tali timore dicitur p̊me Io
hānis quarto. Perfecta charitas foras mit
tit timorem. quoniam timor penam habet
tamen timor finalis ⁊ reuerentie delectabi
lis eſt: quoniaꝫ ex dilectione ⁊ charitate dei
procedit que facit delectabiliter operari. ⁊ p
conſequens plus mereri. Unde Eccleſiaſti
ci p̊mo. Timor domini delectabit cor ⁊c. Et
pſ. Quā magna multitudo dulcedinis tue
domine quam abſcondiſti timentibus te.
gloſa. quam impius non ſentit: quia de fe-
bre iniquitatis palatū cordis amiſit. Ter
tio additur in auctoritate allegata excluſio
impedimenti: id eſt peccati quo meritū im-
peditur. vnde ait. ⁊ receſſerimus a peccato.
quia ſtando in peccato opera que fierent de
genere bonoꝝ non eſſent meritoria. ſed nec
etiā oſtenderetur ꝙ deuꝫ vere timeret ſi ab
eius offenſis id eſt a peccatis non deſiſteret
Unde Eccl'i. i. Timor domini expellit pecca
tum. Eſt enim timor domini quaſi quidaꝫ
ianitor cordis. Sed eſt differentia inter ti-
mores. quia timor ſeruilis vel mundan⁹ eſt
ſicut oſtiarius pict⁹ in portis diuitū: qui ele
uata claua videtur percutere ingredientes
⁊ ingreſſum ꝓhibere: ⁊ tñ vere nō facit. ſic
timor q̇ ſine charitate ē videt peccatū expel
lere. ⁊ ideo non expellit. quia dicit Aug⁹. ꝙ

manet in timore ſeruili peccandi volūtas:
⁊ ſequeretur opus ſi ſepararetur īpunitas.
Sed timor finalis eſt vt oſtiariꝰ verus ab ī
greſſu cordis vitia deterrens claua terribi-
li:id eſt cōſideratione iudicij ⁊ inferni:īmo
etiā expellit vitia ⁊ peccata que fuerunt iā
ingreſſa. Unde Eccl'i.i. Timor dñi ſcientie
religioſitas. Religioſitas cuſtodiet ⁊ iuſti-
ficabit cor:ſcꝫ a peccatis. Prouer.iij. Time
deū ⁊ recede a malo. C

## Tertio in themate aſ-

ſumpto de muliere religioſa oſtenditur q̄d
erit ſm memoriā.quia laudabitur ſcꝫ etiaꝫ
poſt mortē.quia memoria iuſti cū laudibꝰ.
Prouerb.x.⁊ non ſolū iuſti viri : ſed etiam
iuſte mulieris memoria habetur laude di-
gna. Debꝫ aūt religioſa ſoror ⁊ mulier ſe ita
laudabilē reddere dū viuit vt dicere poſſet
illud pš. In dño laudabiť anima mea. Ex
quibus quidē verbis colligitur ꝙ ad laudē
perfectā religioſe mulieris debent concurre
re tria. Primū eſt vt ſit laus certa.⁊ hoc eſt
quando ſit in dño. Nā laus qñ fundatur in
hoīe id eſt in humano iudicio non eſt laus
certa.quia ſepe humanū fallitur iudicium:
quia plerūqꝫ iudicat eſſe laudabile qđ non
eſt vere laudabile. Sed laus que fundatur
in dño id eſt in dñi iudicio:illa eſt laus cer-
ta.i.Cor.iiij. Nolite ante tps iudicare:quo
aduſqꝫ veniat dñs qui illuminabit abſcon-
dita tenebrarū ⁊ manifeſtabit conſilia cor-
diū:⁊ tūc laus erit vnicuiqꝫ a deo. C Secun
dū eſt vt ſit laus ſecura:vt ſcꝫ non laudetur
in preſenti:ſed in futuro.⁊ ideo non dicit in
auctoritate allegata laudatur:ſed laudabiť
ſcꝫ in futuro. Eccl'i.xi. Ante mortē ne lau-
des hoīem. Et ratio eſt:quia talis laus nō
eſt tuta:neqꝫ ex parte laudantis: neqꝫ ex ꝑ
te laudati. Ex parte quidē laudantis : quia
parit ſuſpitionē ꝙ fiat ex quadā adulatiōe
⁊ precipue cū quis laudatur in facie. adula
tio aūt peccatū eſt:⁊ nocet ipi laudanti. Ex
parte vero laudati non eſt etiā tuta: quia ē
aliqñ ſibi cauſa elationis.propter quod di-
citur Eccl'i.ij. Ne laudes virū in ſpecie ſua
id eſt in facie vel in preſentia ſua. Propter-
ea Maximus dicit in quodaꝫ ſermone. ꝙ
duplici ex cauſa vtilius eſt hominū memo
rie magis laudē dare ꝙ̄ vite.vt illo potiſſi-
mū tempore merita ſanctitatis extollas qñ
nec laudanti adulatio nocet nec laudatum
tentat elatio. Et infra ſubdit. Quis autē vi-
uens tute poſſit laudari:qui ⁊ de preterito
meminit ſe habere qđ doleat:⁊ de futuro vi
det ſibi ſupereſſe quod timeat. Et ideo be-
ne dixit Eccleſiaſticus. Ante mortē ne lau-
des quenqꝫ. quaſi diceret ſicut Maximus
in eodē ſermone dicit. Lauda poſt periculū
predica ſecurū nauigantis felicitatē.ſed cū
peruenerit ad portū. Lauda ducis virtutē:
ſed cū perductus fuerit ad triumphū. C Ter
tiū quod requiritur ad perfectā laudē eſt ꝙ
ſit laus vera non vana. ⁊ talis eſt ꝙ nō lau
detur de his que pertinent ad corpus:puta
de pulchritudine vel fortitudine corporis
vel ſimilibus : ſed de his ſpiritualibus que
ad animā pertinent. Et ideo dixit in aucto
ritate inducta.laudabitur anima mea. non
corpus. Et ratio ē:quia vera laus eſt ex vir
tutibus vel ex operibus virtutū. Uirtutes
aūt ſubiectiue non in corpore ſed in anima
ſunt. Et de tali laude dicitur Canticoꝝ.vi.
Regine ⁊ concubine laudauerunt eā.qua-
ſi regine ſint virtutes theologice : vt fides:
ſpes:charitas. ſed quaſi concubine ſint vir
tutes morales.vt iuſticia:prudentia:forti-
tudo:temperantia. que ſignificantur ꝑ con
cubinas quibus licite fuerunt vſi Abrahā ⁊
Jacob ⁊ alij patriarche. Itē opera virtutuꝫ
eſtimantur magis laudabilia ex animo ꝙ̄
ex corpore. Et de tali laude dicitur Prouer.
vltimo. Laudent eā in portis opera eius.
Et dicit in portis:de quibus dicitur Aperi-
te mihi portas iuſticie. Quarū vna eſt iudi
cij particularis:quod fit in morte per quam
anima intrat ad vitā eternā. Alia erit iudi
cij generalis:per quā intrabunt ⁊ corpora ī
vitam glorioſam. Ad quam ⁊c.

C In funere vniꝰ impatoris. Ser.XIIII.

## I S qui videbatur

fluctibus maris imparare:⁊ mon
tiū altitudines in ſtatera appen
dere:nūc humiliatus ad terrā in geſtatorio
portabatur.ij. Machab.ix. Dicunt ſapien-
tes naturales ꝙ oppoſita iuxta ſe poſita ma
gis eluceſcunt.ſicut albū magis apparet po
ſitū iuxta nigrū. Et inde eſt ꝙ etiā in infer
no erunt due pene contrarie in damnatis:
vt dicitur Job.xxiiij. ſibijnuicē ſuccedentes
vt vna magis ex altera ſentiatur. Trāſibūt
inquit ab aquis niuiū ad calorē nimiū. Sic
quoqꝫ qualis ſit vita noſtra apparet ex ſuc
ceſſione mortis. Et ideo circa iſtū quondā
ſereniſſimū dominū imperatorē noſtrū qui

modo defunctus eſt deferendus: duo nobis
in verbis propoſitis contraria deſcribũtur.
Primo ſcʒ ſublimitas viuentis: cũ dicitur.
Is q̃ videbat̃ fluctibꝰ maris impare ⁊ mon
tiũ alti. ⁊c. Deinde humilitas morientis: qꝛ
humiliatꝰ ⁊c. vt ſcʒ ex humilitate mort̃ ap=
pareat ꝙ modicũ q̃d fuerit ipa ſublimitas
vite. ait ergo. is qui videbatur ⁊c. In
quibus quidẽ verbis circa ſereniſſimũ im=
peratorẽ iſtũ defunctũ deſcribuntur tria.
Nã primo quidẽ deſcribitur ſpectabile re=
gnantis dñium: qꝛ is qui vide. flu. ⁊c.
Secundo flebile morientis excidium: qꝛ
nunc humiliatus ad terram.
Tertio humile pietatis officium: qꝛ porta
batur in geſtatorio ⁊c.

## Circa primũ attenden

dũ eſt ꝙ imperij dñiuʒ non ſolũ ſe extendit
ad dños ſeu rectores qui principantur ſeu
dñantur in terris: ſed etiã ad eos qui dñan
tur in mari vel principantur. Nam quoad
eos qui principantur in mari ſiue nauigã
tibus ſiue in portubus aut inſulis cõmorã=
tibus dicit. Is qui videbat̃ fluctibꝰ maris
impare. id eſt qui his qui nauigãt vel habi
tant inter fluctꝰ maris: hʒ impare cũ placʒ.
Et hinc eſt ꝙ impator de nauigijs ⁊ nau=
fragijs leges ponit. ſi ut pʒ ex cõſtitutione
Frederici ad decꝰ ⁊ honorẽ imperij. §. naui=
gia. que lex dicit ꝙ ſi quo caſu contingente
rupta fuerint nauigia tã ipi ꝙ nauigantiũ
bona reſeruent̃ illis ad quos ſpectabãt an
te periculũ nauigij oĩ conſuetudine contra=
ria ceſſante: niſi illi tyrannidẽ pyraticã exer
ceant: chriſtiano noĩ vel pncipi fuerint ini=
mica tranſgreſſores bonoruʒ publicatione
mulctent̃. Vñ ẜm legẽ impialẽ naufragis
nihil eſt auferẽdũ: imo quicquid de naufra=
gio inuentũ eſt: ſiue illud ſit raptum de ipſo
naufragio: ſiue de mari ſiue de littore reſti=
tuendum eſt. §. de incen. rui. naufra. Si q̃s
ex naufragio. imo tenent̃ infra annũ ĩ qua
druplũ. poſt annũ vero in ſimplum qui ta=
lis criminis eſſent participes. ff. eo. l. i. Po=
nit eñi impator legẽ de publicanis thelone=
is: que ſunt loca in portubꝰ maris: vbi ſtant
publicani ad exigendũ tributũ nauticũ. id ẽ
quod de mercibꝰ nauiũ debet̃. vt pʒ. ff. de pu
bli. ⁊ vectiga. vectigalia. Ex quibus legibꝰ
euidẽter apparet ꝙ impator dñatur in ma
ri: ita vt poſſit dici de eo illud Luce. viij. Vẽ
tis ⁊ mari imperat ⁊ obediunt ei. Nam per

ventos intelliguntur nauigantes quibꝰ vẽ
tus deſeruit: ⁊ per mare habitantes in mari
id eſt in littoribus vel in inſulis maris: ni=
ſi forte ſint tales inſule que eccleſie dominio
ſubſint. Sed quid eſt ꝙ in themate dici=
tur. videbatur imperare: nunquid ſolum ap
parenter ⁊ non exiſtenter imperabat vt vi=
deretur eſſe quod non erat? ẜ bſit. imo ſicut
videbatur ita erat eo modo quo dicitur Ga
lath. ij. Cephas ⁊ Jacobus ⁊ Johãnes qui
videbantur colũne eſſe. ⁊ vere ita erant. ſ.
colũne ſpirituales eccliam dei ſuſtentantes
Dicitur ergo non ꝙ imperaret: ſed ꝙ impe
rare videbatur. vt oſtendatur imperiũ iſtiꝰ
fuiſſe temporale ⁊ breui tempore finiendũ.
ij. Coꝝ. iiij. Que enim videntur temporalia
ſunt: que aũt non videntur eterna. Job. xx.
Tranſiet ſicut viſio nocturna. Sapiẽtie. v.
Tranſierunt omnia illa tanꝙ vmbra. ſcʒ ⁊
honores ⁊ delitie ⁊ diuitie ⁊ multoꝝ obſeq̃a
⁊ ſequele. Sed quia imperij dominiũ ẽ etiã
ſuper eos qui principantur in terra: ideo
additur in themate. ⁊ montiũ altitudines.
id eſt terrenoꝝ ⁊ ſeculariũ principũ poten=
tes in ſtatera ſui iudicij appendere. quia po
teſt de coꝝ exceſſibus iudicare ⁊ facta eorũ
examinare ⁊ abſoluere vel punire. Iſa. xl.
Librauit in pondere mõtes. id eſt maiores
principes: ⁊ colles in ſtatera id eſt poteſta=
tes minores. Sed aduerte ꝙ ille qui cõſue
uit alioꝝ merita appendere ⁊ ponderare in
ſtatera iudicij ſui: modo ipe appenſus eſt ĩ
ſtatera diuini iudicij. De qua dicitur Pro=
uerb. xvi. Pondus ⁊ ſtatera iudicia dñi ſũt
In hac ſtatera multoꝝ imperiũ inuentũ eſt
minus habens. ẜm illud Daniel. v. Appen
ſus eſt in ſtatera ⁊ inuentus eſt minus ha=
bens. precipue propter defectũ temperantie
Siue propter intemperantiam luxurie. ſi=
cut Octauiani. de quo poſt multas laudes
Eutropiꝰ refert ꝙ cũ eſſet cibi ac vini mul=
tum abſtinens ⁊ aliquatenus ſomni: ſerui
ebat tamen libidini. ita ꝙ inter duodecim
zodomitas pueros ⁊ totidem puellas ſoli=
tus erat cubare. ⁊ cum eſſet luxurie ſeruiẽs
erat tamen illius vitij ſeuiſſimus vltor. mo
re hominum qui vlciſcendis vitijs quibus
ipſi vehementer indulgent accreſcũt. Siue
propter intemperantiam gule. ſicut tyberij
qui cum vocaretur Claudius tyberius ne=
ro: eleganter a ioculatoribus propter intẽ=
perantiam vini cadius tyberius nero nomi
natus eſt. Siue propter intemperantiaʒ ci

bi ſicut vitellij. cuius tāta fuit ingluuia ⁊ vo
racitas ꝙ cū in die quattuor ſepe vel quin-
q3 vicibus fuiſſe dicatur epulatus. tandem
in quadam cena quam fecit ei Metell⁹ fra
ter eius duo milia piſcium ⁊ ſeptem milia
auium appoſita traduntur. Quorūdam ve-
ro imperiū inuentum eſt minus habens ꝓ
pter defectū iuſticie: ſicut neronis: qui vt i
iuſtus ⁊ iniquus omnibus bonis ciuibus
hoſtis fuit: ⁊ infinitam partē ſenatus iniu-
ſte interfecit parricidia multa cōmiſit: fra-
tre vxore matre ſuis interfectis: ſanctos dei
apl'os Petrū ⁊ Paulū innocentes ⁊ bene
meritos trucidauit: ⁊ poſt multa alia flagi-
tia tandem ſeipm̄ occidit. Quorūdam vero
imperium inuentum eſt minus habere ꝓ-
pter defectum fortitudinis. ſicut Lucij otho
nis. qui cum a vitello ſeui prelio vict⁹ fuiſ-
ſet ⁊ tamē adhuc magnus exercitus remā
ſiſſet ei petentibus militibus vt non tā cito
de belli proſperitate deſperaret. ⁊ ipſe reſpon
diſſet ꝙ non erat tanti valoris ꝙ propter
eū bellum ciuile deberet exoriri: voluntaria
morte obijt. vnde patet ꝙ fortitudine ani-
mi caruit. Quorundam vero inuentum eſt
minus habens propter defectū prudentie.
ſicut Alexandri magni: quem Seneca in li
bro de beneficijs notat de multa imprudē-
tia: propter quā alicubi vocat eū veſanum
⁊ cū temeritate felicē. Dicit em̄ de eo ꝙ her-
culi equabatur vt veſanus adoleſcens: cui
pro veritate ac virtute erat felix temeritas
Alicubi vero notat eū de maxima ſtultitia
ſicut quando voluit dare vni militi vnā vr
bem: quod donum cum ille refugeret dicēs
ſe eſſe indignum: Reſpondit Alexander. ſi
te non decet tm̄ recipere: tamen decet me da
re. Ubi dic̄ Seneca ꝙ illa fuit animoſa vox
⁊ q̄uis fuerit regia: tamen fuit ſtultiſſima.
quia debet eſſe ꝓportio inter donum ⁊ eum
cui donatur. vnde ſi non decebat illū recipe-
re: nec ipm̄ decebat dare. Sed quia fuerūt
nonnulli imperatores non tm̄ fideles chri-
ſtiani: ſed inſuper va'de virtuoſi. ſc3 prudē
tes: iuſti: temperati: ⁊ fortes. vt Theodoſi⁹
⁊ Juſtinianus: ⁊ quidā alij: ideo tales qui
eos ſequuntur quantū ad regimen imperij
forte in ſtatera diuini iudicij non ſunt inuē
ti minus habentes. quoꝝ quilibet petere po
tuit illud Job. xxxi. Appendat me in ſtate-
ra iuſta. ¶ Poſſemus etiam alio modo
premiſſa verba que in prima parte thema
tis continentur ad ſpecialem laudē inflecte
re iſtius sereniſſimi quondam imperatoris
noſtri. de quo dicitur. Js qui videbatur flu
ctibus maris ⁊c. ¶ Jn quibus quidem ver
bis commendatur ex duobus.

¶ Primo quidem de victoria hoſtium: quia
fluctibus maris impera.

Fluctus em̄ quibus mare turbatur: hoſtes
eius vel rebelles ſignificant: qui totū ipſi⁹
imperiū turbare nitebantur. Quib⁹ q̄dē ipe
imperauit: quia eos potenter expugnans ſi
bi plene ſubiugauit. Job. ix. Qui graditur
ſuper fluctus maris.

¶ Secundo cōmendatur de excellentia vir-
tutum: quia altitudines montium ⁊c.

¶ Per altitudines em̄ montiū intelliguntur
ſupreme virtutes imperantiū: quas iſte ap
pendit in ſtatera. quia eas habere ſtuduit i
mēte ſua: que vere erat vt ſtatera diſtrictiſ
ſime ponderans ⁊ diſcernens ſinguloꝝ me
rita vel etiam demerita. vnde potuit dici de
eo illud pſ. Altitudines montiū ipſi⁹ ſunt.
quaſi em̄ altitudines montiū fuerunt excel
lentes virtutes antiquoꝝ imperatoꝝ quas
ille ſtudioſe imitādo quaſi ſibi proprias fe
cit. Felix aūt dici pōt qui taliū imitatur vir
tes videlicet clementiā ceſaris. De quo Eu-
tropius dicit ꝙ tante fuit bonitatis: vt q̊s
armis ſubegerat: clementia magis vicerit.
Itē liberalitatē veſpaſiani. de quo idē Eu-
tropius refert ꝙ nec facile ante eū vel ma
ior eſt liberalitas comperta vel iuſtior. Jtē
facilentiam Tyti. de quo etiam idem refert
ꝙ tante facilitatis fuit ꝙ cum nulli quicq̄
negaret ⁊ reprehenderetur ab amicis. Re-
ſpondit nullum triſtem debere ab imperato
re diſcedere. Jtem comitatem Traiani: qui
amicis eū culpantibus ꝙ nimis circa om-
nes eſſet comis. Reſpondit talem ſe impera
torem eſſe priuatis. quales eſſe ſibi impera
tores priuatus optaſſet. Jtem facundiam
Adriani. de quo idem refert ꝙ facundiſſi-
mus latino ſermone ⁊ greco eruditiſſimus
fuit. Jtem deuotionem Theodoſij. de quo in
chronicis legitur ꝙ cum eſſet chriſtianiſſi-
mus imperator hoſtes ſuos mag̃ ieiunijs
⁊ oratione confiſus: q̄ ferro vel multitu-
dine proſtrauit. Jtem ſapientiam Juſtini-
ani. qui per Agapitū papam ab errore eu-
ticetis reuocatus leges condidit ⁊ conſum-
mauit libros: ſc3 codicem ⁊ digeſta. Et ſic
de multis imperatoribus leguntur exempla
virtutum. Unde quando in aliquo impera
tore tales virtutes apparent: poteſt dici de

eo illud Geñ. viij. Apparuerunt cacumina montium: id eſt ſupreme virtutes impera-torū. ⁊ tunc eſt mons: id eſt huiuſmodi im-perator in virtute montiū: id eſt in altitudi ne virtutū alioꝝ imperatoꝝ. ¶

## Secūdo in aſſumpto

themate deſcribitur flebile morientis exci-dium: quia humiliatus. ſcʒ eſt per mortem ad terrā, id eſt vſqʒ ad hoc vt cito reſoluat in terrā. Iſta humiliatio eſt ex diuina ſentē tia propter primoꝝ parentū peccatū. quod ſcʒ fuit ſuperbia: quia appetiuerūt eſſe ſicut dij. vt patet Geñ. iij. Iuſtū aūt ⁊ rationabi le eſt ꝙ illi qui voluerunt indebite extolli vſ qʒ ad ſummū: deprimantur vſqʒ ad infimū. id eſt vſqʒ ad terrā. vnde in pš. dicitur. Hu milians autem peccatores vſqʒ ad terram.

¶ In quib⁹ quidē verbis ꝓpħa tāgit tria. Primo quidem punientis iudicium: quia humilians.

¶ Secundo humiliati peccatoris meritum: quia peccatores.

¶ Tertio reſolutionis terminum: quia vſqʒ ad terram.

¶ Iudiciū ergo dei punientis eſt: quia humi liat per mortē. Satis enī humiliatur homo in morte: quia priuatur omnibus carnali-bus delitijs: ſed amplius quia expoliatur oī bus tēporalibus diuitijs. ſed maxime quan do deijcitur ab omnibus honoribus ⁊ do-minijs. Et quanto maior eſt altitudo digni tatis ⁊ honoris a qua deponitur: tanto eſt maior humiliatio ⁊ deiectio. Unde qꝛ iſte modo defunctus per morteʒ depoſitus eſt a maxima altitudie dignitatis ⁊ honoris: iō poteſt dici ꝙ ſit nimis humiliatus. ſm̄ illō pš. Ego aūt humiliatus ſum nimis. Notā-dū ꝙ ſtelle que ſunt in celo fixe nunꝙ̄ de ce-lo cadunt nec cadere poſſunt. Arbores aūt que ſunt in terra quantūcūqʒ ſint terre affi xe ⁊ quantūcūqʒ alte ⁊ ꝓcere: ſuccidi ⁊ cade re poſſunt. Sic illi qui ſunt in gloria celeſti nunꝙ̄ humiliari poſſunt: nec ab altitudine ſue glorie cadere. Et ratio eſt: quia gloriaʒ ſuā habent a deo: ⁊ ideo ab illo nunꝙ̄ poſſūt ſeparari. Sed illi qui ſunt in terra glorioſi quantūcūqʒ ſint in altitudine glorie ⁊ potē-tie: quia gl'iam habent ab hoībus ⁊ in hoī-bus: ⁊ aliqn̄ etiā contra deū: ideo humiliari poſſunt ⁊ deijci. Uñ Eſaie. xlv. dicit de⁹. Glo rioſos terre humiliabo. ⁊ ſaltē per mortē de cidunt a gloria tēporalis dominij. ¶ Secun do ponitur in auctoritate allegata humilia-tionis meritū: quia peccatores. Sed queri-tur cū ip̄e loquatur de humiliatione mortis que eſt vſqʒ ad terrā. id ē vſqʒ ad reſolutio-nem corporis in terrā: ⁊ tā iuſti ꝙ̄ peccato-res moriantur ⁊ in terrā ſm̄ corpus reſol-uantur: quare magis dicit de peccatoribus ꝙ̄ de iuſtis: Ad hoc eſt dicendū ꝙ ſentētia mortis ⁊ reſolutionis in terrā data eſt pro pter peccatū primi hominis. Nā deus crea uit primos parentes cū dono originalis iu ſticie. Et ſi in hac iuſticia ꝑſeueraſſent: non fuiſſent per mortē in terrā reſoluti: ſed ſine morte in celū aſſumpti. Sed peccante adā ſicut dicit apl'us Roma. v. Per vnū hoīem ſcʒ primū: peccatū intrauit in mundū. quia ſcʒ per vnius delictuʒ peccatores conſtituti ſunt multi. Nam in adā omnes peccauerūt ⁊ per peccatū mors etiā in omnes pertrāſijt ⁊ per conſequens reſolutio in terrā. Et iō poſt peccatuʒ dixit deus ade. Reuertaris in terrā de qua ſumptus es: quia puluis es et in puluerē reuerteris. Geñ. iij. Unde quia iſta humiliatio in terrā per mortē conſecu-ta eſt ex originali peccato in quo omnes ef fecti ſunt peccatores: ideo peccatoribus at-tribuitur humiliatio talis. ¶ Tertio ponit i auctoritate allegata reſolutionis terminuʒ quia vſqʒ ad terrā. Ex cuius reſolutiōis cō ſideratione habet homo materiā ⁊ cauſam non ſuperbie ſed magne humilitatis. Unđ Eccl'i. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis: ⁊ pš. Humiliata eſt in puluere anima noſtra. id eſt in conſideratione pulueris in quā reſol uendi ſum⁹. ſequitur. ⁊ cōglutinatus eſt in terra venter noſter. id eſt terre coniunctus puta qn̄ ſepelit̄ i terra vel reſoluit̄ i terrā. D

## ¶ Tertio in themate aſ-

ſūpto ponit̄ hūile pietatis officiū. ſ. portare corpus ad ſepulturā. quod eſt opus perti-nens ad officiū ſepulture quod eſt officiuʒ pietatis ⁊ humilitatis. Unde ait. in geſtato rio id eſt in feretro portabatur. Sicut etiaʒ mō iſte nr̄ dn̄s defunctus portabit̄ ad ſepul chrū. Sed aduertendū eſt hic ꝙ portari in geſtatorio aliqn̄ eſt opus diuine ſeueritatis. ſicut legit̄ de heliodoro. ij. Machab. iij. vbi habet̄ ꝙ cū heliodor⁹ cū ſuis ſatellitib⁹ ve-niſſʒ hieroſolymā vt expoliaret erariū tēpli apparuit illis equ⁹ terribilē habēs ſeſſorem optimis veſtimētis adornat⁹: iſqʒ cū īpetu he-liodoro ꝑores calces eliſit. Alij ēt appͥuerūt

duo iuuenes qui circumſteterūt eū ⁊ exvtra
qꝫ parte flagellabant ſine intermiſſiōe mul
tis plagis verberantes. Subito aūt Helio-
dorus concidit in terrā:eūqꝫ multa caligīe
circūfultū rapuerūt:atqꝫ in ſella geſtatoria
poſitū eiecerunt. Et is qui cū multis curſori
bus ⁊ ſatellitibus predictū ingreſſus ē era-
riū:portabatur nullo ſibi auxiliū ferente ma
nifeſta dei cognita virtute. Aliquando vero
ſic portari eſt opus humane pietatis. ⁊ de
hoc opere ſanctus Thobias commendatur
Thobie.ij. vbi dicit ꝙ relinquens prandiū
ieiunus peruenit ad corpus:tollenſqꝫ illud
portauit ad domū ſuā occulte. vt cū ſol oc-
cubuiſſet caute ſepeliret eū. Ubi aduertēdū
ꝙ ſicut aliquando in vna figura refulgent
diuerſi colores: ita in hoc vno opere pie-
tatis quod Thobias fecit relucent diuerſe
virtutes.id eſt actus diuerſarū virtutum.
¶ Primo abſtinentie: quia relinquens prā
dium ieiunus peruenit ad corpus. Et iſtud
ieiuniū tanto fuit magis meritorium: q̄to
magis ex charitate proceſſit. que quidem
charitas apparet ex eo ꝙ ad exhibendum
obſequiū ſepulture corporis proximi reliq̄t
cōmoda corpis ꝓprij:quia charitas non q̄
rit que ſua ſunt. Et qui negligit damnū ꝓ-
pter amicū iuſtus eſt. ¶ Secundo act⁹ pru-
dentie in obſeruando locū ⁊ tp̄s. locū ſcʒ in
quo occultaret ne impediretur. vnde tollēs
illud portauit ad domū ſuā occulte. Ubi no
ta ꝙ abdias cōmendatur quia abſcondit ī
ſpecu ꝓphas viuos ad nutriendū:ſed Tho
bias cōmendatur q: abſcōdit mortuos ad
ſepeliendū.vt oſtendatur ꝙ non ſolū placet
deo pietas que exhibetur corporibus viuoꝝ
ſed etiā que exhibetur corporibus mortuo-
rū.ſcʒ propter ſpem future reſurrectionis.
Itē ex prudentia ſeruauit tp̄s congruū:q:
ſepeliuit caute dū ſol occubuiſſet.id ē de no
cte.ſcʒ ne videretur ⁊ accuſaretur regi: a q̄
iā ꝓpter conſimile opus iuſſus fuerat inter
fici. vt d: Thob.i. Sed tāta erat ei⁹ pietas
⁊ cōſtantia ꝙ iterato expoſuit ſe periculo cō
ſimile op⁹ faciendo. Et d̄o hui⁹ reddit Tho-
bie.ij. vbi d: ꝙ Thobias plus timens deū
q̄ hoīem rapiebat corpora occiſoꝝ ⁊ occul-
tabat in domo ſua ⁊ medijs noctibus ſepe
liebat ea. ¶ Tertio cōmendatur in auctori-
tate allegata ſuperius de actu miſericordie:
ſcʒ de mortui ſepultura:cū dicitur. vt ſepeli-
ret eum. Siquidē ſepultura mortuoꝝ inter
opera miſericordie computatur Thobie.i.

vbi dicitur. Eſurientes alebat:nudiſqꝫ veſti
menta prebebat:⁊ mortuis atqꝫ occiſis ſe-
pulturā ſollicitus exhibebat. Sed ſciendū
ꝙ ipſis defunctis ſepultura ſiue ſepulchra nō
proſunt: niſi inquantum reſpicientes ſepul
chra memoriā retinent defunctoꝝ ⁊ ꝓ de-
functis orant. Unde monumentū a memo
ria nomen accepit. dicitur eīn monumentū
quia monet mentē vt dicit Aug. in p̄mo de
ciuitate dei. Nec etiā prodeſt defuncto ꝙ ſit
in loco ſacro ſepultus. niſi inquantū ipſe de-
functus vel alius tumulari corpus ei⁹ in lo
co ſacro diſponens:patrocinio alicuius ſan
cti eū cōmittit: cuius precibus per hoc cre-
dendus eſt adiuuari. ⁊ etiā patrocinio eoꝝ
qui loco ſacro deſeruiunt qui pro apud ſe tu
mulatis frequentius ⁊ ſpecialius orāt. Po
teſt etiā ſepultura ſacri loci obeſſe impio de
functo.ſcʒ ſi talē ſepulturā ſibi indignā pro
pter hominū gloriā procuraſſet. Ea vero q̄
ordinantur ad ornatū ſepulture non ꝓſunt
defunctis:niſi per accidens.inquantū ſcʒ per
hmōi hoīes excitantur ad cōpatiendū: ⁊ ꝑ
conſequens ad orandū pro eis. vel inquan
tū ex ſumptibus ſepulture vel pauperes fru
ctū accipiūt vel eccleſia decoratur. Sʒ quā-
tū ad ſepelientes: his quidem qui virtutes
Thobie vel exemplū imitantur. quantū va
leant hec apud deū: oſtendit angelus Ra-
phael ipſi Thobie dicens Thob.xij. Quan-
do orabas cū lachrymis ⁊ ſepeliebas mor-
tuos ⁊ relinquebas prādiū tuū ⁊ mortuos
per diē abſcondebas in domo tua:⁊ nocte ſe
peliebas: ego obtuli orationē tuā dn̄o. de q̄
dn̄o d: in pſ. Gratiā ⁊ gloriā dabit domi-
nus. Ad quā deus nos perducat ⁊c.

¶ In funere vnius regis ¶ Sermo. XV.

Rex hodie ē et cras
moriētur. Cuʒ eīn morief homo
hereditabit ſerpentes ⁊ beſtias
⁊ vermes. Eccli.x. Sicut dicit Boecius in
libro de conſolatione. Nō qd̄ ante oculos ſi-
tum eſt ſufficit intueri:ſed rerū exitus pru-
dentia metitur. Et huius dicti ratio eſt:q:
ad prudentē pertinet ea que ſunt ad finem
dirigere ⁊ ordiare in finē. Uñ medic⁹ dicif
prudēs qñ talit dat medicias ꝙ ad ſanita-
tē ꝑducūt ex eo.ſ.ꝙ ſanitas ē finis medici
narū. Sed ea q̄ añ oculos ſita ſunt:ſunt res
q̄ fiūt vel ſunt in p̄ſenti. Exitus aūt dicit qd
futurū vel quid vltimū.ſcʒ finem rei. Ergo
ita ſe habent ea q̄ de rebus ante oculos ſita

ſunt ad exitus ipſarū rerum: ſicut ea q̄ ſunt ad finem ⁊ ad ipm̄ finem. Sed nō pōt aliquis ea que ſunt ad finem in ipm̄ finem dirigere niſi ipm̄ prius conſideret ⁊ intueat̄: vnde ad hoc vt ſagittarius directe ſagittaꝫ dirigat ad ſignū non ſufficit intueri ſolū ſagittam: ſed oportet ꝙ intueatur etiā ipſuꝫ ſignū ad qd̄ ſcꝫ vult iacere ⁊ dirigere ſagittam. Homo ergo imprudens conſiderans ſolum vitā regis ⁊ gloriam quā hꝫ viuens ⁊ non attendens ad exituꝫ mortis: reputat ipm̄ oīno felicem. Sed homo prudens qui rerum exitus metitur: ⁊ conſiderat ꝙ vita ⁊ gloria regis habebit per mortem celerem exitum ⁊ penoſum ⁊ calamitoſum nō reputat ſtatum eius felicē: ſed formidabilem et contemptibilem potius q̄ꝫ appetibilem. ſcꝫ quia videt ſm verba propoſita. quia rex hodie eſt ⁊c. In quibꝰ quidem verbis deſcribuntur tria.

Primū eſt excellentia venerabilis dignitatis. quia rex.

Secūdo feſtinantia terribilis corruptibilitatis. qꝛ hodie eſt ⁊ cras morietur.

Tertio vero conſequētia originalis calamitatis: qꝛ hereditabit ⁊c.

Premittitur ergo excellentia venerabilis dignitatis: quia rex. Ubi aduertendum eſt ꝙ excellentia regalis dignitatis tanto redditur venerabilior. q̄ꝫto rex eſt iuſtior: potentior: ſapientior: et humilior. Ratio p̄mi eſt: quia rex ſubditis ſuis tanto venerabilior fit q̄ꝫto magis a re publica ⁊ ab eis mala ⁊ nocumenta repellit ſed ſicut dr̄ Prouer. xx. Rex qui ſedet in ſolio iudicij: diſſipat omne malū intuitu ſuo. Tunc aūt dr̄ ſedere in ſolio iudicij quando bene ſeruat iuſticiā. ſ. reddens vnicuiqꝫ ius ſuū. Unde ph̄s dicit in quito ethicoꝝ ꝙ homines ad iudiciū confugiunt ſicut ad quandam iuſticiā aīatā. vnd̄ in p̄s. Iuſticia conuertat̄ in iudiciū. Et talis diſſipat oē malū id eſt oē nocumentū. qꝛ ſcꝫ repellit ⁊ cohibꝫ malos qui alioꝝ iura deripiūt ⁊ perturbāt. Et hoc rex venerabilior reddit̄ ⁊ magis honorabilis ſubditis. ⁊ id̄o in p̄s. dr̄ ꝙ honor regis iudiciū diligit. Hoc figuratū eſt in ſalomone cui dixit regina Saba. ij. parali. ix. Idcirco poſuit te deus regē vt facias iudicia ⁊ iuſticiā. Ratio vero ſecūdi eſt: qꝛ q̄ꝫto rex potentior eſt tanto magis timet̄: ⁊ q̄ꝫto magis timet̄ tanto in maiori reuerentia ⁊ veneratione habet̄. p̄s. Dn̄s fortis ⁊ potēs ipſe eſt rex glorie. i. q̄ glorificat̄ ⁊ honorat̄ a ſubditis. Ratio aūt tertij eſt: qꝛ rex tanto eſt populis venerabilior q̄ꝫto ꝑ eum ſtatus bonus ⁊ pacificꝰ magis ſtabiliter cōſeruatur. Sed ſicut dr̄ Sapiē. vi. Rex ſapiēs populi ſtabilimentū. ⁊ ecōtra dr̄ Eccli. x. Rex inſipiens perdit populū ſuuꝫ. Et de hoc habetur figura in roboaꝫ tertij Regū. xij. qui ꝓpter inſipientiam ſuā populum ꝑdidit. ⁊ inde eſt ꝙ rex q̄ꝫto ſapientior tanto venerabilior. Ratio autē quarti eſt: qꝛ rex tāto venerabilior q̄ꝫto gratioſior. Sed ſicut ſuperbia facit hoīem deo ⁊ hominibꝰ odioſuꝫ: qꝛ odibilis coram deo ⁊ hoībus eſt ſupbia vt dicit̄ Eccli. x. qd̄ patꝫ in diabolo. de quo dr̄ Job. xli. ꝙ ipſe eſt rex ſup om̄s filios ſuperbie. Ita ecōtrario humilitas facit hoīeꝫ deo ⁊ hoībus gratioſum. ⁊ ideo monet̄ ⁊ rex et quilibet magnꝰ. Eccli. iij. Quāto magnꝰ es humilia te in oībus ⁊ corā deo inuenies gratiam. Hoc figuratuꝫ eſt in rege babylonis. de quo dicit̄ Ezech. xvij. Fortes terre tollet vt ſit regnū humile ⁊ nō eleuet̄. Sꝫ dato ꝙ oēs iſte virtutes fuerint in iſto illuſtriſſimo rege noſtro vel in alio quocūqꝫ dū viueret: tamen poſtq̄ꝫ mortuꝰ eſt oīa cum ipſo a nobis pariter ſūt ſublata. qꝛ nō apparet amplius nobis: nec eius iuſticia nec eius potētia nec eius ſapientia: nec etiaꝫ eius humilitas. Et ideo poteſt queri de tali rege mortuo qd̄ figurate querit̄ Eſaie. xxxvij. Ubi ē inquit rex emath. ⁊ rex arphat: ⁊ rex vrbis ſapharuai: ⁊ rex ana. Et ita in verbis iſtis tangit̄ quadruplex queſtio de iſto. Prima eſt de eiꝰ iuſticia: cū dicit̄. vbi eſt rex emath. Emath eīn eſt idē ꝙ antiochia: ⁊ interpretatur indignās rigide vel vter ſanguis: et ſignificat zelū iuſticie quo ſcꝫ iſte rex noſter indignatꝰ contra cōmittentes facinora malefactores ipſos rigide puniebat etiā pena mortis ⁊ ſanguinis prout culpa exigebat. non eīn indignabatur ex ira ſed tm̄ ex iuſticia: ita vt poſſit dici de ip̄o illud. Heſter. i. Regi iuſta ē idignatio. ⁊ illud Prouer. xvi. Indignatio regi nūcij mortis. Ubi ē ḡ rex emath. i. iuſticie tam indignātis cōtra facinora ⁊ reoꝝ maleficia tā rigide punientis quaſi di. nō eſt amplius hic. Scd̄a queſtio fit de eius potentia: cū ſubdit̄. vbi ſupple ē rex arphat. i. potentie. Arphat eīn interpretatur ſaluans ſiue ſaluatio. qꝛ per potentiā ⁊ fortitudinē ſuaꝫ ſaluabat gentem ſuaꝫ: ⁊

regnū de manu inſurgentiū hoſtiuꝫ. Unde
poteſt nūc flebiliter queri de ipſo qđ queri-
tur. i. Macha. ix. de iuda machabeo. qūo ce
cidit potens qui ſaluū faciebat iſrael: id eſt
populū fideliū. Et illud etiā Oſee. xiij. Ubi
eſt rex tuus: maxime nūc ſaluet te in oībus
vrbibus tuis. quaſi diceret. non poteſt am-
plius: qꝛ ecce mortuus iacet oī fortitudine
⁊ potentia deſtitutus ¶ Tertia queſtio fit đ
eius ſapientia ⁊ litterarū ſcientia: cū addit
vbi eſt rex ſephernaym: qđ interpretat la
bia ipſius vel littere ipe in quibꝰ iſte rex no
ſter peritus ⁊ ſapiens fuit. ſm illud Hiere.
xxiij. Regnabit rex ⁊ ſapiens erit. Sꝫ amo
do nulla ſapientia ⁊ nulla litterarū ſcientia
apparebit nobis eſſe in eo. vnde Eſa. xxxiij
Ubi litteratus: vbi verba legis ponderās:
et. i. Corint. i. Ubi ſapiētia: vbi ſcriba: vbi
conquiſitor huiꝰ ſeculi: quaſi di. nō eſt am-
plius hic ¶ Quarta quoqꝫ queſtio ē de ipſiꝰ
humilitate cum ſubinfertur. ⁊ vbi ſupple ē
rex ana: Ana eñ interpretat humilis i ge-
nere fratruꝫ. Nam ſiue rex ſiue platus licet
ſit ſuperior in dignitate: tñ debet ſe reputa
re fratrem ⁊ coequalem charitate. ſm illud
Eccli. xxxij. Rectorē te poſuerūt noli extol-
li: ſed eſto in illis quaſi vnus ex eis. Unde
rex debet eſſe humilis in genere fratrum. i.
ipſoꝝ ſubiectoꝝ: vel in genere. i. in naturali
generatione. quia oēs deſcendimꝰ ab vno
patre. ſ. pmo hoīe. Unde greg. Natura oēs
pares genuit homīes. Et ideo iſto reſpectu
dicit Matth. xxiij. Oēs vos fratres eſtis.
vt nullus ſup aliū ſupbiat: ſed tanꝙ frater
inter fratres humilis exiſtat. Ubi eſt ergo
rex ana: id ē rex humilis ⁊ mitis. Certe ſm
pmiſſionē factā humilibꝰ Job. xxij. vbi ait
Qui humiliatꝰ fuerit erit in gloria. pōt fie-
ri optima reſponſio. ſm illud Prouer. xxix.
Humilē ſpiritu ſuſcipiet gloria. Et dico ſu-
ſcipiet: qꝛ licet forte nōdū ſuſceperit propt
leues culpas adhuc in purgatorio purgan-
das: tamē ppter bona merita ſua. ⁊ ppter
finalē pniam pie credenduꝫ eſt ꝙ cito eum
ſuſcipiet gloria. B

## ¶ Secūdo ponitur feſti

nantia terribilis mutabilitatis. quia hodie
eſt. ſ. viuus ⁊ cras morietur. Ita eniꝫ pote-
rat dici heſterna die de iſto vel ꝙ hodie. i. in
preſenti viuit cras. i. in futuro morief. Et
qꝛ breue ē tempus preſentis vite: ideo diei
preſenti aſſimilatur. Sed aduertenduꝫ ꝙ
iſta ſucceſio temporis preſentis ⁊ futuri ſi-
ue hodierne ⁊ craſtine diei: redarguit homi
nē de elatione ſuperbie. Naꝫ aliquando ho
mo extollitur de gloria vite preſentis. quia
nō conſiderat humilitatem ⁊ neceſſitatem
mortis. Cōtra qđ dicitur. i. Mach. ij. Glo-
ria eius ſtercus ⁊ vermis eſt: hodie tollit ⁊
cras non īuenietur. qꝛ conuerſus eſt in ter-
ram ſuam. Ubi oſtendit quadruplex ratio
quare nō debet homo extolli de gloria pre-
ſenti. Primo quidem ppter eius feditateꝫ.
vnde rei fede aſſimilatur. ſ. ſtercori ⁊ vermi
Stercori quidem qꝛ importat feditatē cul
pe. ſcꝫ ſuperbie ⁊ vanę glorie. Et hinc eſt ꝙ
etiam aplus Philip. iij. oīa iſta de quibus
homo poteſt gloriari vel extolli in preſenti
ſiue eſſent diuitie ſiue delitie ſiue honores
mūdi velut īmunda ſtercora reputabat di-
cens. Omnia detrimentū feci ⁊ arbitror vt
ſtercora. Sed vermi aſſimilat. qꝛ gignit re
morſum conſcientie: qui mordet ſiue pūgit
conſcientiaꝫ ſicut vermis īmortalis. Eſaie
lxvi. Vermis eoꝝ nō morietur. Uel poteſt
intelligi de gloria eius. ſ. viri pctōris: de ꝗ
primo locutus fuerat: cum nō poſſit eſſe de
bonis ſpiritualibus que non habet: opꝫ ꝙ
ſit de carnalibus. caro autem ſtercus ⁊ ver
mis eſt: quia eſt vt ſaccus ſtercoꝝ ⁊ eſca ver
miū. Job. xxv. Homo putredo ⁊ filius ho-
minis vermis ¶ Secūdo non debet homo
extolli de gloria preſenti ppter eius breui-
tatem: qꝛ hodie extollitur. id eſt breui tem-
pore poteſt extolli: quia cito deficit ad ſimi
litudinē feni qđ breui tempore floret ⁊ cito
areſcit. Luc. xij. Sicut fenū qđ hodie eſt in
agro. i. breui tempore eſt in mundi pſperi-
tate florens: ⁊ cras in clibanū aduerſitatis
vel mortis mittitur arens ⁊ deficiens. Uñ
gloria mundi eſt ſicut veſtimentū ſiue orna
mentū ſacerdotis quod cito deponit. ſcꝫ cō
pleta miſſa. ⁊ honor mūdi ⁊ exaltatio eſt ſi-
cut fumus qui cito in altū eleuatur ⁊ cito de
ficit. Propterea ꝯſulit ſapiens Eccli. ij. In
veſtitu ne glorieris vnꝙ: nec in die hono-
ris tui extollaris ¶ Tertio non debet homo
extolli de gratia pñti ppter eius vanitateꝫ
quia cito euaneſcit ⁊ deficit. vnde cras nō
inuenief quia ſublatus p morteꝫ. Eſa. xxij.
Comedamꝰ ⁊ bibamus cras enim morie-
mur. Et ideo eſt ad moduꝫ vaporis vel ar-
boris euulſe vel inciſe. ps. Uidi impiū ſup-
exaltatum ⁊c. Quarto nō debet homo ex-
tolli de gloria preſenti ppter eius vilitateꝫ

entia ſcʒ ipſe homo qui gloriat̃ ⁊ extollit̃ in vilem materiaʒ cõuertitur.ſ.in terram. Un de ſubditur in auctoritate inducta. ꝙ puer ſus eſt in terram ſuam.i.poſt morteʒ in ter ram reſolut⁹.q2 naturaliter generabilia et corruptibilia redeũt in ſuũ principiũ. ſicut in generatione patet de ſemine ex quo etiã generatur ſemẽ.vnde ſemẽ conuertitur per generatiõ in ſemen.⁊ glacies reſoluitur.ſcʒ in aquã.ſic et corpus humanũ in terrã dẽ q̃ primitus ſumptum eſt. ps. Exibit ſpiritus eius.ſcilicet hominis ⁊ reuertetur in terraʒ ſuam. ¶

Tertio in themate aſ- ſumpto deſcribitur conſequẽtia originalis calamitatis.q2 cũ moritur homo here. ſer. ⁊c. In quibus quidẽ verbis deſcribit ſapiẽs tria de hoĩe moriente.

Primo mortis euentũ:cum moriet̃ quan do contingat eum mori.

Scđo mortis ſubiectũ:q2 homo.

Tertio morientis opprobriũ. q2 heredita bit ſerpentes ⁊c.

Euentus erit incertus. q2 dicit cum mori tur. Sed nõ determinat ꝓpterea quo tem pore morietur:q2 non ſolum iuuenis neſcit qñ debeat mori:ſed nec etiam ſenex. Unde Geneſ.xxvij. dixit yſaac. Uides ꝙ ſenue rim ⁊ ignorem diẽ mortis mee. Sed nota ꝙ cum euentu mortis extinguetur homĩs fama:⁊ a mortis ſubiecto qđ eſt homo tol letur opulentia:ſed poſt ipſam mortẽ reple bitur ignorantia. Primo ergo cum moriet̃ extinguetur hominis fama ſicut fracta cã pana ceſſat eius ſonus. ps. Quando morie tur ⁊ peribit nomẽ eius. Et item ps. Periỹt memoria eius cum ſonitu. Secundo a ſub iecto mortis id eſt ab hoĩe tolletur opulen tia ſiue plenitudo. ſicut fracto vaſe effundi tur vinuʒ ⁊ plenitudo vaſis euacuatur. ps. Homo cum interierit nõ ſu.oĩa neqꝫ deſcẽ. cum eo gloria eius. Job. xxvij. Diues cum dormierit nihil ſecuʒ afferet:aperiet oculos ſuos ⁊ nihil inueniet. Tertio quoqꝫ hõ re plebitur pena ⁊ opprobrio ⁊ ignominia. q2 a hereditabit ſerpentes ⁊c. Nam aliq̃ñ hoĩeʒ viuũ ſerpentes occidunt:mortuũ beſtie cõ edunt:ſepultum vermes corrodũt. De ſer pentibus patet.i. Corinth.x. vbi dicitur ꝙ quidã eoꝝ xpm tentauerunt ⁊ a ſerpentib⁹ perierunt. De beſtiis pʒ in Jezabel.iiij. Re gum.xxi.quaʒ comederunt canes. ⁊ in ps. Poſuerunt morticina ſeruoꝝ tuoꝝ eſ. vo ca.ſan.tu.be.terre. Sed de vermibus dicit̃ Eſaie.xiiij. Subter te ſternetur tinea. ſcʒ ge nerata ex attritione pãnoꝝ quibus mortu⁹ ſepelitur:⁊ operimentũ tuũ erunt vermes ſcʒ generati ex putredine carniũ. Uel ſi re ferantur predicta tria ad corpus mortuum tunc hereditabit ſerpentes ⁊ beſtias ex lo co ſepulture:ſed vermes ex ſepulto corpore vnde ſerpentes ⁊ beſtie erũt abextra. Deu tero.xxxij. Dentes beſtiarũ immittam in eos cum furore trahentium ſuper terram atqꝫ ſerpentiũ:ſed vermes erunt abintra Job xxi. In puluere dormient:⁊ vermes operi ent eos. Uel moraliter exponũtur hec de a uaro:⁊ tunc ſerpentes ſunt demones q̃ di cuntur a ſerpendo. beſtie ſũt parentes qui dicuntur a vaſtando:vermes autem acci piuntur ad litteram. Et ſicut auarus in mor te hereditabit hꝫ quia per modum heredita tis vt detur aĩa ſerpentibus. id eſt demoni bus:diuitie beſtiỹs.id eſt parentibus:⁊ cor pus vermibus. Et de his tribus dicit̃ Job v. Cui⁹ meſſem.id eſt corpus famelicus cõ edet.ſcʒ vermis:⁊ ipm rapiet armatus.id eſt diabolus animã:⁊ bibent ſitiẽtes.i. cupi di parentes diuitias ſuas. Serpẽtes igitur animã continue torquebũt. ps. Furor illis ſm ſi.ſ.ſerpen. Beſtie diuitias vaſtabunt. Eze.xxxij.dicitur diuiti auaro. Saturabo de te.i. de diuitiỹs tuis vniuerſas beſtias t̃ re.i.ſingulos conſanguineos terrena cupi entes. Sed vermes carnes manducabunt. Eſaie.li. Sicut veſtimentũ ſic comedet eos vermis. Uel totũ quod dictũ eſt ſonat ĩ af flictionẽ:q2.ſ.vermis dicit afflictionẽ inte riorẽ.ſ.remorſuʒ cõſcientie. Job.xxiiij. Dul cedo illius.ſ.peccati vermis.i.remorſus cõ ſcientie qui remanet poſt delectationẽ pec cati. Alia vero duo notãt afflictionẽ exterio rẽ.q2 beſtia dicit afflictionẽ.i. Reguʒ.xvij. Dabo carnes tuas beſtiỹs terre. Sed ſer pens dicit afflictionis continuationẽ. Hie re.viij. Ecce mittam vobis ſerpentes regu los quibus non eſt incantatio. Sed tamen ab his ſerpentibus liberare poteſt nos ille ſerpens eneus.id eſt in ſerpente eneo figu ratus.de quo dicitur Johannis tertio. Si cut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto. ita exaltari oportet filium hominis.vt om nis qui credit in ipſum non pereat ſed ha beat vitam eternam. Ad quam nos per ducat ⁊c.

## In funere alicui⁹ ducis. Sermo XVI

D ux de terra egypti nō erit amplius. Ezech. xxx. Nos videm⁹ ꝙ tanto alicuius ſubtractio eſt magis doloroſa: ꝗ̃to ipſi⁹ preſentia erat magis neceſſaria ⁊ magis fructuoſa. Sed maxime neceſſaria ⁊ vtilis taꝫ maioribus ꝗ̃ minoribus eſt vita atqꝫ preſentia nobilis ⁊ virtuoſi ducis. Qḋ etiaꝫ natura oſtendit in volatilibus ſeu beſtijs q̃ turmatim ⁊ prudenter incedunt. Nam grues ſine duce non conſueuerunt ſimul volare: ⁊ examen apum ſtante duce nō conſueuit procedere: ⁊ cerui etiam ſine duce nō conſueuerunt tranſnatare. Sic ⁊ ducales homines ſine bono ⁊ virtuoſo duce non bene poſſūt ſe gubernare. Quando ergo habent ducem talem de quo dominus qui eum inſtituit cōmendari poſſit ⁊ dici ſm illud. i. Machab. xiij. Poſuit eum ducem virtutum. i. virtutū charismatibus preditum, videlicet cui⁹ ſubditi prudentia dirigātur: cuius iuſticia cōſeruentur: cuius fortitudine defendantur: ⁊ temperantia edificentur, tunc merito ſicut eius vita ⁊ preſentia erat omnibus opportuna ⁊ chara: ita quoqꝫ eius mors ⁊ ſubtractio debet etiam eſſe omnibus flebilis ⁊ amara: ⁊ maxime cum nulla ſit ſpes euꝫ amplius rehabendi. Et ita modo nobis contigit de iſto noſtro domino atqꝫ preclariſſimo duce: cuius obitus atqꝫ ſubtractio tāto eſt nobis flebilior: ꝗ̃to per ſuas preclariſſimas virtutes vtilior nobis erat ⁊ charior. ⁊ precipue qꝛ dux tantus de terra egypti. i. de terra iſta nobili ⁊ fertili per mortem ſubtractus. non erit amplius nobis dominus prout in verbis ꝓpoſitis figuratiue cōtinetur. cum dr̄. dux de terra egypti ⁊c. In quibus quidem verbis tria nobis ſcriptura memorat de iſto noſtro duce defuncto.

Nam primo cōmemorat officiū preterite dignitatis: qꝛ dux.

Secundo inſinuat beneficium adepte libertatis: quia eductus eſt de terra egypti. id eſt de loco anguſtie. ſic enim interpretatur egyptus.

Tertio quaſi deplorat exterminiū intercepte poteſtatis: quia non erit amplius dominus ſiue dux.

Circa primū aduertendum eſt ꝙ magni dn̄i ſicut reges et duces multū ſtudent ad cuſtodiendā ⁊ conſeruandam vitā ſuam. Unde magnā cautelam et cuſtodiam adhibent circa cibum ⁊ potum: ne forte in cibo vel potu venenū eis detur: quo extinguant̄ ⁊ vita minuat̄, ſicut fuit venenatus Alexander. Adhibēt etiā quidam magnā cuſtodiam ne ab emulis vel inimicis inſidioſe occidant̄. ſicut fuit occiſus iſboſet propter malā cuſtodiā. ij. Reguꝫ. iiij. Sꝫ ſi ſtudent ad ꝯſeruandā vitā naturaleꝫ ⁊ corporalē: multo magis ſtudere deberent ad ꝯſeruandā vitā virtuoſam ⁊ ſpūalē. Sꝫ illud qḋ maxime valet ad cōſeruandā vtrāqꝫ vitā eſt ſapientia ⁊ ſcientia ducis, qꝛ hō qui eſt ſapiēs ſcit ſibi p̄cauere a periculis: ⁊ abſtinere a nociuis: ⁊ p̄munire ab inimicorū inſidijs. Et ideo dr̄ Prouerbioꝝ. xxviij. ꝙ per ſapiam hominis: ⁊ ſcientiā coꝝ que dicuntur: vita ducis longior erit. In quibus quidē verbis notant̄ tria que ſunt neceſſaria duci.

Nam primo ponit̄ illud qḋ eſt neceſſariū reſpectu coꝝ que hꝫ gubernare: cum dr̄, per ſapientiam hoīs.

Secūdo illud qḋ eſt neceſſarium reſpectu coꝝ que habet iudicare. ſ. vt habeat ſcientiam eorum que dicūtur.

Tertio illud quod eſt neceſſariū reſpectu eoruꝫ que habet practicare ſiue operari. ad hoc enim requiritur experientia ⁊ ad plenā experientiam valet prolixior vita. ⁊ ideo quantum ad hoc dicit ꝙ vita ducis ꝓlixior erit.

Circa primū ſciendum eſt ꝙ quia dux homo eſt: ideo per ſapientiā hoīs. i. que homini cōpetit vt bonus gubernator ſit: indiget gubernari tripliciter. ſ. reſpectu dei: reſpectu ſui: ⁊ reſpectu cōmiſſi ſibi officij. Reſpectu dei p̄mo. nā ſm pℏm ſapientis eſt ꝯſiderare altiſſimā cauſam ſm quā certiſſime de alijs iudicat̄ ⁊ ſm quā oīa ordinari opꝫ. Et quia dux nō ſolum ſeip̄m ſed etiā alios habet ordinare ⁊ gubernare. ideo oportet euꝫ eſſe ſic ſapientē vt cognoſcat et conſideret iſtam altiſſimam cauſam ſm quā. id ē ſm cuius regulas debent ordinari ⁊ gubernari oīa ⁊ p̄cipue res ⁊ actus humani. Et talis cauſa videtur eſſe diuina voluntas ſiue beneplacitum diuine voluntatis a qua oīa creata ꝓceſſerūt. qꝛ oīa quecūqꝫ voluit dn̄s fecit ⁊c. vt dicitur in p̄s. Unde in illis rebus humanis ⁊ actibus oſtenditur eē ſapiens reſpectu dei qui ſcit gubernare et agere que agenda ſunt ſm beneplacitū dei. i.

ita ꝙ̄ deo ſint accepta. Unde chriſtus dn̄s
noſter tali ſapientia plenus dicebat. Johā.
viij. Ego que placita ſunt ei facio ſemper.
Hac ſapientia caruit Saul quando preter
miſit mandatum dei reſeruādo meliora pe
cora de amalech vt ſacrificaret ea domino.
tunc em̄ ſicut inſipiens nō cognouit ꝙ ma
gis erat deo acceptum ſeruare mandata ꝙ̄
ſacrificare pecora. Unde ſamuel poſtea di
xit ei ꝙ melior eſt obedientia ꝙ̄ victime.
i. Regum. xv. Iſta eſt ergo ꝑma ſapientia
quam debet dux a deo poſtulare. ſꝫm illud
Sapientie. ix. Da mihi domine ſedium tua
rum aſtitricē ſapientiaꝫ. ⁊ poſt. Mitte illā
de celis ſanctis tuis. ⁊ a ſede magnitudinis
tue. vt mecū ſit ⁊ mecum laboret vt ſciaꝫ q̄d
acceptum ſit coram te. Scit enim illa om̄ia
⁊ intelligit in operibus meis. ⁊ deducet me
in operibꝰ meis ſobrie: ⁊ cuſtodiet me ī ſua
potentia. Et erunt accepta opera mea: ⁊ di
ſponam populum tuuꝫ iuſte. Item eſt duci
ſapientia neceſſaria reſpectu ſui. ſcꝫ vt ſciat
laudabiliter viuere ⁊ conſcientiā ſuā in pu
ritate conſeruare cauendo a peccatis. Unde
Grego. nazāzenus dicit ꝙ ꝑma ſapientia ē
vita laudabilis ⁊ apud deum pura mens: ꝑ
quā puri puro iungūtur: ⁊ ſancti ſancto ſo
ciātur. De hoc habetur Prouerbioꝝ. ix. Si
ſapiēs fueris tibimetipſi eris. ⁊ ca. xxiij. ſꝫm
aliam litteraꝫ. Eſto ſapiens ⁊ dilige animā
tuam. ⁊ Eccl'i. xxxvij. Eſt ſapiens aīe ſue ⁊
fructꝰ illius laudabiles ſūt. ⁊ Eccl'i. iij. Cor
ſapiens ⁊ intelligens abſtinebit ſe a pecca
tis. Item eſt duci neceſſaria ſapientia reſpe
ctu officij ſibi cōmiſſi. Eſt eniꝫ eius cure cō
miſſa gubernatio reipublice ⁊ multitudinis
ſibi ſubiecte totius ducatus ſui. Dixit auteꝫ
plato ſicut boetius refert beatas fore reſpu
blicas ſi eas vel ſapientes regerent: vel ſi re
ctores earum ſtudere ſapientie contigiſſiet
De hoc habemus figuram in ſalomone. iij.
Regum. iij. qui ad regendum populum ſibi
cōmiſſum petiuit a deo ſapientiam. Et di
xit deus ad ſalomonē. Quia poſtulaſti ver
bum hoc: ⁊ nō petiſti tibi dies multos: nec
diuitias aut animas inimicoꝝ tuoꝝ: ſed po
ſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernenduꝫ iu
dicium: ecce feci tibi ſꝫm ſermones tuos. et
dedi tibi cor ſapiens ⁊ intelligēs. Unde pa
tet ꝙ ſapiētia que eſt neceſſaria duci ad gu
bernandum rēpublicam vel ad regendam
multitudinem ſibi cōmiſſam potius eſt im
petrāda a deo ꝙ̄ haberi poſſit humano ſtu
dio. Et de tali ſapientia dicitur Jacobi. iij.
ꝙ deſurſum eſt ſapientia. primū quideꝫ pu
dica ē: deinde pacifica modeſta ſuadibilis
bonis cōſentiens plena miſericordia ⁊ fru
ctibus bonis iudicans ſine ſimulatione. Et
quando iſti effectus ſapientie apparent in
duce: tunc oſtenditur ꝙ habeat ſapientiam
que deſurſum eſt: que optime regit rēpubli
cam ⁊ populum ſibi cōmiſſum. ¶ Secundo
in auctoritate ſuperius adducta tangitur il
lud q̄d eſt neceſſarium reſpectu eorum que
iudex habet iudicare. quia oportet eum iu
dicare ſꝫm ſcientiam eoꝝ que dicuntur ſiue
accuſando ſiue teſtificando. Sed aduerten
dum eſt ꝙ duci dicūtur aliqua pertinentia
ad conſilium: ⁊ aliqua pertinentia ad iudi
cium: ⁊ aliqua pertinentia ad documentuꝫ
quorum omniū oportet ſcientiam habere.
Primo ergo dicuntur ei aliqua conſulendo
⁊ tunc oportet eum habere ſcientiam diſcer
nendi conſilium vtile ab inutili. Et hac ſci
entia priuatus fuit abſalon quando magis
approbauit conſilium chuſi ꝙ̄ cōſiliū Achi
tofel. ⁊ ideo dicitur. ij. Regū. xvij. Dixit ab
ſalon ⁊ omnes viri iſrael. Melius eſt cōſi
lium chuſi arechite conſilio achitofel. Et ſe
quitur ibi. Domini autem nutu diſſipatum
eſt conſiliuꝫ achitofel vtile. vt induceret do
minꝰ ſuper abſalon malum. Sic hanc ſcien
tiam diſcernendi conſilia non habuit robo
am filius ſalomonis: qui pretulit conſilium
malum iuuenū ſuoruꝫ: conſilio vtili ⁊ bono
ſenū conſiliatoruꝫ ſuoꝝ. iij. Regum. xij. Un
de Job. xlij. Qui celat conſilium abſqꝫ ſcien
tia. quaſi diceret ei celatur conſilium vtile q̄
eſt abſqꝫ ſcientia diſcernendi. Quedaꝫ vero
dicūtur duci pertinentia ad iudicium. ſicut
quando aliqui denūtiantur ei vel accuſan
tur vel quādo aliqua coram eo per dicta te
ſtium probantur: ⁊ tunc vt non deciperetur
oporteret eum habere ſcientiā diſcernendi
verum a falſo. ⁊ iuſtuꝫ ab iniuſto. Hac ſciē
tia caruit dauid qn̄ miphiboſeth accuſatꝰ
fuit a ſyba falſo ⁊ Dauid tulit ſententiam ꝙ
omnia que ōderat miphiboſeth haberet ip
ſe ſyba. ¶ Unde poſtea veritate comper
ta reduxit ad dimidiū. ij. Reguꝫ. xvi. ⁊. xix.
Sed hanc ſcientiam habuit ſalomon quan
do fecit iudicium de mulieribus meretrici
bus: quia prudētiſſime ſciuit diſcernere ve
rum a falſo. iij. Regum. iij. De hac ſcientia
dicitur Leuitici. x. Habetis ſcientiaꝫ diſcer
nendi inter ſanctum ⁊ prophanū: inter pol

kitum ⁊ mundum. Sed quedam alia dicū-
tur per modum doctrine ſicut precipue illa
que ſcripta ſūt in ſacra ſcriptura in qua do-
centur ea que ſunt credēda: ⁊ ea que ſunt a
genda: ⁊ ea que ſunt ſperāda: ⁊ ea que ſunt
diligenda. ⁊ hec eſt ſcientia ſanctorū de qua
dicitur Sapientie. x. Dedit illi ſcientiā ſan
ctorum. De his autem qui hac ſcientia ca-
rent dicitur Sapientie. xiij. Vanī ſunt oēs
homines quibus nō ſubeſt ſcientia dei. vn
de omnia que dicuntur in ea ſunt indubitā
ter tenenda. ¶ Tertio in auctoritate ſuperi⁹
inducta deſcribit illud qd̄ eſt neceſſariuȝ re
ſpectu eorum que dux habet practicare. id
eſt operari. ſcilȝ vite prolongatio vt ſcilicet
de rebus agendis maiorem experientiam
capere poſſit: vt efficatius operetur. Et ideo
dicit. vita ducis longior erit. Ubi pmo ad-
uerte vite nobilitatem: quia vita ducis eſt.
Secundo diuturnitatem: quia longior erit
Circa primū attendenduȝ eſt ꝙ vita ducis
debet eſſe vita nobilis. ſcȝ nobilitate virtu
tum. Illis autem virtutibus exornari debȝ
vita ducis quibus magis ſit vtilis ſibi et a-
lijs hominibus quibus preeſt. Et de his di
citur Sapientie. viij. ſic. Sobrietatē ⁊ pru
dentiam docet ⁊ iuſticiaȝ ⁊ virtutem. id eſt
fortitudineȝ quibus vtilius nihil eſt in vita
hominibus. Has eniȝ virtutes docere debȝ
dux non taȝ verbo ꝙ̄ conuerſationis exem
plo. Et hoc etiam apparet per ea que ipor-
tat nomen ducis. Nam aliquando vocatur
dux qui preit alios in itinere. ſm illud. ps.
Dux itineris fuiſti in ɔſpectu eius. In quo
inuitur ꝙ ducis eſt dirigere per prudentiaȝ
Aliquando vocatur dux qui habet cuſtodi
am de virgine. Hiere. iij. Dux virginitatis
mee tu es. In quo notatur ſobrietas ⁊ pu-
dicitia que debet eſſe in duce. Aliquādo vo
catur dux qui eſt prepoſitus in regimine. ſ.
aliorum. Matthei. ij. Ex te enim exiet dux
qui regat populum meum. In quo notatur
ꝙ debet dux regere per iuſticiam. Quando
ꝙ vero vocatur dux qui preeſt in certami-
ne. ſicut dixerunt poſt morteȝ Iude macha
bei amici eius ionathe. i. Macha. ix. Te ho
die elegimus in principem ⁊ ducem ad bel
landum bellum noſtrum. Et in hoc inuitur
virtus ⁊ fortitudo que debet eſſe in duce.
Secundo agitur in fine auctoritatis indu
cte ſuperius de vite diuturnitate. quia vita
ducis longior erit. ¶ Ubi nota ꝙ. v. ſūt
que dicuntur vitam hominis longiorem fa
cere. Primū eſt honoratio parentuȝ. Eccli.
iij. Qui honorat patrem ſuum vita viuet lō
giori. ⁊ merito quia ſuſtinendo vitam pa-
tris eam facit longiorem. Sed ne intelliga
tur excepta etiaȝ matre dicitur Deutero. v.
Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam. ſi-
cut precepit tibi dominu⁹ deus tuus. vt lon-
go viuas tempore ⁊ bene ſit tibi. Sȝ tamē
quia non omnes qui honorant parentes vi
demus viuere vita longiori: poſſet exponi
auctoritas Eccli. predicta ꝙ vita viuet lō-
giori ꝙ̄ iſta vita ſit: quia poſt iſtam vitam
viuet vita eterna. quia pietas promiſſuȝ ha
bet vite que nunc eſt ⁊ future. Secundum
eſt obſeruantia preceptorum. ſcilȝ diuine le
gis. Prouerbiorum. iij. Ne obliuiſcaris le-
gis mee ⁊ precepta mea cor tuuȝ cuſtodiat
Longitudinem enim dierum ⁊ annos vite
⁊ pacem apponent tibi. Tertium eſt ratio
penitentium ſicut patet exemplo Ezechie
Eſaie. xxxviij. qui egrotauit vſqȝ ad mortē.
⁊ venit Eſaias propheta ⁊ dixit ei. Morie
ris tu ⁊ non viues. Sed poſtꝙ̄ orauit ⁊ fle
uit fletu magno dixit illi eſaias. Hec dic̄ do
minus. Audiui orationem tuaȝ ⁊ vi. la. tu.
Ecce ego adijciā ſup dies tuos. xv. annos.
Unde in ps. Uitam petijt a te ⁊ tribuiſti ei
longitudinem dierum. Quartum eſt odiuȝ
viciorum precipue auaritie. Prouerbioruȝ
xxviij. Qui odit auariciam longi fient dies
eius. Ad litteram enim multi auari citius
moriuntur: quia vel imoderate laborant p
diuitijs acquirendis: vel quia mortalibus
periculis ſe exponunt: vel quia propter ſu-
as diuitias nōnulli occiduntur. que omnia
effugit qui auaritiā odit. vel longi fient di-
es eius. id eſt particeps erit eterne claritа-
tis. ſicut gloſa exponit. Quintum autȝ eſt
vſus intellectualium virtutum. ſ. ſapientie
⁊ prudentie: quibus mortis pericula preca
uentur ⁊ regimen vite debito moderamine
exercetur: et remedia etiam debita contra
euentus fortuitos adhibētur. Et ideo Pro
uerbiorum. iij. poſtꝙ̄ dixit ſalomon. Bea-
tus homo qui inuenit ſapientiam ⁊ qui af-
fluit prudentia. ſubdit infra. Longitudo di
erum in dextera eius: ⁊ in ſiniſtra illius di-
uitie ⁊ gloria. quaſi dicat. Si ſit in dextera
proſperitatis ſcit eaȝ ita tenere ⁊ ita vti ꝙ
pſeuerat in ea i longitudine dierū. ſicut pa-
tet in abraham: ⁊ dato ꝙ ſit in ſiniſtra ad-
uerſitatis ſcit ea ită prudenter ⁊ ſapienter
tolerare ꝙ tandem ex illa proueniēt ei diui

tie ꝛ gloria. ſicut patet in Job vltimo: quia dominus benedixit nouiſſimis Job magis ꝙ priorib⁹. Et vixit iob poſt flagella. C. xl. annis ꝛ vidit filios ſuos ꝛ filios filiorū ſuo rum vſqꝫ ad quartam generationeꝫ ꝛ mortuus eſt ſenex ꝛ plenus dierum. Huius ergo noſtri ducis defuncti etſi non fuit longiꝰ etas vite preſentis: tamen propter ſapientiam peruenit citius ad longitudinē eternitatis beate vite ſequētis. D

## Secundo in themate

aſſumpto innuitur beneficium adepte libertatis. quia de terra egypti, id eſt de loco anguſtie ꝛ tribulationis. ſic enim interpretatur egyptus. per morteꝫ eductus eſt: ita ꝙ non erit amplius in ea. Potuiſſet ergo vere dici iſti noſtro duci dum moreretur vel iaꝫ mortuo ꝛ adhuc in via. id eſt forte ī purgatorio exiſtenti illō Deuterono. xi. Terra ad quā ingredieris non eſt ſicut terra egypti de qua exiſti. In quibus quidē verbis deſcribuntur quatuor.

Et primū eſt habitatio eterne ſtabilitatis que deſignatur in terra.

Secundum eſt promiſſio aſſequende felicitatis: cum dicitur. ad quā ingredieris.

Tertium eſt ſeparatio calamitatis: quia non eſt ſicut terra egypti. id eſt iſtius mundi calamitoſi.

Quartū eſt exemptio adepte libertatis: de qua exiſti. ſ. de loco anguſtie ꝛ miſerie: ꝛ iō iam factus eſt liber.

Circa primuꝫ attendendum eſt ꝙ ſtatus beatorum eſt oīno intranſmutabilis. Et ratio eſt quia beatitudo ſanctorum eſt in deo apud quē non eſt tranſmutatio neqꝫ viciſſitudinis obumbratio. ſicut videmus in ſtatu preſenti homines eſſe ſubiectos naturali tranſmutationi ꝛ viciſſitudini. ſcilicet generationis ꝛ corruptionis. Unde ſtatus ille beatorum propter eternam ſtabilitatem aſſimilatur terre que manet in medio mundi perpetuo ſtabilita ſm philoſophum in libro celi ꝛ mundi: quia motus ptium terre ē ad centrū tm̄. ꝛ eadem eſt cauſa motus alicuius ad locuꝫ ꝛ quietis in loco. Et ideo cōcurrentibus ptibus terre ad centruꝫ ſuū. ſ. ad medium mundi ſtat terra fixa in medio vnde repreſentat vitam beatorum que ſemper ſtat fixa ꝛ īmobilis in deo. Et differentia iſtius ꝛ illius vite tangitur. Eccl's. i. Generatio preterit ꝛ generatio aduenit: terra autem in eternū ſtat. Et exponitur ꝙ in viſta iſta generatio: vna hominū preterit per mortem. ꝛ generatio alia aduenit per natiuitatem. terra aūt. ſ. viuentiū. de qua ait ps Portio mea ſit in terra viuentiū in eternuꝫ ſtat quia ſemper viuit ꝛ nunꝙ moritur. Et qꝛ in rebus nō mutabilibus nulla mors eſt ipſa mutatio: ideo eoruꝫ vita id eſt vitalis operatio qua in deo beate viuūt eſt oīno īmutabilis: ꝛ ideo vocatur eterna ſm participationē diuine eternitatis. non ſolū qꝛ excludit defectū finis per quē modū etiam dānatorꝝ pena dicitur eterna: ſed vlteri⁹ ꝙtuꝫ ad remotionē omnis mutationis non ſolū in actu quā etiam euū excludit: ſed etiaꝫ in potentia: qꝛ ſancti ex hoc ꝙ deo adherebūt ſtabilitatem ex diuino munere conſequentur vt tranſmutari nō poſſint: qd̄ deus habꝫ natura ratione cui⁹ dꝛ eternus. Unde d vita beatorꝝ poteſt exponi illud ps. ciij. Fundaſti terraꝫ ſuper ſtabilitatem ſuā nō incli. in ſe. ſe. Secūdo ponitur in auctoritate allegata ſuperius promiſſio aſſequēde felicitatis: cuꝫ ſubditur. ad quā īgredieris. quaſi di. ꝛ ſi forte adhuc in purgatorio detentus nondum ſis ingreſſus terram illam viuentium: tamen ingredieris triplici ratione.

Primo propter noticiam fidei. Uidemus enim ꝙ ad domuꝫ cōuiuij alicuius dn̄i non permittitur ingredi niſi noti ꝛ amici. Et ſic in domū celeſtis cōuiuij non ingredientur niſi noti ꝛ amici per fidem charitate formatā. vnde Hebre. iiij. Ingrediemur enim in requiē. ſ. terre viuentium qui credimus. In cuius figuram ſolū caleph ꝛ ioſue q̄ fuerunt creduli ingreſſi ſunt terram promiſſionis. Quorꝝ vnus ſignificat fidem. ſ. ioſue: alter charitatem fide formatam. ſ. caleph q̄ interpretatur quaſi omne cor. qꝛ charitas diligit deum ex toto corde. Secundo propt decentiaꝫ miniſterij. Naꝫ miniſtros ꝛ ſeruitores decet ingredi domuꝫ cōuiuij. Sed tm̄ deus eſt ſic domin⁹ delicatus qui vult habere miniſtros oīno mundos ꝛ imaculatos: ꝛ etiam multum ſollicitos in operibus miniſterij ſui quod eſt miniſteriū iuſticie. vnde ſolum qui tales fuerint. ſcꝫ imaculati et mundi a peccato ꝛ ſolliciti in operib⁹ iuſtis ingredientur domū ſiue terram celeſtis cōuiuij. ſm illud ps. Domine q̄s habitabit in tabernaculo tuo. ꝛ reſpondet. Qui ingredit ſine macula ꝛ opatur iuſticiā. Hoc figurat in Noe q̄ propter iuſticiā ꝛ innocentiā ſuā

ingreſſus eſt arcā. Eſaie.xxvi. Aperite poꝛ
tas ⁊ ingredietur gēs iuſta. Tertio pꝛopter
gratiam enceniȷ.illi enim qui poꝛtant ence-
nia permittunť ingredi domū cōuiuij. Hec
encenia que poꝛtantur in domum dei ⁊ in
terram viuētiū ſunt opera miſericoꝛdie. qꝛ
ſola miſericoꝛdia comes eſt defunctoꝛū vt
dicit Ambꝛoſius. Unde dicetur viro miſeri
coꝛdi illud Geneſ.xxiiij. Ingredere benedi
cte dn̄i. Cur foꝛis ſtas? Unde etiā Matth.
xxv. dicitur ꝙ xp̄s dicet miſericoꝛdibus. Ve-
nite benedicti ⁊c. Tertio in auctoꝛitate in-
ducta ponitur ſegregatio pꝛeſentis calami
tatis: qꝛ non erit ibi calamitas que eſt ī pꝛe
ſenti: qꝛ non erit terra iſta viuentiū ſicut ter
ra egypti.i.mundi huius. Et ratio ē triplex
Pꝛimo qꝛ terra egypti.i.mundi eſt tota te-
nebroſa.ſ.tenebꝛis ignoꝛātie ⁊ peccati. vn-
de egyptus tenebꝛe interpꝛetatur. Sed ter
ra illa viuentiū eſt tota luminoſa. Hoc figu
ratum eſt Exodi.x. vbi dicitur ꝙ facte ſunt te
nebꝛe hoꝛribiles in vniuerſa terra egypti: ⁊
vbicūqꝫ habitabant filij iſrael, lux erat. Se-
cundo qꝛ terra egypti eſt anguſtijs plena.
vnde egyptus interp̄tatur anguſtie. Dan.
xiij. Anguſtie ſunt mihi vndiqꝫ. qꝛ vndiqꝫ
inimici tenēt nos obſeſſos. Luc.xix. Circū
dabunt te inimici tui vallo: ⁊ coanguſtabūt
te vndiqꝫ. Sed illa terra viuentiū libera eſt
ab oī anguſtia. Pꝛouer.xi. Juſtus de angu
ſtia liberatus eſt. Eſaie.lxv. Non erunt in
memoꝛia anguſtie pꝛioꝛes. Tertio quia ter
ra egypti.i.mundi eſt tribulationibus ſub-
iecta. vnde egyptus interpꝛetatur tribula-
tio. ⁊ ideo filij iacob in egypto exiſtentes di
xerunt. Geneſ.xlij. Venit ſuper nos tribu-
latio. Eſaie.v. Aſpiciemus in terram ⁊ ecce
tribulationis tenebꝛe. Sed terra viuentiuʒ
eſt oīo remota ab omni tribulatiōe. Job.v.
In.vi.tribulationibus liberabit te: ⁊ in.vij.
non tanget te malū. Per.vi.tribulationes
intelliguntur tribulationes huius mūdi. qꝛ
mūdus in.vi. diebus ē factus qui ſūt dies
laboꝛis. ⁊ ī his liberatus ē homo ⁊ purifica
tus a peccatis per laboꝛes pn̄ie ⁊ per tribu
lationes pꝛeſentes: ſed in.vij.ſ.ſabbati que
ſignat requiē eternitatis nō tanget te ma-
lum. Quarto in auctoꝛitate ſuperius indu
cta ponitur exemptio adepte libertatis: cuʒ
dicitur. de qua exiſti. ⁊ ideo iam liber factꝰ
es ab eiꝰ anguſtijs ⁊ tribulationibꝰ. Nota
libenter exit homo de terra aliena vbi pati
tur multa incōmoda vt redeat ad terraʒ et
patriam ſuā vbi habiturus eſt pacē ⁊ quie
tem omni tempoꝛe quo vixerit. Sic terra a
nobis aliena eſt mūdus iſte, in quo diu ha-
bitare nō poſſumus nec inuenire quietem:
⁊ in qua patimur multa incōmoda. Sʒ pa
tria noſtra vbi erit perfecta requies ⁊ poſ-
ſeſſio pacifica omniū bonoꝝ eſt terra viuē-
tiū: ad quā non peruenit ſpiritus hominis
niſi hinc exeat. vnde p̄s. Exibit ſpūs eius ⁊
reuertetur in terram ſuam.

**Tertio in themate aſ-**
ſumpto deſcribitur exterminiū itercepte po
teſtatis. qꝛ amplius nō erit in ſtatu.ſ.tem-
poꝛalis poteſtatis.ſ.ducatus neqꝫ in eo ſta
tu in quo fuit. Et ideo āteꝙ̄ veniret ad iſtō
exterminiū debuit petere cum ꝓpheta di-
cens. Remitte mihi vt refrigerer pꝛiuſꝙ̄
abeā ⁊ amplius nō ero. In quibꝰ verbis fa
cit quatuoꝛ. Qꝛ pꝛīo petit relaxationē cul-
pe cum dicit. remitte mihi.ſ.peccata. Iſtud
em̄ eſt pꝛimū quo homo diſponiť ad beati-
tudinem conſequendā.ſ.remiſſio culpe. vn̄
in p̄s. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates
Et iſta remiſſio fit in contritione quādo cō
tritio eſt cum ꝓpoſito confitendi. ſm̄ illud
p̄s. Dixi.ſ.in coꝛde contritus. confiteboꝛ ad
uer. me iniuſti. meā do. ⁊ tu remi. ⁊c. Secū-
do petit remiſſionem ſiue mitigationeʒ pe-
ne: cum dicit vt refrigerer. Refrigeriū enī
aut tollit aut mitigat ardoꝛem. ⁊ hoc fit in
penitente quādo pena eterna cōmutatur
in penam tempoꝛalem. Sed poteſt eſſe tā-
tus feruoꝛ cōpunctionis: ⁊ ardoꝛ dilectōis
in homine cōtrito ꝙ purgatur culpa ⁊ tolli
tur pena. ⁊ tūc eſt refrigeriū de quo p̄s. ait.
Tranſiuimus per ignē ⁊ aquam ⁊ edu. nos
in re. Nam per aquā intelligitur: magna cō
punctio lachꝛymarū que lauat maculaʒ cul
pe. Sed per ignē magnus ardoꝛ dilectiōis
que tollit reatuʒ pene. Et ſic de peccato edu
citur in magnū refrigeriū gratie. Tertio pe
tit pꝛeuentionē hoꝛe.ſ.moꝛtis. quia pꝛiuſꝙ̄
abeam ſcʒ per moꝛtem de vita iſta. Nam ſi
cut homo pꝛius d̄linquit ꝙ̄ humilietur per
penitentiam. ſm̄ illud p̄s. Pꝛiuſꝙ̄ humilia
rer ego deliqui: ſic debet pꝛius delicti veniā
impetrare ꝙ̄ humilietur per moꝛtem ⁊ abe
at extra iſtam vitam. Unde Job.xx. Dimit
te me vt plangam paululum doloꝛem meū
anteꝙ̄ vadam ⁊ non reuertar. Vn̄ ſi pꝛiuſ-
ꝙ̄ abeat per planctū penitentie peccata ab
luerit: tūc cōtinget ei. ſm̄ illud.i. Regū.xix.

abijt ⁊ ſaluatus eſt. Quarto predixit deſtructionē vite. quia amplius non ero .ſ. in hac vita corruptibili. Unde non amplius erit i aliqua proſperitate corporali ſiue temporali ſiue diuitiarū ſiue delitiarū ſiue honorꝝ aut dignitatū. Iſta em̄ omnia temporalia ſunt que non habent locū in alia vita que perpetua eſt ⁊ euiterna. Apoc̄. x. Tempus nō erit amplius. Et ideo finaliter erunt aut in eternis penis aut in eternis gaudijs. Ad que gaudia nos perducat deus Amen.

In funere alicuius principis maximi. Sermo XVII.

PRinceps maximꝰ cecidit hodie ī iſrael. ij. Reg. iij. Nos videmus ꝙ quando cadūt turres maxime ⁊ altiſſime ꝙ faciunt ī ſua ruina maximū ſonitū: ⁊ aliqn̄ ſequitur magnū damnū. qm̄ ſcʒ ex caſu eiꝰ multi opprimunt. Exēplū huiꝰ habet Luc̄. xiij. de octo decimviris ſup quos cecidit turris in ſyloe ⁊ occidit eos. Sic qn̄ aliquis maximꝰ princeps ⁊ optimꝰ cecidit per mortē: ſequit magnus ſonitꝰ eiulantiū ⁊ flentiū. ⁊ merito: qr nonnūꝙ ex eiꝰ occaſu ⁊ morte ſequit multiplex dānū in populo: ⁊ aliqn̄ etiā ex eiꝰ ſubtractione ⁊ abſentia ſequit oppreſſio multorꝝ ſiue ab hoſtibꝰ ſiue ab inſolentibꝰ q̄ cūʒ audacia iſurgūt. Figura huiꝰ habet. i. Machab. ix. Quia poſt obitū iude emerſerūt ſe iniqui in oībꝰ finibꝰ iſrael: ⁊ exorti ſunt oēs qui operabant iniquitatē. Et poſt ſequit ꝙ exquirebant ⁊ ꝑſcrutabant amicos iude ⁊ vindicabant in illos: ⁊ facta eſt tribulatio magna in iſrael. Sic modo de iſto sereniſſimo pncipe noſtro defuncto merito poſſunt ⁊ debēt audiri ſonitꝰ ⁊ voces lugentiū ⁊ eiulantiū. qm̄ ipſiꝰ vita ⁊ p̄ſentia erat oībꝰ cā tutele ⁊ pacis ⁊ ſalutis. Et ideo nequaꝙ̄ ē dubiū quin ex eiꝰ morte ⁊ abſentia ſequi in gente noſtra debeant multa dāna. Et ideo vere ꝓh dolor. qr vt dicunt verba ꝓpoſita. Princeps maximꝰ cecidit ⁊c. i. in detrimentū totiꝰ gentis noſtre que in iſrael figurat.

Sed iſta quidē verba eundē dn̄m nr̄m nobis tripl'r deſcribūt.

Primo quidē vt venerabilē ex excellētia officij: quia p̄nceps magnus.

Secundo vt flebilē ex preſentia excidij: quia cecidit hodie.

Tertio vero formidabilē vt turbet ex ſequela ſcʒ diſcidij vel detrimēti quod poterit ſequi i iſrael. i. in gēte nr̄a ex eiꝰ ſubtractōe.

Circa primū attendendū eſt ꝙ iſte potuit dici p̄nceps nō ſolū magnus: ſʒ maximꝰ. Magnꝰ em̄ fuit rōne nobilitatis. maior aūt rōne dignitatis: ſed maximꝰ rōne ꝓbitatis. Et iō merito dici pōt ꝙ ipe fuerit figuratꝰ. i. Machab. ij. in Matathia cui nūcij ab antiocho rege miſſi dixerunt. Princeps ⁊ clariſſimꝰ ⁊ magnꝰ es in hac ciuitate ⁊ ornatus filijs ⁊ fratribus.

In quibꝰ quidē verbis iſte noſter sereniſſimꝰ princeps ex quattuor que olim habebat breuiter cōmendatur.

Primo quidē ex potentie dignitate: quia princeps.

Scd̄o ex fame celebritate: qr ⁊ clariſſimꝰ.

Tertio ex opulētie facultate: qr magnꝰ ⁊c.

Quarto v̄o ex familie nobilitate: quia ornatus ⁊c.

Circa primū attendendū eſt ꝙ multi ſūt in mūdo q̄ obtinēt dignitatē ⁊ nomen p̄ncipatꝰ imeriti ⁊ indigni. Siquidem vt ph̄s dicit. Principatꝰ oſtēdit virū. Aliq̄ ergo oſtēdunt indigni dignitate ⁊ poteſtate principatꝰ ꝓpter defectū prudentie. ſicut fuit Roboā filiꝰ ſalomonis. de quo dr̄ Eccl̄i. xlvij. Dereliquit .ſ. ſalomō poſt ſe de ſemine ſuo gētꝭ ſtl'titiā ⁊ īminutū a prudētia roboā q̄ auertit gentē ꝯſilio ſuo. Eſt em̄ p̄nceps ſine prudētia velut oculꝰ ſine luce q̄ rectā viā neſcit tenere. ſicut nec ip̄rudēs rectū ꝯſiliū. Utinā ḡ ipleret v̄bū Eſa. xxxij. Nō vocabit vltra is q̄ inſipiēs ē p̄nceps. Idcirco ḡ iſtiꝰ dn̄i nr̄i p̄ncipatꝰ fuit ⁊ erit ſtabilis. qr ipe ī oībꝰ ſe oſtēdit ſenſatū ⁊ prudentē. Iux̄ illud Eccl'i. x. Principatꝰ ſenſati ſtabil' erit. Quidā vero alij ſunt q̄ oſtēdunt indigni p̄ncipatu ꝓpt defectū iuſticie: qr nō intendūt ad iuſticiā: ſʒ potiꝰ ad rapinā. ⁊ tales ꝑfecto nō ſunt dicēdi principes: ſʒ potiꝰ lupi rapaces. Nā lupi oues rapiūt: ſanguinē fundūt: animā. i. vitā tollunt: ⁊ carnes earꝝ auidiſſime comedunt. ſicut de quibuſdā principibꝰ dicitur Ezech̄. xxij. Principes eiꝰ in medio eiꝰ quaſi lupi rapiētes predā ad effundēdū ſāguinē: ⁊ ad ꝑdēdas animas: ⁊ auare ſectādo lucra. Quidam aūt alij ſunt qui nō ſunt p̄ncipatu digni ꝓpt defectū tēꝑantie. Ubi notandū ꝙ antiqui principes fuerūt temperati in cibo: qui vſqʒ ad meridiem nō comedebant. vn̄ reficiebant tandē in die poſt expeditionē negociorꝝ reipublice. ſic̄ Joſeph. de quo d̄r in pſ. ꝙ cōſtituit eū dn̄m domus

ſue ⁊ ꝑnci.oīs po ſue.dixit Gen̄.xliij. Me-
cū ſunt comeſturi meridie. Vn̄ ſi qui ꝑnci-
pes inueniebant̄ qui vellēt mane cito com-
edere erat ſignū intēꝑantie ⁊ guloſitat̄. vn̄
de talibꝰ dꝛ Eccl's.x. Ve terre cuiꝰ ꝑncipes
mane comedūt. Et dicit ve terre:id eſt hoī-
bus terre ſue.qꝛ pꝛincipes qui dant ſe volu
ptati ⁊ guloſitati parū volunt occupari aut
laboꝛare circa regimen ipſiꝰ terre. Itē hoī-
bus terre ſue:ſi ipſiꝰ ꝑncipes guloſitatē ve-
lint imitari. qđ eñ a maioꝛibꝰ agitur facile
trahitur a mīoꝛibus in exemplū. ſicut dicit
Greg̃. Eccl'i.vi. Qualis rectoꝛ ciuitatis: ta
les habitantes in ea. Quidā vero ſunt indi
gni ꝑncipatu pꝛopter defectū foꝛtitudinis
⁊ ſtrennuitatis. Nā quia non habent foꝛti-
tudinē contra bella ſpiritualia:ſcʒ contra tē
tationes ⁊ contra vitia:ſed coꝛruunt ī eis
ideo facit eos deus plerūqꝫ coꝛruere etiā in
bello coꝛpoꝛali. Oſee.vij. Facti ſunt quaſi
arcus doloſus:cadent in gladio pꝛincipes
eoꝝ. Pꝛinceps qui dictis vitijs caruit ⁊ cō
trarijs virtutibus claruit quādo de medio
ꝑ moꝛtē educitur ad ſanctos dei applicat̄
⁊ ad deū accedit gloꝛificandus. Unde Hie-
remie.xxx.dicit dominus. Pꝛinceps de me
dio eius pꝛoducetur:⁊ applicabo eū ⁊ acce-
det ad me. Secundo quoqꝫ in auctoꝛita-
te allegata ſuperius cōmendatur bonꝰ ꝑn-
ceps de fame celebꝛitate:quia clariſſimꝰ di-
citur.i. Coꝝ.xv. ꝙ alia ē claritas ſolis alia
lune alia ſtellarū. Nā clara eſt ſtella:clarioꝛ
videtur luna:ſed clariſſimus videt̄ ſol. Ha
bet claritatē ſtelle ꝑnceps qui eſt famoſus
de ſapientia. quia de ſapientia dicitur Sa-
pientie.viij. Per hanc habebo claritatē ad
turbas. Et Sapie.vi. Clara eſt ⁊ que nūꝗ̄
marceſſit ſapientia. Et quia ſapientes ſci-
unt alios erudire:ideo dicuntur eſſe clari vt
ſtelle. Danielis.xij. Qui ad iuſticiā erudiūt
multos erunt ſicut ſtelle. Et hanc claritatē
fame habuit Salomon. Sed ille videtur eſ
ſe clarioꝛ ⁊ habere claritatē lune:qui habet
famā de miſericoꝛdia. Pꝛocedit enim talis
claritas a luce miſericoꝛdie. de qua dicitur
Eccl'i.xxxvi. Oſtende nobis lucē miſeratio
nū tuarū. Et hec lux attribuitur lune: quia
luna ſplendet his qui ſunt in tenebꝛis no-
ctis.quia miſericoꝛdia compatitur ⁊ ſubue
nit his qui ſūt in miſerijs aduerſitatis. Lu-
na in ipſa ſua luce habet in ſe vmbꝛoſitatē.
quia ſcʒ vir miſericoꝛs in ipſa ſubuētione
miſericoꝛdie habet animi compaſſionem.

Job.xxxi. Si vidi lunā incedētē clare Iſta
fuit claritas Dauid: de quo dicitur.i. Ma-
chab.ij. ꝙ Dauid in ſua miſericoꝛdia conſe
cutus eſt ſedē regni. Sed ille poteſt dici cla-
riſſimus tanꝗ̄ ſol qui habet famā de ma-
gna iuſticia. Nā ſicut ph̄us dicit in quinto
Ethicoꝝ. Iuſticia eſt pꝛeclariſſima virtutū
Et neqꝫ lucifer neqꝫ heſperus eſt ita clarus
Et ideo ille ꝑnceps eſt clariſſimus ſicut ſol
qui eſt famoſus de iuſticia. Itē dicit apl'us
de Melchiſedech Heb.vij. qui interpꝛetat̄
rex iuſticie:deinde aūt dictus eſt rex ſalem:
quod eſt rex pacis. quia ſicut dicitur Eſaie
xxxij. Opus iuſticie pax. De tali ergo pꝛin-
cipe poteſt dici illud ps̄. Thꝛonus eius ſicut
ſol.ſcʒ pꝛopter iuſticie claritatē ⁊ firmitatē
Eccl'i.xxvij. Homo ſanctus in iuſticia ma-
net ſicut ſol. Tertio quoqꝫ in auctoꝛitate in-
ducta cōmendatur pꝛinceps de opulētia di
uitiarū:quia magnus in ciuitate hac. Nam
maxime efficiuntur homines magni pꝛo-
pter diuitias in ciuitatibus. Et hoc aliquā-
do poteſt iuſte ⁊ rationabiliter fieri.quia.ſ.
ille eſt in republica ciuitatis vel patrie ma-
gis pꝛomouēdus qui magis eſſe poteſt vti
lis reipublice. Sed manifeſtū eſt ꝙ in mul
tis diuites poſſunt iuuare rempublicā ma-
gis ꝙ̄ pauperes. Unde ſi ī talibus officijs
diuites magis honoꝛentur vel pꝛomoueā
tur ⁊ magni fiant in quibus vtilioꝛes ſunt
vel eſſe poſſunt cōitati ⁊ ciuitati:non eſt in-
conueniens neqꝫ peccatū. quia hoc non eſt
honoꝛare eos pꝛopter diuitias:ſed pꝛopter
reipublice neceſſitatē ⁊ vtilitatē. ⁊ vbi diui
tes altioꝛē locū retinent vel obtinēt in repu
blica ꝙ̄ pauperes:nō eſt indignū ꝙ magis
honoꝛentur quantū ad reuerentiā exterio-
rem. quia aliud ē honoꝛare hominē pꝛopt̄
ꝑſonā:aliud pꝛopter ſtatū. Nā pꝛopter ꝑ
ſonā ille eſt magis honoꝛandus qui eſt ma
gis virtuoſus. ſcʒ honoꝛe laudis vel repu-
tationis ⁊ huiuſmodi. Sed pꝛopter ſtatuʒ
ille eſt magis honoꝛandus qui altioꝛē locū
in republica tenet. Competit aūt ſpecialiter
pꝛincipi magnitudo diuitiaruʒ: quia decet
pꝛincipē eſſe magnificū. ſcʒ faciēdo virtuo
ſe ⁊ laudabiliter ⁊ rationabilit̄ magnos ſū-
ptus qui ſine magnis diuitijs fieri nō poſ-
ſunt. Opoꝛtet etiā quandoqꝫ pꝛincipē face
re exercitus ⁊ bella gerere que ſine magnis
expenſis fieri non poſſunt:nec magne expē
ſe ſine magnis diuitijs.quas ſi tēpoꝛe guer
re ex ſe non haberet ſed vellet eas tm̄ extoꝛ

querere:oporteret interdũ ꝙ intantũ gratia-
ret eos ꝙ odirent eũ ⁊ nõ eſſent ita fideles
⁊ hoc eſſet periculoſum. Oportet etiã inter-
dũ principẽ largiri dona magna ⁊ munera
militibus ⁊ alijs bene meritis. In quo etiã
vti debet virtute magnificẽtie. ſicut dicitur
Heſter.ij. de Aſſuero rege ꝙ dona largitꝰ ẽ
iuxta magnificentiã principalẽ.i.que prin-
cipẽ decebat. Et ita oportet principẽ eẽ ma
gnũ:id eſt magnarũ diuitiarũ: ſicut dicitur
de Iob.c.i.ꝙ erat vir ille magnꝰ inter oĩs
orientales.i.ditior in diuitibus. ſicut expo-
nit gloſa iterlinearis. Quarto vero cõ
mendatur princeps in auctoritate allegata
ſuperius de familie nobilitate:quia ornatus
filijs ⁊ fratribus. Decet enĩ principẽ pre ce
teris poſſe dici felicẽ.ſaltẽ felicitate politica
ad quã ſicut tradit phus in primo rethori-
ce:requiruntur bona intrinſeca ⁊ extrinſe-
ca. Intrinſeca aũt dico vel que pertinẽt ad
animã.ſicut ſunt bona honeſta.i. virtutes.
ſicut iuſticia.temperãtia:fortitudo:magni
ficentia:magnanimitas:liberalitas:⁊ mã-
ſuetudo:prudentia ⁊ ſapiẽtia, quia iſte ſũt
maxime virtutes que reddunt principem
alijs maxime honorabilẽ:vel etiã bona que
inſunt corpori dicantur intrinſeca: vt ſani-
tas:fortitudo:robur: pulchritudo: magni-
tudo ⁊ potentia:ſiue ars agoraſtica ⁊ bona
ſenectꝰ. Extrinſeca vo bona dicũt bonitas
generis:multitudo amicoꝝ: amicitia bono
rũ:abundãtia diuitiarũ:bona proles ⁊ mul
titudo prolis:abundantia poſſeſſiõis:⁊ cor
pus cũ potentia ſeruitiua ⁊ actiua:honor ⁊
bona fortuna. Sed precipue eſt ad eius or
namentũ ⁊ robur ipſius principis ꝙ habe
at bonos fratres. quia frater qui adiuuatꝰ a
fratre quaſi ciuitas firma. vt dicitur Prouẽ.
xviij. De hoc habes exẽplũ in iuda macha-
beo. de quo dicitur.i.Machabeo.iij.ꝙ poſt
mortẽ matathie ſurrexit iudas qui vocaba
tur machabeus filius eius pro eo:⁊ adiuua
bant eũ omnes fratres eius. Itẽ ꝙ habeat
multitudinem prolis.id eſt filioꝝ.ſicut dici
tur Iudicum.viij.de Gedeone ꝙ habuit ſe-
ptuaginta filios qui egreſſi ſunt de femore
eius. Sed tamen melius eſſet habere vnuz
filiũ bonũ ꝙ̃ multos impios. imo melꝰ eſt
nullũ habere ꝙ̃ nullũ habere bonũ. Et hoc
eſt quod dicitur Eccl'i.xvi. Ne iocunderis
in filijs impijs ſi multiplicẽtur: nec oblecte
ris ſuper illos ſi non eſt timor dei in illis. Et
poſt. Melior eſt vnus timens deũ ꝙ̃ mille
filij impij. Et vtilius eſt mori ſine filijs: ꝙ̃
relinquere filios impios. Et ideo magis de
bet deſiderare princeps prolis bonitatez ꝙ̃
multiplicationem.

Secũdo in aſſumpto
themate introducitur iſte noſter dominus
vt flebilis ſiue deflendus propter preſentiã
excidij:id eſt mortis. quia cecidit hodie ſcz
per mortẽ a ſtatu dignitatis ⁊ vite preſen-
tis. Chariſſimi iſte caſus.ſ.mortꝭ cõmunis
eſt. quo ita cadunt minores ſicut maiores:
⁊ ita populares ſicut principes, quia mors
eſt cõmunis omibus hominibus. Et ratio
eſt:quia hereditas tranſit in poſteros cum
onere ſuo. Et ſic humana natura a primis
parentibus tranſit ad poſteros cum onere
mortis. a quo onere nõ eximitur nec domi
nus nec ſeruus. Unde in pſ. Uos autem ſi
cut homies moriemini:⁊ ſicut vnus de pri
cipibus cadetis. Et dicit ſicut vnus:q: non
moriuntur omnes ſimul:ſed vnus poſt aliũ
Sed aduertendũ ꝙ quando vento impellẽ
te cadit vna arbor multũ vetuſta ⁊ putrida
⁊ infructuoſa:tunc homo cuius erat nõ do-
let:imo potius gaudet. quia in loco vnde e-
uellitur poteſt ponere aliã plantã nouam ⁊
fructuoſam. Sed quando cadit arbor pro-
cera ⁊ fructuoſa: tunc dolet ⁊ conqueritur.
Ita quando per aduentum mortis caderet
vnus princeps qui iã pre ſenectute nimia
eſſet factus omĩno inutilis ⁊ etiã deſipiẽs.
vel propter nimiã infirmitatẽ ⁊ incurabilẽ
eſſet totus putridus:certe d morte talis pri
cipis potius eſſet gaudendũ ꝙ̃ dolendum.
Sed quando moritur princeps robuſtus ⁊
ſerenus ⁊ totus virtuoſus ⁊ reipublice vti-
lis:tunc eſt materia flendi ⁊ dicendi cũ cla-
more ⁊ lachrymis illud Threno.v. Defecit
gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctũ
chorus noſter:cecidit corona capitis noſtri

In quibus quidem verbis oſtenditur ꝙ
de morte boni principis lugendum eſt ⁊ do
lendum triplici ratione.

Primo ratione amabilitatis: propter qđ
dicit. defecit gaudiũ cordis noſtri

Secũdo rõne ſtrẽuitatis: ppter qđ ſub-
dit. verſus eſt in luctũ chorus noſter.

Tertio rõne dignitatꝭ: ppter qđ ſubinfer
tur. cecidit corona capitis noſtri.

Circa pmũ attẽdẽdũ ẽ ꝙ intꝰ tyrannũ ⁊
bonũ pncipẽ eſt differẽtia. q: tyrãnꝰ plꝰ cu
rat timeri ꝙ̃ amari. ſicut dicit Seneca de Ale

xandro in libro de benefi. q: ſummū bonū
ducebat terrori eſſe: ignorans aīalia quoq
navia timeri ob vir⁹ malū. Sed bon⁹ pn
ceps q̄uis ſciat vtrūq neceſſariū eſſe. ſcʒ τ
amari τ timeri: tamen plus appetit amari
q̄ timeri. Et eſt differentia inter principis
timorē τ amorē. quia quando princeps ſo-
lū timetur vt tyrannus τ nō amatur a ſub-
ditis ſed oditur: tunc ſubditi gaudent de ei⁹
abſentia τ triſtantur de eius preſentia. Et
ſi aliquando in ei⁹ preſentia oſtendant gau
diuʒ in facie: non tamen habent in corde.
Sed de eo qui multū amatur eſt ecōtrario:
quia dolent ſubditi de eius abſentia τ gau-
dent de ei⁹ p̄ſentia: τ nō tm̄ in facie: ſed etiā
in corde. Unde quando eius preſentia gra
ta τ amabilis totaliter per mortē ſubtrahit
tur deficit gaudiū cordis τ ceſſat omnis le
ticia quā habere ſolebant de ipſius grata p̄
ſentia. ſm illud Oſee. ij. Ceſſare faciā om̄e
gaudiū eius. id eſt qd̄ habebant de eo. ita di
cit mors ¶ Secunda ratio eſt propter eius
ſtrennuitatē: propter quā dicit. verſus eſt i
lu. cho. no. Antiquitus em̄ quādo p̄ncipes
fecerant aliquos actus ſtrennuos: puta q̄
ſtrennue ſe habuerant in bello τ victoriam
reportabant: tunc obuiabant eis chori mu-
lierū vt iuuenū gaudentiū τ ludentiū τ ca-
nentiū laudes eoꝝ: τ fiebant cantilene que
poſtea in ſuccedentibus temporibus canta
bantur in choreis ludentiū τ gaudentium.
Exemplū de hoc habetur. i. Regū. xviij. vbi
dicitur q̄ cū reuerteret̄ dauid percuſſo phi
liſteo τ ferret caput eius in hieruſalē: egreſ-
ſe ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus iſra-
el cantantes choroſq ducentes in occurſū
reḡ ſaulis in tympanis leticie τ ſiſtris: τ p̄-
cinebant mulieres ludentes τc. Et conſimi
le etiā fiebat alijs principibus ſtrennuis. ſi
cut pʒ Exod. xv. de Moyſe. τ Judicū. xi. de
iepte. Sed q̄uis tales chori ludentiū τ gau
dentiū τ laudantiū fierent eis dū viuerent:
tamen poſtea in morte ipoꝝ chorus cōuer-
tebatur in luctū. quia conueniebat populus
non ad laudē ſed ad luctū: nō ad cantū: ſed
ad lamentū. ſicut patet de Moyſe. Deute.
xxxiiij. vbi dicitur q̄ moyſes centū viginti
annoꝝ erat quando mortuus eſt. Non cali
gauit oculus eius: nec dentes illi⁹ moti ſunt
Fleueruntq eū filij iſrael in campeſtribus
moab triginta diebus: τ completi ſūt dies
planctus lugentiū moyſen. Et ſimile habe-
tur de Juda machabeo. i. Machab. ix. vbi
dicitur q̄ Jonathas τ Simon tulerunt Ju
dā fratrē ſuū τ ſepelierunt euʒ in ſepulchro
patrū ſuoꝝ in ciuitate modin. Et fleuit euʒ
omnis populus iſrael planctu magno τ lu-
gebant dies multos. Tunc ergo poterat di-
cere omnis populus non laudantiū chorus
ſed lugentiū illud Job. xxx. Verſa eſt in lu-
ctū cythara mea: τ organū meū in vocem
flentiū ¶ Tertia ratio lugendi eſt propt̄ p̄n
cipatus dignitatē. quia cecidit coro. ca. no.
Ubi aduertendū q̄ corona capitis dicitur
honor τ gloria regni ſiue principatus. τ q:
ex hoc bono principe totū regnum ſiue tota
reſpublica eſt in honore τ in gloria: ideo ca
dēte per mortē tali principe dicitur corona
τ honor cecidiſſe de capite. Unde Hier. xiij.
Deſcēdet de capite noſtro corona glorie no
ſtre. Vel per caput intelligitur ip̄e princeps
Unde ſauli dictū eſt. i. Regū. xv. Caput in
tribubus iſrael factus es. Unde corona ca
dit de capite quando dignitas aufert̄ a p̄n
cipe: quod fit per morteʒ. Job. xix. Abſtulit
coronā de capite noſtro. D

## ¶ Tertio in themate aſ-

ſumpto mors boni principis oſtenditur eē
formidabilis ex ſequela diſcidij τ periculi.
quia aliquando remoto principe conſueue-
runt conſequi diuiſiones τ ſciſmata: vel in
ter eoꝝ proximos: vl' inter alios propt̄ am
bitionē τ ſuperbiā vel auariciā: ex quorum
ſcʒ diuiſione τ contrarietate fit diuiſio in iſ-
rael. id eſt in populo. ſicut aliquando remo-
to paſtore fit diſperſio gregis. Hoc figura-
tum fuit. iij. Reg. xxij. vbi ait Micheas p̄-
pheta. Uidi cunctū iſrael diſperſum in mon
tib⁹ ſicut oues nō habentes paſtorē. τ Hie-
re. l. Grex diſp̄ſus iſrl': leōes id eſt maiores
eiecerūt eū. Prudēs p̄nceps qn̄ videt acies
militū vel peditū p̄ inuaſionē hoſtiū diſp̄gi
conat̄ eos colligere τ ɔgregare. Sic rogan
dus eſt de⁹ τ ad ip̄m eſt oē ſtudiū adhibēdū
q̄ ex quo ſubtraxit notabilē principē q̄ ha
beam⁹ p̄ ei⁹ grām talē ſucceſſorē de quo ſpe
rare poſſit illud pſ. Diſp̄ſiōes iſraelis con-
gregabit ¶ In qb⁹ q̄dē v̄bis tria fac̄ p̄pba.
¶ Nam primo inſinuat periculuʒ: ſcʒ in diſ-
perſione: cum dicit. diſperſiones.
¶ Secundo debitum: quia iſraelis.
¶ Tertio remedium: quia congregabit.
¶ Periculū ſiquidē ppl'i eſt in diſp̄ſiōe ſiue
diuiſione. q: omne regnū in ſeip̄m diuiſum
deſolabit̄. Matth. xij. Sʒ tm̄ nō dic̄ diſp̄ſio

nem ſed diſperſiões. qꝛ diuerſa vicia faciūt in hominib⁹ diuerſas diſperſiones. Nā vnā diſperſionē facit ſuperbia. de qua dicit Job. xxi. Erunt ſicut palee ante faciē venti: ⁊ ſicut fauilla quā turbo diſpergit. Naꝫ palee ſunt hoies leues: qui non habent in ſe pondus humilitatis. vnde ventus ſuperbie eleuat eos in ſui reputatione: ⁊ diſpergit eos per diuerſas ambitiones. ⁊ ſcintilla ꝗ ſm Jſidoꝝ eſt cinis modicus ex extinctiõe ſcintillaris materie derelict⁹: eſt vita hoīs. Tanꝙ enī ſcintille fulgentes fuerūt primi parētes ex quoꝝ ſcꝫ materia noſtra propagata ſunt cineria corpora noſtra. Sed ex eoꝝ extinctione: id eſt ꝑccati tranſgreſſione: relicta eſt nobis fauilla modica. id eſt breuis ⁊ incerta vita. quia per vnū hoīem ꝑccatum intrauit in hūc mundū. ⁊ per ꝑccatū mors vt dicit aplus Romano. v. Unde Job. xxx. Aſſimilatus ſum fauille. Sed hanc fauillā turbo id eſt ſuperbia: diſpergit: id eſt ad diuerſa mala impellit: quia initiū oīs ꝑccati ſuperbia. Dicitur aūt ſuperbia turbo: quia ſicut turbo aerē perturbat ⁊ obſcurat: ita ſuperbia mentē. Unde Job. iij. Noctē illā tenebroſus turbo poſſideat. Tenebroſus turbo poſſidet noctē cū ſuperbie tentatio occupat cecā mentē. Aliā vero diſperſionē facit viciū auaricie. Exodi. v. Diſperſus eſt populus per egyptū: id eſt per mundū ad colligēdas paleas. i. temporalia. Nā per totū mundū diſcurrunt homines paupertatē timentes ad colligēda temporalia que modici põderis ſunt reſpectu ſpiritualiū. Unde Horatius. Pauperiē fugiēs per ſaxa per ignes Jmpiger extremos currit mercator ad indos. Aliā diſperſionē facit vitium gule. pſ. Jpſi diſpergentur ad manducandū. ſi vero non fu. ſa. ⁊ murmurabūt. Secundo ponitur debitū ſcꝫ vnitatis. qꝛ iſraelis diſperſiones ſunt. i. populi deū videntis. i. cognoſcētis per fidē in quibus nõ deberet eſſe diſperſio: ſed potius vnitatis congregatio. Nā ſicut ē in eis vna fides: vnū baptiſma: ⁊ vn⁹ deus ⁊ pater oīm: ita deberet eſſe vna puritas ⁊ vna charitas. Unde. i. Machab. v. dicit ꝙ congregauit iudas qui interpretatur confitens omnes iſraelitas: id eſt fideles. quia ſcꝫ confeſſio vnius fidei debet oēs fideles vnire. vt qui ſunt vni⁹ fidei ſint etiā vnius animi. i. Petri. iij. Jn fide aūt omēs vnanimes. Tertio quoqꝫ in auctoritate inducta ponitur diſperſionis remedium: quia congregabit. Ad hoc enī bonus princeps principaliter intendere debet: vt ſint omēs congregati in vnitatē pacis. vt conſequat exemplum illius qui eſt pater futuri ſeculi princeps pacis. ſcꝫ chriſti. de quo dicit Jo. xi. ꝙ chriſtus moriturus erat pro gente. ⁊ non tm̄ pro gente: ſed vt filios dei qui erāt diſperſi congregaret in vnū. Sed tamē congregatio ⁊ vnitas electoꝝ incipit quidē in mundo iſto: ſed perficietur ⁊ conſummabit in celo. Unde dicitur Marci. xiij. Congregabit electos a quattuor plagis terre vſqꝫ ad ſummū celi: id eſt celeſtis gaudij. Ad qđ nos perducat deus qui ⁊c.

In funere alicui⁹ magni viri. Ser. XVIII

## Magnus et paruus

ibi ſunt: ⁊ ſeruus liber a dño ſuo. Job. iij. Uidemus ꝙ iſta naturalia precipue que generantur ⁊ corrūpunt finaliter ad ſuā primā naturā ſeu materiā reuertuntur. ſicut patet in his que ex ſeminibus oriuntur: que etiā finaliter in ſemina reuertuntur. vt ex frumento generatur herba. deinde ſtipula: poſt ſpica. ⁊ ex ſpica finalit̄ excutit frumētū. ⁊ ita ē de hordeo ⁊ alijs ſeminib⁹. Sic humana corpora ſicut ex terra primitus ſunt producta: ſic etiā in terrā finaliter reuertuntur. Dicit aūt beat⁹ Gregorius ꝙ natura omnes pares genuit: ſed variata meritorum ordine alios alijs culpa poſtpoſuit. Quod quidē dictū gregorij ſi loquamur de hominibus ſm primuꝫ ſtatum ante ꝑccatū non eſt intelligendū de omni equalitate. ſ. ꝙ quantuꝫ ad omnia fuiſſent equales. quia fuiſſet inequalitas ſexuuꝫ ſcꝫ viroꝝ ⁊ mulierū: inequalitas etatū. ſcꝫ patrū ⁊ filioꝝ. Et quantū ad animā: quia propter liberū arbitriū quidā magis profeciſſent in iuſticia: ⁊ quidā magis in ſcientia. Et ſm corpus ſm diuerſitatē aeris aut diuerſum ſitū ſtellarū aliqui robuſtiores corpore fuiſſent geniti ⁊ pulchriores ⁊ melius complexionati: ita tamen ꝙ in illis qui excederentur nullus eſſet defectus vel ꝑccatū ſiue circa animam ſiue circa corpus. Unde Gregorius per verba predicta intendit excludere ſolū diſparitatē que eſt ſm differētiā iuſticie ⁊ ꝑccati. ex qua contingit ꝙ alit̄ ꝗ penalit̄ ſunt ſub alijs cohercēdi. Sed ſm ſtatū nature corrupte quantū ad hoc natura omnes pares gignit: quia ſcꝫ gignit oēs homines mortales. Unde ꝗuis poſtea in

vita multi varientur: quia quidā magni ⁊
quidā parui ⁊ quidā liberi ⁊ quidaꝫ ſerui:
tamen finaliter in primā naturā ſeu genitu
rā mortalitatis omnes pariter reuertūtur.
quia ſcꝫ oēs pariter actualiter moriuntur.
ſicut ſemina ſupradicta finaliter actu ꝓdu=
cunt ſemina que in naturali virtute ſeu po=
tentia primitus cōtinebantur. Unde ſicut
cū natura mortali pariter generantur: ita
per actualē mortē pariter corrūpuntur. Et
ideo dicitur in verbo propoſito. Magnꝰ ⁊
paruus ibi ſunt. ſcꝫ in dominio ⁊ poteſtate
mortis. quaſi dicat. equaliter īuadit mors
magnū ſicut paruū: ⁊ ſeruus liber a domīo
quaſi ita inuadit liberū ſicut ſeruū. hoc exce
pto qui erat ſeruus ante mortē: per mor=
tē fit liber a dño ſuo. Uel poteſt intelligi ma
gnus ⁊ paruus. i. qui in hac vita erant ine=
quales ſm magnitudinē ⁊ paruitatē pro=
ſperitatis: ſublata per mortē tali proſperita
te ſunt ibi. ſcꝫ in alia vita quantū ad hoc eq̄
les: ⁊ ſeruus eſt ibi liber a domino ſuo.

Poſſumus ergo dicere ꝙ tria in verbis ꝓ
poſitis de morte deſcribuntur.

Primo quidē eius cōitas in inuadendo.
q: ita magnꝰ ſicut paruꝰ inuadit a morte.

Secundo eiꝰ poteſtas in detinendo: q: ibi
ſunt. ſcꝫ in carcere mortis. id ē in ſepulchro
detenti.

Tertio eius auctoritas in manumittendo
quia tāte auctoritatis eſt mors ꝙ de ſeruo
poteſt facere liberū: ⁊ ideo dicit. ⁊ ſeruus ē
ibi ſupple liber a domino ſuo.

## Circa primū notandū

eſt ꝙ idcirco a morte ita inuaditur magnꝰ
ſicut paruus: quia mors eſt iuſticiaria dei
ad puniendū humane nature peccatū. Pro
pterea eñ dicit aplˀus Roma. v. ꝙ per vnū
hominē peccatū intrauit in mundū. ſcꝫ per
adā in quo oēs homines peccauerunt. quia
adhuc tota humana natura in eo cōtineba
tur: ⁊ in eo corrupta eſt tota humana natu
ra: ita ꝙ in eo omnes peccauerunt. ⁊ ideo ꝑ
tranſijt mors in omnes ad puniendū iſtud
peccatū. tanꝙ quedā iuſticiaria dei. Et quia
iuſticiaria dei eſt: oportet ꝙ ipſa ſequať mo
dū diuini iudicij. Diuinū aūt iudiciū non at
tendit perſonā. i. paruitatē vel magnitudi=
nem perſone: ſed omnes equaliter iudicat.
Et ideo cōſimile accidit de morte: quia oēs
equaliter percutit. ⁊ hoc eſt quod innuitur
Sapie. vi. vbi dicitur. Non ſubtrahet ſcꝫ a
morte perſonaꝫ cuiuſꝙ dñs: nec verebitur
perſonā cuiuſꝙ. quoniā puſillū ⁊ magnum
ipſe fecit: ⁊ equaliter eſt illi cura de omnibꝰ.
Ex quibus quidē verbis colligitur ꝙ deus
in iudicio mortis tria circa hoīes oſtēdit.

Primo cōitatē ſue iuſticie: quia non ſub=
trahet perſonam cuiuſꝙ.

Secūdo magnitudinē ſue potentie: quia
non verebitur perſonam cuiuſꝙ.

Tertio eq̄litatē ſue ꝓuidētie. qm̄ puſillū ⁊ c̄.
Oſtendiť ergo primo ꝙ in iudicio mortis
deꝰ ſicut equus ⁊ cōis iudex nō eſt acceptor
perſonarū. q: nō ſubtrahit a morte perſonā
cuiuſꝙ. ſ. nec magni nec parui. Et rō iſtius
cōitatis eſt triplex. Prima ē ꝓpter inuaria
bilem ſententiā prime dānatōis: qua dictū
eſt primo parenti Geneſ. ij. De ligno ſcien=
tie boni ⁊ mali qḋ eſt in medio paradiſi ne
comedas. In quacunꝙ eñ die comederis
ex eo morte morieris. Et q: ipſe poſtea com
edit incurrit ſentētiā mortis: non ſolū autē
ipſe ſed oñes hoīes. q: oēs homīes poſtea
deſcenderūt ab eo: ⁊ ideo oēs potentialiter
⁊ originaliť cōtinebanť in eo ſicut in prima
radice: qua viciata per peccatū oēs in eo vi
ciati ſunt ⁊ morti addicti. Unde aplˀus Ro
mañ. v. dicit ꝙ iudiciū quidē ex vno in con
demnationē. q: per vnꝰ delictū in oñes ho
mines mors pertranſijt in condēnationē.
Et ideo ab hac generaliſſima ſentētia ⁊ cō=
demnatione nulla perſona homīs ſubtrahi
tur. quaſi diceret iudiciū eſt. In iudicio aūt
dei nō decet ꝙ ſit perſonarū diſtātia. iuxta
illud Deuteroñ. i. dixit moyſes iudicibꝰ qui
poſiti erant vice dei ad iudicandū populuꝫ
eius. Non erit diſtantia perſonarū: ita par=
uum audietis vt magnū: nec accipietis cu=
iuſꝙ perſonā. q: dei iudiciū eſt. Secūda rō
eſt ꝓpter rationabilē ꝓuidentiā diuine diſ
poſitionis. ne ſcꝫ mala fierent abſꝙ terrore
⁊ bona ſine remunerationis ſpe. Nam ſi ex
eo ꝙ non ꝓfertur cito cōtra malos ſentētia
filij hoīm abſꝙ vllo terrore perpetrāt mala
quid eſſet ſi ſententia mortis ⁊ iudicij nūꝙ
ſequeretur? Et ideo mortis iudiciū dū oībꝰ
īminet oñes terrere debet. Itē iuſti qui bo=
na agunt ⁊ ſemꝑ hic in anguſtia viuūt ſi nō
ſequeretur aliquādo mors: quā remunera=
tionē ſperarēt? Quia igitur nō eſt apud deū
iniquitas vt ſcꝫ velit malos ſemꝑ in iniqui
tatibus proſperari ⁊ bonos nūꝙ remunera
ri: iudiciū mortis diſpoſuit omnibꝰ eſſe com
mune; vt boni oñes remunerentur ⁊ mali

ſinguli puniantur abſqꝫ cuiuſcꝙ̄ exce tione
perſone. Et.ij. Paral.xix. Non eſt apud de-
um iniquitas:neqꝫ pſonarū acceptio. Job
xxxiiij. Abſit a deo impietas:ꝛ ab omīpotē
te iniquitas. Opus em̄ homīs reddet ei:et
iuxta vias ſinguloꝝ reſtituet eis. Et poſt.
Qui non accipit perſonam principū:nec co
gnouit tyrannū. Opera em̄ manuū eiꝰ ſunt
vniuerſi. Subito morerentur. ſcilicꝫ vt ſu-
perbia reprimatur ex mortis humiliatione:
vt negligentia operandi tollatur ex mortis
ſubitatione:ꝛ vt gloria mundi contemnatur
ex mortis expoliatione. quoniā cum interie
rit non ſumet om̄ia neqꝫ deſcendet cum eo
gloria eius. Tertia quoqꝫ ratio cōmunita-
tis mortis eſt propter familiarē materiam
conſolationis. Unde Seneca. Jdcirco vide
tur mihi rerum natura id quod amantiſſi-
mum eſt feciſſe cōmune. vt acerbitatem fa
cti ꝯſolaretur equalitas. Eccli.xxxviij. Mi
hi heri tibi hodie Acerbum factum videtur
ei qui bene faciendo in mundo iſto affligitur
ꝛ videt alium inique agentem hic ſemper ꝓ
ſperari. Sed quando cogitat ꝙ in morte fi
at adequatio recompenſationis:quia ipſe ꝛ
de bonis que egit ꝛ de malis que ſuſtinuit
remunerabitur. ꝛ econtrario iniquus ꝛ de
his que male egit ꝛ de bonis receptis qui-
bus male vſus eſt punietur a deo qui non ē
perſonarum acceptor: habet profecto mate
riam magne conſolationis. Et ſibi acerbū
videtur ei qui patitur iniurias ꝙ ille qui e-
as infert aliquando hic non punitur:ſed cō
ſiderando ꝙ deus in morte vindictam illiꝰ
non pretermittet:ꝛ ꝙ pro patiētia ſua pre
mium eternum reſtituet. habet etiam mate
riam ingentis conſolationis. Unde apoſto
lus dicit Colo.iij. Scientes ꝙ a domino re
cipietis retributionem hereditatis domīo
chriſto ſeruite. Qui enim iniuriam facit re
cipiet illud quod inique geſſit. ꝛ non eſt per
ſonarum acceptio apud deum. Quō ergo bo
ni non ſubtrahantur a iudicio mortis ſicut
nec mali:non eſt ad perditionem. ſicut con-
tingit de malis. ſed eſt ad acquiſitionem ſa
lutis. Unde ad Hebreos decimo. Non ſu-
mus ſubtractionis filij in perditionem: ſed
fidei in acquiſitionem anime ¶ Secundo
deus in iudicio mortis oſtendit magnani-
mitatem ſue potentie:quia non veretur ma
gnitudinem cuiuſcꝙ̄. Uidemus enim ꝙ in
mundo quidam habentur magni propter
dignitatem excellentie ſicut reges:ꝛ tamen

deus non veretur eorum magnitudinem ꝛ
quin per mortem occidat eos. pſ. Qui per-
cuſſit reges magnos ꝛ occidit reges fortes
Job.xij. Baltheum regum diſſoluit. Quidā
vero reputantur magni propter profundi-
tatem ſapientie ſiue ſcientie ſicˊ philoſophi
ꝛ ſicut Salomon. de quo dicitur.iij. Regū
iiij. ꝙ precedebat ſapientia Salomonis ſa
pientiam omnium orientalium ꝛ egyptio-
rum:ꝛ erat ſapientior omnibus hominibꝰ
ſed tamen deus non veretur magnitudinē
ſapientium ꝛ ſcientium. quia ſcꝫ ſapientia
ſua ꝛ ſcientia oēm ſcientiā ſuperat ꝛ vincit.
Unde Job.xxxvi. Ecce deus magnus ꝛ vin
cens ſcientiā noſtrā. ꝛ ideo moritur doctus
pariter vt indoctus. pſ. Cum viderit ſapi.
mo. ſil. inſi. ꝛ ſtu. peri. Quidā vero reputan
tur magni propter plenitudinem opulentie:
ſcꝫ diuitiarū. ſicut dicitur.i. Regum.xxv. de
Nabal carmeli. ꝙ homo ille erat magnus
nimis. id eſt diues valde. Unde ſtatim ſub
ditur de diuitijs eius quantum ad anima-
lia in quibus precipue erant antiquoꝝ diui
tie. Erantqꝫ ei oues tria milia ꝛ mille ca-
pre ꝛc. Sed tamen deus magnitudinem di
uitum nō veretur quin rapiat eos per mor
tem. ſicut patet Luc.xij. in illo diuite qui di
cebat. Anima mea habes multa bona ꝛc.
Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte ꝛc.
Et ſic patet ꝙ omnes quantūcunqꝫ magni
ſiue in dignitatis potentia ſiue in cognitio-
nis ſcientia ſiue in diuitiarū opulentia: de
bent formidare magnitudinem diuine vir-
tutis:que precipue oſtēditur in morte. Un
de dicitur Exodi.xv. Jrruat ſuper eos for-
mido ꝛ pauor in magnitudine brachij tui.
¶ Tertio deus in iudicio mortis oſtendit eq̄
litatē ſue ꝓuidentie. quia puſillum ꝛ ma-
gnum ꝛc. qua. di. ꝙ ipſe deus fecit ita puſil-
lum ſicut magnum. ideo equaliter eſt illi cu
ra de omnibus. ſcꝫ tā de paruis ꝙ̄ magnis.
ꝛ precipue in iudicio mortis. ſcꝫ vt ſine per
ſonarū acceptione quilibet tam puſillus ꝙ̄
magnus tunc inueniat iuſticiā. Et ideo ſi-
mile iubetur fieri in iudicio humano quod
quantū poſſibile eſt conformari dꝫ in iuſti-
cia iudicio diuino. ſm̄ illud Eccli.v. Juſti-
fica puſillū ꝛ magnū ſilˀr. quaſi dicat. iuſtifi
ca ſic. i. equaliter eoꝝ iuſticias in iudicio at
tende ſine perſonarum acceptiōe. Sꝫ circa
illō qō dictū ē ꝙ equalit̄ eſt illi cura de oī-
bus poſſet dubitari. q2 cura quā habet deꝰ
de hominibꝰ ꝓcedit ex amore quē ad hoīes

habet: ſed de⁹ non equalit̄ amat oēs hoīes
q₂ dicit beat⁹ Aug. ſup Iob. φ oīa diligit
de⁹ que fecit: ſed inter ea magis diligit crea
turas rōnales: ⁊ de his ampli⁹ que ſunt mē
bꝛa vnigeniti filij ſui: ⁊ multomagis ipſuꝫ
vnigenitū ſuū. ergo non equaliter eſt illi cu
ra de omnibus hominibus. Sed dicenduꝫ
ad hoc φ amare eſt alicui bonū velle. Si ḡ
cōſideretur iſte actus qui eſt amare ex par-
te diuine voluntatis: ſic deus equaliter oīa
amat. q₂ ſcꝫ oīa diligit vno ſimplici actu vo
luntatis: ⁊ ſemper eodeꝫ modo ſe habente.
Sed ſi conſideretur iſte actus ex parte bo-
ni quod deus vult his quos amat: ſic dicitur
plus amare eos quibus vult maioꝛa bona
Et cū amoꝛ eius ſit cauſa bonitatis rerum:
ſequitur φ quanto aliquis melioꝛ eſt: tan-
to magis ſit amatus a deo. Quādo ergo di
citur φ equaliter eſt illi cura de omibus: nō
intelligitur ita vt equalia bona ſua cura det
omnibus hominibus: ſed quia equali ſapi-
entia ⁊ bonitate omnibus pꝛouidet et om̄s
gubernat. Sapie. xij. Nō eſt alius φ̄ tu cui
cura eſt de omnibus. Unde multum debent
om̄s conſiderare in eo. i. Petri. v. Omnem
ſollicitudinē veſtram pꝛoijcientes in eum:
quoniam ipſi cura eſt de nobis. B

## ¶ Secūdo in themate aſ

ſumpto deſcribitur moꝛtis poteſtas in deti-
nendo: quia ibi ſunt ſcꝫ magnus ⁊ paruus.
ſcꝫ in carcere moꝛtis. i. in ſepulchꝛo ſiue ſe
pulture loco. Unde de domino noſtro dicit̄
Ioh. xix. Erat aūt in hoꝛto monumentum
nouū in quo nonduꝫ quiſφ̄ poſitus fuerat.
ibi ergo poſuerunt ieſum. licet non diu ſte-
terit eo φ non potuerit nec decuerit eū diu a
moꝛtis vinculis detineri: quia tertia die re-
ſurrexit. Sed iterū aduertendum eſt φ ſm
caſum moꝛtis ita ibi vbi ſunt ſcꝫ in alia vi
ta moꝛtui perpetuo collocant̄. Et hoc eſt qđ
figurate dicit̄ Eccl's. ij. Si ceciderit ligꝫ
ad auſtrū vel ad aquilonē: vbicunqꝫ cecide
rit ibi erit. ¶ In quib⁹ quidē verbis quattu
oꝛ deſcribuntur.

¶ Nam pꝛimo deſcribitur hominis viuētis
figura: quia figuratur per lignum.

¶ Secundo moꝛientis ruina: ſi ceciderit.

¶ Tertio ruentiū diſtantia ad auſtrum vel
ad aquilonem.

¶ Quarto diſtantie pſeuerantia: q₂ ibi erit.

¶ Circa pꝛimū notandū eſt φ p lignū figu-
rat hō. ſ. p lignū inutile ad op⁹ bonū homo
peccatoꝛ. Ezech. xv. Fili hoīs quid fiet de li-
gno vitis ex oīb⁹ lignis nemoꝝ que ſunt in
ter ligna ſiluarū: Nunqd tollet̄ de ea ligꝫ
vt fiat op⁹: aut fabricabit̄ de ea paxillus vt
dependeat in eo quodcunqꝫ vas: Ecce igni
datū eſt in eſcā. Notandū em̄ φ lignū vitis
id eſt palmes vel ſarmentū φ̄diu inheret vi
ti nullum lignū eſt eo fructuoſius: ſed a vite
ſeparatū nullū eo inutili⁹. Et ſic eſt de pecca
toꝛe. Uitis em̄ eſt chꝛiſtus. Lignū vitis. i.
quaſi ſarmentū a vite ſeparatū ⁊ inciſum ē
homo peccatoꝛ a chꝛiſto ſeparat⁹ ⁊ diuiſus
gladio iniquitatis. quia iniquitates noſtre
diuiſerunt inter nos ⁊ deū noſtruꝫ. Eſa. lix.
Inter ligna nemoꝛis: id eſt inter fideles ec
cleſie: vel que ſunt in diuerſis ſiluis: id eſt i
diuerſis ſtatibus vel officijs efficitur inuti
lis tā reſpectu ſui φ̄ reſpectu alioꝝ. Reſpe-
ctu ſui ⁊ quantū ad meritū. quia non tollet̄
ex eo ligꝫ quod valeat ad opus. i. nullus
actus poteſt exire ab eo qui ſit opus merito
riū: neqꝫ etiā vt fiat ex eo fabrica celeſtium
manſionū que fabricantur ex meritis bono
rū operū. Eſt etiā inutilis reſpectu alioꝝ: q₂
non poteſt fieri paxill⁹ vt pendeat in eo ali-
quod vas. paxillus eſt paruus palus. i. pꝛe
latus humilis ⁊ rectus ⁊ firmus: ex quo de-
pendent vaſa domini. i. aīe ſubditoꝝ. Sed
homo iuſtus ⁊ peccatoꝛ non poteſt eſſe talis
quia neqꝫ paruus per humilitatē neqꝫ rect⁹
per iuſticiā vel charitatē: neqꝫ firm⁹ p con-
ſtantiā ⁊ patientiā. ⁊ ideo non eſt dignus
pꝛeeſſe animabus. Et ideo ſolū valet vt ſit
eſca ignis peccati in pꝛeſenti. quia peccatuꝫ
eſt foꝛnax babylonica que ſuccenditur mal
leolis. ⁊ vt ſit eſca gehenne ignis in futuro
Sed per viride ⁊ fructuoſum lignū figura-
tur homo iuſtus qui eſt in charitate radica
tus: influentia gratie diuine vel ſapiētie ir-
rigat⁹: diſciplinali maceratiōe ſiue caſtiga-
tiōe putat⁹ ⁊ filijs ſacre doctrine gratioſus
⁊ fructib⁹ bonoꝝ opeꝝ plen⁹. Et đ tali ligno
dicitur in ps̄. Erit tanφ̄ lignū qđ plan. ⁊c.

¶ Scđo notat̄ in auctoꝛitate inducta hoīs
moꝛiētis ruina. cū dicit̄ ſi ceciderit. Notan
dū qn̄ cadit vnū vas vile ⁊ debile puta vas
luteū ita φ frangatur: parū curat̄ ⁊ modi-
cū quis perturbatur. Sed quando cadit ⁊
frangit̄ vnū vas p̄cioſum quod nō poteſt
poſtea reparari: eſt maioꝛ pturbatio ⁊ doloꝛ.
Homo aūt hꝫ duo vaſa. Unū ē luteū ⁊ debi
le ⁊ vile: ſcꝫ coꝛpus. quod ſi cadat ⁊ frāgat̄
p moꝛtē nō debet multū curari. ⁊ maxime

quia reparabiť in reſurrectione. Et vas ꝓ-
cioſum ⁊ nobile eſt aīa: qđ in morte cadit ⁊
irreparabiliter frangiť quādo homo impe
nitēs et in pctō moritur: q2 nequaꝗ̄ poteſt
amplius per pniam reparari: ⁊ ideo ſemꝑ ta-
les erunt perditi. Unde đ2 de eis Hieř. xxv
Cadetis quaſi vaſa precioſa. Sed de iuſto
⁊ vere penitente đ2. cū ceciderit. ſ. ꝑ morté
nō collidetur. ſ. ꝗ̄tū ad aīam. ſ. colliſiōe cō
fractionis ſeu dānationis. ❡ Tertio poniť
in auctoritate inducta cadentiū. i. morien-
tiū differentia. cum đ2 ad auſtrū vel ad aq̄
lioné. Nam ille cadit ad auſtrum qui mori
tur in gratia: ⁊ q2 cor aperitur deo ad ſuſci-
piendā eā per finalez pniam tripliciter. ſ. ꝑ
ꝑfectam contritioné ⁊ integram ⁊ humilē
confeſſioné ⁊ etiam per idoneā ſatiſfactio-
nem. Ideo đ2 Apoca. xxi. Ab auſtro ſupple
erant porte tres. Ille vero cadit ad aquilo-
né qui moriť in frigore infidelitatis vł ma
licie. Eccľi. xliij. Frigidus ventꝰ aquilo fla-
uit ⁊ congelauit criſtallus ab aquis. Frigi-
dus ventꝰ aquilonis eſt finalis ⁊ vehemēs
tentatio demonis qua tentat morienté vel
de infidelitate vel de deſperatione: ⁊ tunc a
qua mobilis per congelationé efficitur cri-
ſtallus durus ⁊ imobilis a ſua malicia. i. du
ricia. q2 mēs que ꝑ liberū arbitriū erat mo-
bilis ad bonū ⁊ ad malū: ꝑ congelationē in
fidelitatis vel deſperationis efficiť dura ad
penitentiā ⁊ oīno obſtinata: ita vt impeni-
tens ⁊ deſperatus moriatur peccator. Uel
aliter poteſt intelligi. q2 lignuz preciſum. i.
iuſtus ꝑ mortez ſublatus: tunc cadit ad au
ſtrum quādo videlicet poſt ipſam mortem
tranſit ad paradiſi gaudiū. Job. xxxix. Plu-
meſcit accipiter expandēs alas ſuas ad au
ſtrum. Accipiter leuis ſignificat aīam alle-
uiatā a pondere pctī: vel ab onere corporis
ꝑ morté. ⁊ tunc plumeſcit. i. nouas plumas
⁊ nouas dotes glorie accipit expādēs alas
ſuas. ſ. intellectū ⁊ affectū ad auſtrū. i. ad ſū
mū paradiſi gaudiū ſiue bonū qđ eſt deus
Abachuc. iij. Deus ab auſtro veniet. Sed
tunc lignū preciſum cadit ad aquiloné quā
do peccator mortuꝰ ducitur ad inferni ſup
pliciū. vt ibi ſit cū apoſtata angelo qui ait.
Eſaie. xiiij. Ponā ſidem meā in lateribꝰ aq̄
lonis. Aquilo em̄ dictus eſt q2 aquas ligat
⁊ ſtringit. vnde eſt regio aquilonis gelida
⁊ obſcura ⁊ tempeſtuoſa ꝓpter ventuz im-
petuoſuz. Et ſic in inferno eſt frigiditas ob
ſtinate malicie ⁊ obſcuritas: non tantū cor-
poralis ſed etiam ſpūalis per priuationem
omnimodā luminis gratie ⁊ glorie: ⁊ tem-
petuoſitas ꝑ inquietudiné ⁊ vehementiam
multiplicis ⁊ inceſſabilis pene: que cōtinet
omne malū. Unde Hiere. i. Ab aquilone pā
detur omne malū. ❡ Tertio quoq3 in aucto-
ritate inducta poniť differentie ꝑſeuerātia
cum đ2 vbicūq3 ceciderit ibi eri. ſ. imutabi
liter. Hieronymꝰ. Ubicūq3 tibi locū ꝓpara
ueris futurāq3 ſedem ſiue ad auſtrum ſiue
ad aquilouē: ibi cū mortuus fueris ꝑmane
bis. Si ergo ceciderit ad auſtruz. i. ad mor-
tem pertrāſiuerit ad paradiſi gaudium ibi
erit ꝑmanens. ſ. in eternū. ps. Ibi letabim̄
in ipō. ſ. in deo. Eſaie. li. Leticia ſempiterna
ſuꝑ capita eoꝝ. ps. In eternū exultabunt ⁊
habitabis in eis. Si aūt ceciderit ad aqui-
loné vt. ſ. poſt morté ducatur ad ifer[illegible] ſup-
pliciū: ibi erit etiaz in eternū in fletu ⁊ luctu
horribili. Matthei. viij. Ibi erit fletꝰ ⁊ ſtri-
dor dentium. ❡ E

## ❡ Tertio quoq3 i thema

te aſſumpto oſtenditur mortis auctoritas
Nam tante auctoritatis eſt mors ꝙ de ſer
uo liberū facit. ⁊ ideo dicit ꝙ ibi ſeruus eſt
liber a dño ſuo. ſ. in loco vbi eſt poſt morté.
Notandū eſt aūt hic ꝙ eſt quedā ſeruitus
que eſt impeditiua ſalutis. ſ. ſeruitus tranſ
greſſionis pctī. de qua diciť Johan. viij. ꝙ
oīs qui facit pctm̄ ſeruus eſt pctī. Et de illa
ſeruitute deb3 homo multū curare vt fiat li
ber. ſ. ꝑ penitentiā dū viuit. q2 poſt mortez
nō h3 penitentia locum. Liberať em̄ homo
ꝑ morté a ſeruitute peccati: nō reſpectu pre
teriti niſi aſſit penitentia de pctō preterito:
ſed reſpectu futuri inꝗ̄tum poſt morté non
poteſt amplius peccare neq3 demereri. ſal-
tem reſpectu ꝓmij eſſentialis. Nam bti ha-
bent voluntaté cōfirmatā in bono: ⁊ dāna
ti obſtinatā in malo: q̄ obſtinatō potius eſt
pena ꝗ̄ culpa. Sed eſt quedā ſeruitus que
nō eſt impeditiua ſalutis. ſicut eſt ſeruitus
ꝯditionis ſm ꝙ vnus homo eſt ſeruꝰ alte-
rius. Et ideo de iſta nō eſt multū curanduz
inꝗ̄tum non impedit ſalutem nec ſeruitu-
tem deilicet libertas ſit melior habenti eaz
ſi bene velit vti. Et hoc eſt qđ dicit aplꝰus. i.
Corinth. vij. Seruꝰ vocatus es: nō ſit tibi
cure. Sed ſi potes fieri liber magis vtere.
qui em̄ in dño vocatus eſt ſeruus libertus
eſt dñi. ❡ In quibus verbis oſtendit aplꝰus
triplicem rationem quare de ſeruitutis cō-

ditione non debet homo curare. Primo q2 nõ excludit aīe ſalutem. tunc enĩ excluderet aīe ſalutem qñ impediret hoīem ne poſſet vocari a xp̃o ad ſuam fidẽ vel ſeruitiũ non eſſe in eo. ſed hoc nõ eſt. Et ideo ſi tu es vocatus a xp̃o ⁊ es in gratia ⁊ ſeruitio ſuo: nõ ſit tibi cure ꝙ ſis ſeruus hoīs. q2 apud xp̃z nihil facit differentia ſeruitutis vel libertatis. Gala. iij. In xp̃o ieſu nõ eſt ſeruus neqꝫ liber. id eſt nihil facit differẽtia liberi ⁊ ſerui. Secũda rõ quia nõ excludit benefaciẽdi libertate ſiue facultatem. ſatis enĩ poteſt benefacere etiã ſeruꝰ: tñ ſi potes fieri liber magis vtere. q2 magis poteris vacare ad libitũ circa bona q̃ volueris facere. tamen ſiue ſeruus ſiue liber d3 ſtudere pro poſſe ad bñfaciẽdũ. q2 dr̃ Ephe. vi. Unuſq̃ſqꝫ qd̃ cũqꝫ fecerit bonũ h̃ p̱cipiet a dño ſiue ſeruus ſiue liber. Tertia ratio eſt: q2 humana ſeruitus nõ tollit diuinã libertatẽ. q2 qui in dño vocatus eſt ſeruus libertus eſt dñi. Sicut etiam econtrario humana libertas nõ prohibet diuinã ſeruitutẽ. ſm illud. i. Corinth. vij. Qui liber vocatus eſt ſeruus eſt xp̃i. de cuius. ſc3 ſeruitio recipiet eternã mercedez. Ad quã nos p̱ducat ⁊c.

In funere alicuius militis aut equitis aurati. Sermo XIX

Cunctis dieb' quibus nũc milito expecto donec veniat immutatio mea. Job. xiiij. Reges terreni diuerſa loca ſolent habere ⁊ diuerſas domos. Quarũ quidem quedã ſunt gaudij ſicut palatia ad conuiuandũ: ⁊ camera ad reclinandũ. Quedã vero ſunt doloris ⁊ ſupplicij ſicut carceres ⁊ patibula ad malos puniendũ. Quedã aũt ſũt exercitij ſicut eſt campꝰ belli ad militandũ. Ita quoqꝫ dominꝰ noſter q̃ eſt rex regũ ⁊ dñs dominantiũ h3 locũ gaudij. ſ. paradiſum in quo loco ſũt regales diuitie: felices delitie: ⁊ honores excellẽtie. vnde dñs ait Luce. xxij. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi patr̃ meus re. vt edã. ⁊c. In regno nãqꝫ diuitie: in eſu ⁊ potu delitie: in mẽſe regni ſeſſione honor excellentie deſignatur. Item h3 locũ ſupplicij. ſ. infernũ in quo loco diuitiarũ ſũt ineſtimabiles miſerie. loco delitiarum intermiabiles anguſtie: ⁊ loco honoꝝ cõfuſibiles cõtumelie. Unde dñs. Mat. xxv. dicet reprobis. Diſcedite a me maledicti. ⁊ vocat male dictos p̱pter eternas miſerias: ĩ ignez. ſ. ad ardoris anguſtias: q̃ paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. vt ſentiatis eoꝝ cõtumelias. Item h3 dñs locũ exercitij. ſ. mũdum q̃ ad militandũ nõ ad quieſcendũ datus eſt nobis. Sed in hoc quidẽ campo quidã exercitauerũt ſe ſub armis penitentie ſicut peccatores cõuerſi: quidã ſub armis mĩe ſicut actiui: quidã ſub armis ſapie ſicut contẽplatiui; quidã aũt ſub armis fortitudinis ⁊ patientie ſicut oẽs iuſti. q2 multe tribulatiões iuſtoꝝ. Unde patet ꝙ arma militie noſtre nõ ſunt carnalia ſed ſpiritualia. Et licet iſta militia ſit laborioſa: tamẽ qñ veniet immutatio mortis vl' iudicij: expectat̃ inde maximũ premiũ. ⁊ hoc eſt qd̃ ex p̱ſona cuiuſlibet boni militis d2 in verbo p̱poſito. cunctis diebus quibus ⁊c. In quibꝰ quidem verbis de exercitio ſpiritualis militie deſcribũtur tria.

Primũ eſt opportunitas temporis: cũ d2 cunctis diebus quibꝰ nũc.

Secũdum eſt ſtrẽnuitas op̱is: cum ſubditur. milito.

Tertiũ eſt precioſitas muneris ſeu mercedis; q2 expecto ⁊c.

Primũ inducit ad laborandũ. Secũdum ad dimicandũ. Tertiũ ad expectandũ. Unde patz ꝙ iſta militia eſt laborioſa ⁊ bellicoſa ⁊ penoſa p̱pter expectationẽ. q2 ſpes q̃ differtur affligit aīam. Prouer. xiij.

Circa primũ attendendum eſt ꝙ tempꝰ laboris huiꝰ militie. p̃mo quidẽ h3 diuturnitatẽ: q2 durat cunctis diebus quibꝰ. ſ. homo viuit. Itez habet opportunitatẽ. ſ. p̱ nũc. Eſt ergo laborioſa iſta ſpiritualis militia p̱pter temp̱is diuturnitatẽ ſc3 q2 labor eius durat cunctis diebꝰ quibꝰ homo viuit. Et ratio eſt: q2 ꝙdiu homo eſt in bello ſemp̱ op3 ꝙ laboret ad defendendũ ſe: ſed homo ꝙdiu viuit ſemp̱ eſt in bello vel carnis vel mundi vel diaboli. vnde op3 ꝙ ſemp̱ ſit ſollicitus ⁊ ſemp̱ laboret ad ſui defenſionẽ. Sed in tali labore ⁊ defenſione ĩuenit homo laborẽ ⁊ dolorẽ ⁊ erũnam ⁊ inquietudinẽ. Unde d2 Eccl's. ij. Cuncti dies eius doloribꝰ ⁊ erũnis pleni ſunt; nec p̱ noctẽ quieſcit mẽs eiꝰ. Ubi aduerte ꝙ dies hoīs replent̃ doloribꝰ quãdo affligitur a mũdo. Dolor enĩ aīe eſt vt dicit Aug. xiiij de ciuitate dei. ab his rebus que nobis nolentibus ⁊ diſſentientibus accidũt. Unde

quia quotidie accidunt nobis in mũdo iſto que diſplicent nobis ⁊ que nõ vellemꝰ: ideo cuncti dies hoĩs dicũtur eſſe pleni dolorıbꝰ Unde etiã tullius dicit quarto libro de tuſculanis queſtionibꝰ. ꝙ dolor eſt egritudo crucians. Et vocat egritudinẽ ipam paſſionẽ anime: q̃ aĩa in ſeipſa cruciatˀ dum ſentit ſe habere vel pati ea que ſibi diſplicent. Et talibus doloribus quotidie afficimur. Sed tamẽ ſi homo ſciret talia patientˀ portare ⁊ tales dolores ꝑ rõnem moderari: deus infunderet ei multas cõſolationes. ſm illud pſ. ſm multitudinẽ do. me. coſo. tu. le. ai. me. Sed iterũ dies hoĩs dicũtur eẽ pleni erũnis qñ grauatˀ a carne ſiue ꝑ ipſius ipugnationes. qꝛ caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſiue ꝑ ipſius egritudines. qꝛ ſicut dicit Tullius. Erũna eſt egritudo laborioſa ſenſualitati. Sed egritudo cõcupiſcentie eſt laborioſa rationi ꝓpter difficultatẽ reſiſtendi: ⁊ ſi nõ reſiſtit eſt in triſticia ꝓpter conſcientiã remordentẽ. vnde Eccl'ſ. v. Cũctis diebus vite ſue comedit in erũna ⁊ triſticia Et dicit comedit qꝛ etiam ipſa comeſtio eſt ſibi ad erũne augmentũ: tum qꝛ in ſudore vultus ſui veſcitur pane ſuo: tũ qꝛ etiam ipſa comeſti auget concupiſcentie paſſionem Sed tunc mens hoĩs hꝫ inquietudinẽ: qñ impugnatˀ a demone. vnde dicit ꝙ neqꝫ ꝑ noctẽ. i. per tenebras tentationis diabolice quieſcit mens eiꝰ. Vel ad litterã neqꝫ in nocte qñ homo plus appetit quieſcere ꝑmittit diabolus quieſcere mentẽ eiꝰ vel tentando vel varias ſomniorũ illuſiones imittendo. Job. ix. Non cõcedit requieſcere ſpiritũ meum. Eccl'ſ. viij. Non finitur quieſcere igruente bello. Scdo nota ꝙ tempꝰ laboris miliĉie preſentis hꝫ opportunitatẽ. ſ. qꝛ tunc ẽ tempus opportunũ ad dimicandũ ⁊ militãdum. Et hoc oſtendit taꝫ tpis inſtantia ꝙ̃ loci cõgruentia. Temporis quidẽ inſtantia qꝛ cũ diſtinguantˀ tria tpa humane vite. ſ. preteritũ preſens ⁊ futurũ. In preterito nõ poſſumꝰ militare deo: qꝛ iam ꝑterijt. In futuro iam nõ debemus expectare: quia nullꝰ certus eſt an ꝑueniat ad ſenectutẽ. Unde ſi contingat hoĩem expectare: forte nõ attinget. Et dato ꝙ contingat viuere vſqꝫ ad ſenectutẽ: natura erit debilior ad pñiam faciendam: conſuetudo procliuior ad peccandum: ⁊ hoſtis crudelior ad impugnandũ: ⁊ opera pñie minus grata ad recipiendum

ſicut qui ſeruit dño cum equo claudo ceco ⁊ ſene. ſic qui in ſenectute domĩo ſeruit ſimilis ei eſt qui dat veſtem putridam et conſumptam. quia talis non habet gratiam ſicut ille qui dat nouã. Unde. ij. Corinth. vi. dicitur. Ecce nũc tempus acceptabile. i. quo ſeruitiũ militie xp̃i erit acceptum deo. Hoc idem patet ex loci congruentia. quia lꝫ multa ſint loca: non poteſt tamen in oĩbus militari. Naꝫ dãnati qui ſunt in inferno nõ militãt: quia fuerunt turpiter ab hoſtibus deuicti: ⁊ ideo in carcere cruciantˀ. Illi etiam qui ſunt in purgatorio non militant: quia ibi incluſi ⁊ detenti ſatiſfaciũt pro delictis ſuis. In paradiſo etiam nõ militant: quia ibi iam omnibus deuictis hoſtibus a labore militie totaliter quieſcunt. Relinquitur ergo ꝙ ſolum in loco in quo nũc ſumꝰ. ſꝫ in mũdo iſto ſit locus militandi. ij. Macha. i. Nunc autem hic ſumus. ſ. in loco pugne et militie. Joſue. xxiiij. Nunc ergo timete dñꝫ ⁊ ſeruite ei. Seruite ſcꝫ in exercitio ſpiritualis militie. ſcilicet cõtra vitia viriliter dimicando. B

## Secundo in themate

aſſumpto õſcribitur ſtrẽnuitꝰ operis que inducit ad dimicandum: cum dicitur. milito. Nam militia corporalis inſtituta eſt ad ſtrẽnuũ opus. id eſt ad bellandum pro defenſione patrie vl' reipublice. Unde narrat Eutropius ꝙ romulus inſtituta republica romanorum elegit mille viros fortes: qui eſſent in armis pro defenſione reipublice: quos a numero millenario milites appellauit. Sed militia ſpiritualis ſeruoruꝫ chriſti eſt bellare contra hoſtes ſpirituales. id eſt contra demones ⁊ contra tentationes carnis ⁊ mundi pro defenſione ſalutis anime: ⁊ ne impediantur qui habent ire ad ſupernam ciuitatem celeſtis regni vbi erit optima reſpublica ſemper gaudioſa ⁊ pacifica Unde patet ꝙ vtraqꝫ militia. ſcilicet ⁊ mũdi et dei: poteſt dici bona ex eo ꝙ vtraqꝫ ẽ ad bonum finem ordinata. ſcilicet ad ſalutem reipublice vel anime vt perueniat ad rẽpublicam ciuitatis ſuperne: quia cuius finis bonus eſt ipſum quoqꝫ bonum eſt ſicut philoſophus dicit. Uñ de vtraqꝫ militia exponi poſſit illud quod dicitur. i. Timothe. i. Milites in illis bonam militiam habens fidem ⁊ bonã cõſcientiã. In quibus quidẽ

verbis aplꝰus tria facit.
¶ Nam pͥmo quidē ꝑcipit exercitiū difficile
cum dicit. milites.
¶ Secundo adiūgit officiū laudabile: qꝫ bo
nam militiam.
¶ Tertio vero oſtendit armaturā iuincibi-
lem: cum dicit. habens fidem ⁊ bonam con
ſcientiam.
¶ Circa primū aduertendū eſt ꝙ militare ē
officiū difficile. qꝫ laborioſum. qꝫ frequent̄
oportet milites eſſe in armis ⁊ diſcurſibus
⁊ exponere ſe periculis. Sed tm̄ labor mili-
tie alleuiat̄ multū qn̄ miles recipit bona ſti
pendia vel quādo expectat recipere multū
honorifica pͥmia: tunc em̄ viriliter pugnat
⁊ libenter militat vt vincat. Eſt em̄ licitum
militanti de labore ſuo recipere ſtipendiū.
ſicut medico vel aduocato recipere ſalariuꝫ
ſicut dicit beatus Aug. Sed contra hoc poſ
ſet argui. qꝫ videtur ꝙ militare vel bellare
ꝓpter ſtipendia non ſit licitū. qꝫ illicitū eſt
preferre minꝰ bonū maiori bono. ſed perſo
na ſiue vita pſone eſt maius bonū ꝙ̄ pecu-
nia. ſed qui militant vel bellant propter ſti
pendia exponūt pſonam ⁊ vitam periculo
mortis ꝓpter lucrum pecunie. ergo videt̄
ꝙ militare propter ſtipendia nō ſit licituꝫ.
Sed dicendū ꝙ militare ꝓpter ſtipendiuꝫ
eſſet illicitum ſi in ip̄o lucro vel ſtipēdio po
natur vltimꝰ finis militie. nūc autem ita ē
ꝙ militia aut bellum ordinat̄ ad bonū cōe
ſcꝫ ad ſalutem reipublice vel totius patrie:
que preponenda eſt etiaꝫ ſaluti ꝓprie vite
vel pſone. Ipſum etiam ſtipendiū ⁊ lucruꝫ
militis nō eſt finis pͥncipalis ꝓpt̄ quē mili
tat. qꝫ etiaꝫ ip̄m ordinat̄ ad aliquē finē ho
neſtum ⁊ bonū: puta ad ſuſtentationem ſui
vel familie vel ad ſubuentionē pauperuꝫ ſi
cut ⁊ alia lucra honeſta. Unde de peculio
caſtrenſi qd̄. ſ. filiofamilias in militia degē
ti donatuꝫ eſt: vel qd̄ ip̄e in militia acq̄ſiuit
qd̄ niſi militaret acquiſiturꝰ nō erat: ip̄e fi-
liusfamilias poteſt facē elemoſynā ⁊ cōde
re teſtamentū. qꝫ ꝙ̄tum ad illud paterfami
lias cēſetur. ff. ad mace. l. i. §. vltimo ⁊. l. ij. ⁊
vi. de inoffi. teſta. §. vltimo. Sic militātes
xp̄o in militia ſpūali ſiue ꝓ actibus ſpūali-
bus: licite recipe ſtipendia pecunie vel alia
rum corporaliū. ſicut ſunt ꝑdicatores et ſa-
cerdotes ⁊ eccleſiarꝫ rectores: poſſunt ꝓ la-
bore ſpirituali. nō per modum venditionis
aut emptionis: quia hoc ſimoniacuꝫ eſſet.
vnde dicit̄. i. q. i. Quicq̄d inuiſibilis gratie
conſolatione tribuitur: nunq̄ queſtibus vel
quibuſlibet pͥmijs venūdari penitus debꝫ
Sed tamen accipere poſſunt ꝓ ſuſtentatio
ne ſua: q̄ debetur eis ab his quibus ſpūalia
adminiſtrant ſcḋm ordinationē eccleſie ⁊ cō
ſuetudinē approbatā: ita tm̄ ꝙ deſit inten-
tio emptionis ⁊ venditionis. Et ꝙ ab inui
tis nō exigatur per ſubtractionē ſpirituali-
um que ſunt exhibēda. hoc em̄ haberet quā
dam venditionis ſpeciē: ſed gratis ſpiritu-
alibus pͥus exhibitis: licite poſſunt ſtatute
⁊ conſuete oblationes vel quicūqꝫ alij pro-
uentus exigi a volentibus ei a valentibus
ſoluere auctoritate ſuperioris interuenien
te. Unde predicantibus etiam debentur
temporalia ad ſuſtentationē ip̄orꝫ: non ad
emendū ꝑdicationis v̄bum. vnde ſup illud
i. Thimo. v. Qui bene preſunt p̄ſbyteri: di-
cit gloſa ꝙ neceſſitatis ē accipe vnde viuit̄
ſed charitatꝭ eſt ꝑbere: nō tm̄ venale eſt euā
geliū vt ꝓ his ꝑdicet̄. ſic em̄ vendant ma-
gnā rem vili ꝑcio. Sic etiam aliqua tp̄alia
dantur celebrantibꝰ miſſas: vel dicentibus
officiū eccleſiaſticum ſiue ꝓ viuis ſiue ꝓ de
functis: non quaſi preciū ſed quaſi ſuſtenta
tionis ſtipendiuꝫ. Item ille qui nō tenetur
ex officio ſpiritualia exhibere: poteſt ꝓ eis
eodem modo recipere aliquid temporale.
xij. q. ij. charitatem. Ex quo ſumitur argu-
mentū ꝙ ſacerdos poteſt locare operas ſu
as ſi non habeat alias vnde viuat. Item ꝓ
ꝓceſſionibus que fiūt pro funeribꝰ alique
elemoſyne recipiuntur: que ſi aliquo pacto
interueniente fierent aut cum intentoe em
ptionis ⁊ venditionis fierent. ſimoniacum
eſſet. Unde illicita eſſet ordinatio ſi aliqua
eccleſia ſtatueret ꝙ non fieret proceſſio in
funere aliciꝰ: niſi ſolueret certam pecunie
ꝙ̄titatem. qꝫ per tale ſtatutū precluderetur
via gratis aliquibus officiū pietatis impē-
dendi: magis auteꝫ licita eſſet ordinatio ſi
ſtatueretur ꝙ oībus certam elemoſynā dā
tibus talis honor exhiberet̄. qꝫ ꝑ hoc nō ꝑ-
cluderetur via alijs exhibendi. pͥma etiā or
dinatio habet ſpēm gratuite recōpenſatio-
nis. Illi etiā qui dant paupibꝰ elemoſynas
vt impetrēt orationū ſuffragia: nō dant vt
intendētes emere orōnes: ſꝫ ad ꝓuocandū
pauperū animos vt gratꝭ ⁊ ex charitate o-
rent ꝓ eis. Et ſic patꝫ q̄uo tam milites dei
ꝙ̄ mūdi nō debent ſuis ſtipendijs militare
Et ideo querit̄. i. Corinth. ix. Quis militat
ſuis ſtipendijs? qua. di. nullus. ¶ Secūdo in

auctoritate inducta ſpecificat officiū lauda
bile.ſcꝫ bonam militiā. Ubi aduertendū eſt
ꝙ bona militia poteſt dici nō ſoluꝫ militia
ſpiritualis de qua apl's dicit.ij. Corinth.x.
ꝙ arma militie noſtre nō ſunt carnalia ſed
ſpiritualia.ſꝫ etiam militia corporalis.que
ſcꝫ ad defenſionē reipublice ⁊ ad repreſſio-
nem rebelliū armis corporalib⁹ vtit. Unō
etiam in ſacra ſcriptura ſancti viri militaſ-
ſe legūtur huius militia ſicut dauid. Unde
Augu.ad bonifaciū. Noli exiſtimare nemi-
nē deo placere poſſe qui armis bellicis mi
niſtrat. Et in his erat ſanct⁹ dauid cui dñs
magnū teſtimoniū ꝓhibuit. Iteꝫ iudas ma
chabeus de quo dicitur.i. Macha.iij. ꝙ ꝓ-
liabatur preliū iſrael cum leticia ⁊ dilatauit
gloriā populo ſuo. Et ſimon frater eius di-
xit.i. Macha.xvi. Uos ſcitis quāta ego et
fratres mei ⁊ dom⁹ patris mei fecimus ꝓ
legibus ⁊ pro ſanctis prelia. Ex quibus pꝫ
ꝙ bona erat eoꝝ militia.quia ordinabatur
ad reipublice defenſionē ⁊ ad diuini cultus
conſeruationem. In populo etiam chriſtia
no inſtitute ſunt quedā religiones ad mili-
tandum:vt religio hoſpitalarioꝝ ſancti Jo
hānis. nō quidē propter aliquid mūdanū
ſed ꝓpter defenſionē diuini cultus ⁊ publi-
ce ſalutis: vel etiam pauperū ⁊ oppreſſoꝝ.
ſm illud ps. Eripite pauperem ⁊ egenū.de
ma.pec.li. Item ille bonus centurio.de quo
dñs dixit. Non inueni tantā fidem in iſrael.
dixit Matth.viij. Nam ego hō ſum ſub po
teſtate conſtitut⁹ habens ſub me milites.
Sed notandum ꝙ ad hoc vt illa militia ſit
bona ⁊ licita opꝫ attēdere ad quatuor. Pri-
mo ad militantis ſtatū. Oportet eñ ꝙ mi
litans ſit in ſtatu laicali: qꝛ clericis eſt iter-
dicta militia ⁊ arma aſſumere ⁊ bellare vel
ſanguineꝫ fundere.xxiij.q.viij. Clerici.niſi
in neceſſitate ineuitabili. Secūdo dꝫ atten-
di ad militie exercitiū qḋ eſt bellare in quo
etiaꝫ milites laici male militarent niſi eſſet
bellū iuſtum. Nam aut conſtat bellum eē iu
ſtum:puta quādo manifeſtum eſt: quia ge
ritur auctoritate ꝑncipis:quia priuata ꝑſo
na ſuū ius poteſt i iudicio ꝓſequi. Iteꝫ ꝙ ſi
ex iuſta cauſa.ſ.quia illi qui impugnant ex
aliqua culpa hoc meruerūt. Unde augu.di
cit in libro queſtionū. Juſta bella dñt diffi-
ri que vlciſcūtur iniurias:ſi gēs vel ciuitas
plectenda eſt:que vl' iudicare neglexerit qḋ
a ſuis improbe factum eſt: vel reddere qḋ
per iniuriā ablatum eſt. Item ꝙ ſit intētio

recta bellantiū: qua ſcꝫ intendatur vt bonū
ꝓmoueatur:vel vt malum vitetur. Quādo
igitur ſic conſtat bellum eſſe iuſtum licet ſe-
culari bellare. Aut conſtat bellum eē iiuſtū
⁊ tunc non licet. Aut eſt dubiū ⁊ tunc lꝫ ſub
dito bellare ad mandatuꝫ ſuperioris: quia
excuſatur propter bonū obediētie: licet for
te peccet dñs contra deum male ꝑcipiendo
⁊ milites ⁊ ſeruiētes.⁊ ſtipēdiarij extranei
nō credūtur excuſari:qꝛ nō excuſat eos bo-
nū obedientie ſicut ſubditos: nec debent ſe
diſcrimini in dubio cōmittere vt iuuent ali-
quē in preiudiciū alterius. Quia ſicut dicit
Ambroſius. Si non poteſt alicui ſubueni-
ri quī grauetur alter: cōmodius eſt neutrū
iuuare ꝙ grauare alterum.xiiij.q.v.deniqꝫ
Tertio debet attendi ad militantis ſalariū
vt ſi fraudulenter querat ſtipendiū qḋ ſibi
non debetur:puta ſi nō habuit equos quot
debuit habere: ⁊ repreſentauit equos alie-
nos pro ſuis: vel ſi dixit mendaciter equuꝫ
perijſſe vt haberet emendam. Item ꝙ non
velit ſalariū īmoderatum: quia videat ali-
quos indigere probitate ſua. Item ꝙ vltra
ſtipendium ſibi debitum aliud nō querat:a
lioquī reputaretur predo non miles. Unde
auguſtin⁹. Propterea quadam prudentia
ſunt militantibus ſtipendia conſtituta: ne
dum ſumptus queritur predo graſſet.xxiij
q.i.militare. Unde Luce.iij. Contēti eſto-
te ſtipendijs veſtris. Johānes baptiſta mi
litibus dixit. Quarto debet miles vitare mi
litie abuſum: qui eſt in concuſſiōe innocen
tū.ſiue ad oſtētationem viriū cum nocumē
to hominū ⁊ rerum. Sic inuenta ſunt torne
amenta ⁊ ictus lancearum ⁊ huiuſmodi:lꝫ
non prohibeantur quedaꝫ exercitia militie
vt curſitationes ⁊ verſiones deſtrariorū et
ars percutiendi ⁊ defendendi ⁊ proijciendi
tela. Unde.ij. Regum.i. Dauid precepit vt
docerent filios iſrael arcum id eſt artem ſa
gittādi. Sic ergo patet quomodo poſſit di
ci bona militia ſecularis. Sed de bona mili
tia ſpirituali informat apoſtolus militare
volenteꝫ dicens.ij. Thimo.ij. Labora ſicut
bonus miles ieſu chriſti. Ubi oſtenditur ꝙ
ad bonam militiam requiritur ꝙ militet di
ligenter:⁊ decēter:viriliter: ⁊ ſalubriter. Di
ligentia notatur in labore: decentia in mili
te:virilitas in bono milite: ſed ſalubritas ī
milite chriſti ieſu. Felix ergo miles eſt qui ē
diligens in labore:decens in conuerſatōne
virilis in actiōe:ſalubris in intentōe. Ter

Ho in auctoritate ſuperius inducta additur
armatura inuincibilis.ſcꝫ vt ſit habens fidē
⁊ bonam conſcientiam.quia bona conſcien
tia nihil metuit. Dicit enim ſeneca ꝙ nihil
timendum facit animū niſi reprehenſibilis
vite conſcientia. Ergo econtrario ꝯſcientia
irreprehenſibilis vite facit animū impaui-
dum. Hanc armaturam habebat qui dixit
Actuū.xxiij. Ego oī conſcientia bona cōuer
ſatus ſum ante deū. Sed fides vera ē ſicut
ſcutum qđ omnes ictus aduerſarij repellit.
Unde apl'us Ephe.vi. In omnibꝰ ſumen-
tes ſcutū fidei: in quo poſſitis oīa tela neqſ
ſimi ignea extinguere. T

## Tertio notatur in the-

mate aſſūpto precioſitas muneris ſiue mer
cedis. quia expecto donec veniat imutatio
mea. Notanduꝫ ꝙ duplicem imutationem
expectat miles xpi. Unam in morte: aliā in
reſurrectione. Prima erit ad glorificationē
aīe: ſecūda ad reformationem ⁊ glorificati
onem corporis. Et de hac expectatione dr
Jacobi.v. Ecce agricola expectat precioſuꝫ
fructū terre.pacienter ferens donec accipi-
at tēporaneū ⁊ ſerotinū. Tēporaneus fru-
ctus eſt premiū qđ redditur aīe tempe mor
tis vel pro labore vite temporalis. Sed ſe
rotinus ē quē recipiet ſero.i.in fine mundi
Apl'us philip.iij. Saluatorē expectamꝰ do
minū noſtrū ieſum xp̄m qui.re.cor.⁊c. Sꝫ
notandū ꝙ primā imutationem miles xp̄i
cū magno deſiderio expectat triplici rōne.
Primo ratōe veritatis cognoſcende. Nam
ī vita iſta quaſi nulla pfecta ratio de rebus
reddi poteſt. Quis enī redderet rationē ſo-
lum de herbis ⁊ plātis: quomodo ſint ſic fa
cte: ⁊ parue ⁊ magne ⁊ virtuoſe? Uñ Eccl's
viij. Hoc intellexi ꝙ omniū operum dei nul
lā poſſit hō inuenire rationem. Sed in illa
viſione dei videbuntur oīa. Unde Grego.
Quid eſt qđ non videant qui videntem oīa
vident? Eſa.viij. Expectabo dominū q̄ ab-
ſcondit faciem ſuā a domo Jacob ⁊ preſto-
labor eum.quaſi di.qui nunc abſcōdit faciē
tunc reuelabit eam: tūc in viſione faciei ſue
videbimꝰ. Secūdo rōne beatitudinis aſſe-
quēde. Nam beatitudo ab oībus hoībus de
ſideratur: ⁊ a quocūqꝫ peteretur ſi vellet be
atus eſſe reſpōderet ꝙ ſic. Unđ q̄cquid po
tuit ſalomō facere vt iueniret in mūdo iſto
beatitudinē fecit.vt teſtat in Eccl's.ij. Feci
inquit mihi domos plātaui vineas ⁊c.ſeqt
Et oīa que deſiderauerūt oculi mei non ne
gaui eis ⁊c. Cūqꝫ me cōuertiſſeꝫ ad vniuer
ſa opa que fecerant manus mee ⁊ ad labo-
res meos in quibus fuſtra ſudauerā: vidi
in omnibus vanitatē ⁊ afflictionē ſpiritus ⁊
nihil pmanere ſub ſole. Item quidā philo-
ſophoꝝ poſuerunt beatitudinē in diuitijs:
quidā in honoribus: quidā in voluptatibꝰ:
⁊ quidā nō inuenientes in vita iſta poſue-
runt in alia. Unde ⁊ nos dicimꝰ ꝙ beatitu-
do eſt ſtatus omniū bonoꝝ aggregatione
pfectus.qui quia non inuenit in vita iſta:
opꝫ ꝙ expectetur in alia. Unde Thobie.ij.
Uitam illā expectamus quā deus daturus
eſt. Secūdo rōne quietis poſſidende. nō eī
quietat res niſi in ſuo loco vt dicit phūs.ſi-
cut patet in piſce lapide ⁊ igne.ſed nō inue
nitur niſi in deo ⁊ nō dum homo viuit hic.
Unde Michee.ij. Surgite ⁊ ite qꝛ non ha
betis hic requiē. Secūda imutatio quā ex
pectat miles xp̄i erit in reuſrrectione: quā-
do corruptibile hoc.ſ.corpus induet incor-
ruptione ⁊ imortalitatē.⁊ tūc ſicut dicitur.
i.Corinth.xv. Omnes quidē reſurgemus
ſed nō oēs imutabimur. Nam mali nō imu
tabūtur in mutatione glorificationis: ſꝫ tm̄
boni glorificabūt. Ad quā glorificatōeꝫ ⁊c.

In funere alicuiꝰ militis religioſi.vt ſan
cti Johānis ⁊c. Sermo XX

## Militia eſt vita ho-

minis ſup terrā. Job.vij. Sicut
dicit in principio inſtitutionuꝫ.
Imperatoriā maieſtatē nō ſolum armis de
cet eſſe decoratā: ſed etiā legibus armataꝫ.
Ratio autē huius eſt: qꝛ legibus dirigūtur
ſubiecti: ſed armis reprimūtur vel ſubiugā
tur aduerſarij. Per iſtum modū imperator
celeſtis deus in cuius manu eſt poteſtas ⁊
imperiū. primo quidē rēpublicā ſuam.ſcꝫ
humanā naturā ſue.ſ.maieſtati ſubiectam
ſapientiſſimꝰ legibus decorauit.ſ.lege vete
ri decorata per angelos in manu mediato-
ris.i.moyſi: deinde lege noua ⁊ euangelica
data p verū mediatorē deū ⁊ hoīem ieſum
xp̄m quē moyſes figurauit. Scđo ꝯo ean-
dem rēpublicā vt eſſet etiā armis munita
fortiſſima militia circūcinxit illoꝝ videlicet
militū de quibꝰ dr Zacha.ix. Circūdabo do
mū meā.i.eccleſiā ex his qui militant mihi
De quoꝝ etiā numero militū ſpecialiter di
ci poſſunt p̄cipue illi milites q̄ deo militant
⁊ de preſenti ſunt ſiue ad defenſioneꝫ terre

ſancte ⁊ fidei catholice ꝯtra infideles. ſicut
ſunt hoſpital' : qui ſūt quaſi milites regine.
vnde ⁊ milites beate virginis nūcupantur
Aduertendū eſt ꝙ deus hȝ duo loca ꝑcipu-
a vbi tenet militiā ſuam. Naȝ vnꝰ locus eiꝰ
eſt in quo milites eius ꝓbantur. q᷑ etiā ro
mani āti cuitus anteꝙ̄ tyꝛones militie ſue
aſſcriberent: multū eos ꝓbabant. Unde eti
am. iiij. Regum. xxv. d᷑ ꝙ ſopher ꝑnceps
exercitus ꝓbabat tyꝛones de populo terre.
Alius vero locus eſt in quo milites ꝓbaſ-
ti honoꝛantur ⁊ ꝑmianť. Locus ergo ī quo
milites dei ꝓbantur eſt ſuper terram. Sed
locus in quo pꝛemiātur eſt ſuꝑ celos. vnde
⁊ militia celeſtis vocať que ex angelis ⁊ ho
minibus conſtat. vnde Luce. ij. Facta ē cū
angelo multitudo militie celeſtis. De nume
ro etiam militum qui ꝓbantur ſuper terrā
eſt quilibet homo viuēs in iſta vita moꝛta
li. vnde tota vita hoīs eſt quaſi ꝓbatio mi
litis. Et ideo dicitur in verbis ꝓpoſitis ꝙ
militia eſt vita ⁊c. In quibꝰ quidē ver
bis loquēs beatꝰ Job de vita moꝛtali hoīs
ponit de ipā tria.

Nam ꝑmo quidē oſtendit. ꝙ eſt difficilis
⁊ laboꝛioſa. ſ. q᷑ militia eſt.

Scđo vero innuit ꝙ eſt bꝛeuis ⁊ calamito
ſa. q᷑ vita hoīs eſt.

Tertio ꝙ eſt vilis ⁊ ignominioſa: q᷑ ſuꝑ
terram eſt.

# Circa primū attenden

dum eſt ꝙ vera ꝓbatio militum eſt in exer
citio belloꝝ. Ualde auteȝ difficile ⁊ laboꝛio
ſum eſt ꝯtinue bellare ⁊ opoꝛtere ſemꝑ eſſe
ſub armis militie. Sed ꝙ̄diu hō hic viuit
vndiqȝ bella fremūt ſaltem tentationū ſiue
a carne ſiue a mundo ſiue a demone. q᷑ iſti
ſunt hoſtes hominū q̄ militant aduerſus a
nimā. vnde alia littera Job habet. Tentatio
eſt vita hoīs ſuper terrā. Et idcirco ſemper
opȝ hoīes ſi volunt euadere eſſe ſub armis
militie ⁊ nunꝙ̄ ea deponere. de quibꝰ dicit
ꝑhia Boetio. Talia inquit cōtuleramus ar
ma: q̄ niſi tu pꝛioꝛ abieciſſes: īuicta te firmi
tate tuerētur. Et de his armis dicit apl'us
ij. Coꝛinth. x. Arma militie noſtre non ſunt
carnalia: ſed potētia deo ad deſtructionem
munitionū. Ubi arma ſpūalia vt feruentiꝰ
aſſumamꝰ illa quadrupliciter cōmendātur

Primo a neceſſitate: quia arma ſunt. ⁊ iō
neceſſaria nobis.

Secundo a congruitate: quia conueniūt
militie noſtre.

Tertio ex durabilitate: q᷑ non ſunt carna-
lia. que cito deficiant. ſed ſpiritualia q̄ ſem
per durant.

Quarto quoqȝ ex virtute. quia potētia deo
ad deſtructionē ⁊c.

Circa primū nota ꝙ homo licet ſit foꝛtis
⁊ audax: tamen ſi ſit inermis non eſt ſecu-
rus contra hoſtem. vnde arma confoꝛtant
audaciā. Sūt autem arma īuaſiua quibus
hoſtis impugnatur vt enſis lancea ⁊ huiuſ
modi: ⁊ defenſiua quibus homo pꝛotegitur
vt ſcutum loꝛica ⁊ huiuſmodi. Et hec eſt dif
ferentia inter iſta. q᷑ inuaſiua nō poꝛtātur
cōtinue: ſed ſolum quādo hoſtem vult ꝑcu-
tere. defenſiua vero ſemꝑ maxime ſi ſit inť
hoſtes ⁊ neſciens locum ⁊ quando debeat
inuadi. Spiritualiter aūt arma quibus dia
bolus impugnatur a nobis ſunt opa virtu
tum. vnde nō opȝ ſemꝑ iſta habere. nō enī
poteſt homo ſemper operari nec expedit: ſȝ
ſufficit arma hec. i. opa habere loco ⁊ tem-
poꝛe. ſicut viſo paupe tunc eſt tempꝰ dandi
elemoſynā: ⁊ quādo occurrit materia ope-
randi. Arma vero defenſiua ſunt habitꝰ vir
tutū: quibꝰ hō ſtat ſecurus ne ledať. Ephe.
vi. Induite vos armaturaȝ dei vt poſſitis
ſtare aduerſus inſidias diaboli. Figura hu
ius eſt ꝙ quando perſequebanť filios iſrl'
egyptij armati aſcenderunt. Sicut enī ſcꝫm
naturaȝ homo nudus ⁊ inermis eodeȝ ictu
leditur ⁊ occidiť: ſic homo nudus grā ⁊ vir
tutibus quādoqȝ ictu tentationis ſic ꝑcuti-
tur ꝙ moꝛiť. Et ſi arma virtutuȝ haberet
euaderet ⁊ reſiſteret ꝑiculo. Unde Roma.
xiij. Induamur arma luc. Et dicit lucis. q᷑
reddūt nos illumiatos ⁊ cautos ꝯtra inſi-
dias hoſtis. Scđo ī auctoꝛitate īducta cō
mendātur arma ꝟtutū ex cōgruitate. quia
militie nr̄e. ſ. cōgruētia. Ubi aduertendum
ꝙ militia noſtra ē militia dei: q̄ hȝ pugna-
re ꝯtra exercitū diaboli. Diabolus aūt facit
exercitū de tribus militijs. ſ. de militia ſua:
de militia carnis: ⁊ de militia mūdi. Mili-
tia aūt diaboli eſt ꝯgeries pctōꝝ ſpūalium
vt ſuꝑbie vane glorie inuidie ire ⁊ accidie.
Cuius militie milites ſūt diuerſe ſpecies et
modi dictoꝝ vicioꝝ. Et talis militia vocať
militia celi: q᷑ diabolus de celo cecidit cū ta
libus vicijs. Qñ g̃ miles dei oībus tētatio
nibus taliū vicioꝝ ſpūaliū foꝛtiter reſiſtit:
tunc militia celi. id eſt demonuȝ qui de celo
ceciderunt. id eſt omnis virtus coꝛum: ta-

beſcit ⁊ cadit. Eſa.xxxiiij. Tabeſcet omnis
militia celoꝝ: ⁊ omnis militia celoꝝ defluet
Alia militia eſt carnis: cuius milites ſunt
deſideria carnalia ⁊ imūda. hec militia vin
cit abſtinendo ab ipſis carnalibꝰ deſiderijs
ſm illud .i. petri .ij. Obſecro vos abſtinere
a carnalibus deſiderijs que militant aduer
ſus aīam. Tertia militia eſt militia mundi
cuius milites ſunt concupiſcentie proſperi
tatis, ſcʒ diuitiarū delitiaꝝ ⁊ honorū. Item
timores aduerſitatis. vnde proſperitas et
diuerſitas ſunt duo latera ſiue acies militie
mundi. Qui ergo tam magnanimus eſt ꝙ
proſpera deſpiciat ⁊ aduerſa nō metuat: ta
lis poteſt dicere de mūdo illud Judith. vi.
Gladius militie mee tranſiet per latera eiꝰ
Gladius iſte ē virtus magnanimitatis: q̄
tunc per latera mūdi pertranſit quādo pro
ſpera mundi contēnit: ⁊ eius aduerſa non
metuit. Tertio cōmendātur arma ſpūalia
ex durabilitate: quia nō ſūt carnalia que .ſ.
cum carne deficiant ſed potius cuʒ ipo ſpi-
ritu remanēt ⁊ perdurant. Duplici ergo ra
tione dicūtur non eſſe carnalia. Primo ra-
tione ſubiecti: qꝛ habitus virtutum que ſūt
arma aīe defenſiua non ſunt in carne que
infirma eſt. ſm illud Math. xxvi. Spiritꝰ
promptus eſt caro aūt infirma: ſed ſunt in
mente que ſtabilis eſt ⁊ perpetua. Et ideo
dicit Aug. ꝙ virtus eſt bona qualitas mē-
tis. Et vnūquodqꝫ eſt in aliquo ſm modū
eius in quo eſt. ⁊ ideo ſunt in mēte habitus
virtutū ſtabiliter ⁊ firmiter. Et ideo dicun-
tur habitus: qꝛ ſm philoſophū habitus eſt
qualitas difficile mobilis. Sed illa rō non
ſic intelligenda eſt vt intelligat̃ concludere
ꝙ virtutū habitus qui ſunt in mēte ſic ſint
ibi ſtabiliter ⁊ firmiter ꝙ non poſſint amit
ti: qꝛ habitus virtutis infuſe per vnū actuʒ
peccati mortalis tollit̃: licet aīa in qua ſunt
habitus virtutū ſit ſtabilis ⁊ perpetua ſm
ſubſtantiā: cum ſit indiſpoſita ad talem for
mā vel habitū per contrariā diſpoſitionem
pctī. Nec etiam obſtat ꝙ virtꝰ recipitur in
aīa ſm modū anime: qꝛ quis ſubſtātia aīe
ſit ſtabilis ⁊ perpetua: tn̄ virtus recipitur i
aīa mediante potentia rationali: cuius pro
prietas eſt vt in oppoſita poſſit. Et ideo nō
ſic firmatur p habitum virtutis: q̄n poſſit i
oppoſitū p quod ipſe habitus tollitur. Nec
etiam repugnat hoc ei qd̄ dicit philoſophꝰ
ꝙ habitꝰ eſt difficile mobilis: qꝛ nulla res
eſt adeo ſtabilis que nō ſtatiʒ ex ſe deficiat
ſua cauſa deficiente. Unde nec eſt miruʒ ſi
deficiente cōiunctione anime ad deum qui
eſt cauſa infuſionis virtutū in aīam p mor
tale pctm̄: deficiat virtus infuſa: nec hoc re
pugnat ſue imobilitati que intelligi nō po-
teſt niſi ſua cauſa manente. Sed nihilomi-
nus arma ſpiritualia virtutū que ſunt in a-
nima dicūtur eſſe durabiliora ⁊ ſtabiliora
q̄ ea que fundant̃ in carne. tū qꝛ ipſa caro
deficit ⁊ aīa non deficit: tuʒ quia aīa arma
virtutū non perdit niſi voluntarie. Ea aūt
que fundātur in carne vt ſunt ſanitas ⁊ for
titudo ⁊ pulchritudo perdūtur etiā inuite.
Et iterū quia diſpoſitiones que ſunt in car
ne habent cauſas magis tranſmutabiles.
vnde nō ſunt ſimpliciter difficile mobiles.
Sed qualitates aīe dicūtur ſimpliciter diffi
cile mobiles ꝑpter imobilitatē ſubiecti. vn
de ⁊ ſimpliciter dicūtur habitus. Secundo
arma militie noſtre dicūtur non eſſe carna
lia: qꝛ ſcilʒ opera virtutū que ſunt vt arma
offēſiua nō ſunt pro carnali cōmodo ſʒ pro
ſpirituali faciendo. Unde apl's .ij. Corinth.
x. In carne ambulantes nō ſm carnē mili-
tamus .i. ſm glo. non pro cōmodo carnali.
Quarto cōmendātur arma ſpūalia ex vir
tute: quia ſunt potentia .i. fortia deo .i. per
deum. Nam videmꝰ etiam in naturalibus
ꝙ virtus inferior nō ſufficit ad agendū ni-
ſi confortetur a ſuperiori virtute. ſicut virtus
terre nō ſufficeret ad fructificandū niſi iu-
uaretur ⁊ confortaret̃ a virtute celeſtiū cor
porum: nec virtus hoīs ſufficeret ad agen
dum niſi iuuaret̃ a virtute ſolis. propter qd̄
dicit philoſophus ꝙ homo generat hoīem
⁊ ſol. Sic nec virtutes humane ſufficerent
cōtra hoſtes ſpūales niſi iuuarent̃ ⁊ cōfor
tarentur a deo. Unde apl's philip. iiij. Oīa
poſſum in eo qui me ꝯfortat. Et dominus
ait. Johā. xv. Sine me nihil poteſtis facere
vnde ſufficientia noſtra ex deo eſt. vt dr̄ .ij.
Corinth. iij. Sed ad quid ſint potentia ar-
ma ſpūalia oſtenditur cū ſubditur. ⁊ deſtru
ctionē munitionū .i. calliditatū hoīm vel de
monū. frequēter em̄ demon callide tentat ⁊
impugnat hoīem ſub ſpecie boni vel vtilis
ſuggerens noxia. Et tales calliditates ſunt
eius munitiones quas circa animaʒ ponit
vt capiat eam. Eſa. xxxiij. Paliurꝰ in muni
tiōibus eius. Paliurꝰ eſt carduus cum quo
applanatur pānus. cū quo aliq̄n ille qui vē
dit pannos veteres pannū attritū ⁊ veterē
ita deducendo, carduos ſuper ipm̄ facit ele

uare pilos ⁊ apparere piloſum ꝙ videtur
quaſi nouus: ⁊ ſi ſit ibi mēda non apparet
ſuper dictis pilis. Et ſic diabolus facit in
callidis tentatōnibus ſuis: quia illud quod
eſt malū ⁊ noxiū facit apparere bonū ⁊ vti-
le. vnde ipē tranſfigurat ſe in angelū lucis.
Sed armatus ſpiritualibus armis virtutū
vt fide ⁊ prudentia: faciliter auertit ⁊ euer-
tit iſtas munitiones. B

Secūdo in themate aſ
ſumpto oſtēditur vita humana eſſe breuis
⁊ calamitoſa. ſcʒ eo ipō ꝙ vita hominis eſt
Nā vita hominis eſt calamitoſa: id eſt cala
mitatibꝰ ⁊ miſerijs plena. Non eñ inuenit
homo qui non habeat ſuā miſeriā. Nā ali-
quis habet miſeriā paupertatis: aliquis fa
tuitatis ⁊ diuerſoꝝ modoꝝ. ⁊ ſunt alie fere
infinite miſerie quibus hominis vita ē ple
na. Et ideo ex magna dei miſericordia eſt
ꝙ ſit vita homis breuis. ſm illud Iob. xiiij
Homo natus de muliere breui viuens tem
pore repletur multis miſerijs. Sed nihilo-
minus videmus ꝙ homo diligit vitā ⁊ me
tuit mortem. Sed ſi diligitur vita miſera:
multomagis debet diligi vita beata. Et ſi ti
metur mors temporalis ⁊ corporalis: mul-
tofortius timeri debet mors eterna. Sed vi
dete ꝙ non eſt in poteſtate hominis retine
re vitā corporalē: nec eſt in eius poteſtate vi
tare mortē temporalē. Eſt tamē in eius ar-
bitrio poſitū habere vitā eternaʒ ⁊ euadere
eternā mortē. Et hoc eſt quod dicitur Eccī.
xv. Ante hominē vita ⁊ mors bonū ⁊ malū
quod placuerit ei dabitur illi. In quibus
quidem verbis deſcribuntur tria.

Primo differētia premij: quia ante homi
nem vita ⁊ mors.

Secundo diſtantia meriti: quia bonum
⁊ malum.

Tertio libertas arbitrij: quia quod placue
rit ei ⁊c. Circa primū attēdendū eſt ꝙ pre
miū bonoꝝ eſt vita: premiū vero malorum
eſt mors. Et iſta poſita ſunt ſcʒ per fidem ⁊
ſacrā ſcripturā ante hominē vt contemple
tur ⁊ conſideret ea. Primo ergo ante homi
nem eſt poſita per fidem vita ſcʒ beata: que
erit bonoꝝ premiū. ſicut dicit Deut. xxviij.
Erit vita tua quaſi pendens ante te. Hanc
vitā ſcʒ beatā multū deberet homo deſidera
re: ⁊ ad eā habendā ſine pigricia laborare.
Nā ille qui hʒ vitā penurioſam ⁊ durā ⁊ po
teſt ire ad locū vbi habebit delicatiſſimaʒ ⁊
abūdantiſſimā ⁊ nobiliſſimā vitā: non pi
gritat ſurgere ⁊ ire. Figura habetur de hoc
in filio ꝓdigo qui diſſipauit ſubſtantiā ſuā
viuendo luxurioſe. ⁊ poſtea cepit egere ⁊c.
Et ſubditur. Surgā ⁊ ibo ad patrē meū ⁊c.
Luce. xv. Sic homo cupit hic ſaturari de tē
poralibus nec poteſt tot habere vt impleat
vel ſatietur auaricia eius. vnde ſemper eſt
ī fame: ſꝫ ſi vellet ire ad domū patris. ſcʒ ad
celū tunc cibaretur pane vite ⁊ intellectus:
⁊ haberet vitā nobiliſſimā ⁊ interminabilē
Nā homo in vita iſta habet triplicē vitam
ſcʒ vegetabilē in qua cōicat cum plantis: ⁊
ſenſibilē in qua cōicat cum brutis: ⁊ intelle
ctualē in qua cōicat cū angelis. Sʒ vita ve
getabilis ⁊ ſenſibilis non eſt ſine corpore:
vita aūt intellectualis eſt anime propria.
Quando igitur moritur homo ſm corpus
non remanet in anima niſi vita ⁊ operatio
intellectualis: que eſt vita nobiliſſima ⁊ ope
ratio. Et maxime ī his animabus que ele-
uantur ꝑ gloriā ad viſionē diuine eſſentie.
in qua viſione anima que non habet aliaʒ
operationem nec appetitū niſi intellectualē:
ita in dei cognitione repletur ⁊ ſatiatur ⁊ de
lectatur ꝙ eſt in ſumma delectatione ⁊ frui
tione gaudioſa. Et quia ibi non eſt vita
vegetatiua. nec appetit anima comedere vl
bibere: nec patitur famem vel ſitim nec ali-
quā indigeſtionē: nec aliquaʒ intemperan-
tiā humoꝝ: nec aliquā egritudinē. quia iſte
ſunt paſſiones que ſequuntur vitā vegeta
tiuā: que modo ibi locū non habet. ſicut nec
lapis qui non habet vitā vegetabilē patit
aliquid hoꝝ. Itē quia non eſt ibi vita ⁊ ope
ratio ſenſitiua. Non eñ habetur ibi appeti
tus alicuius delectationis ſenſibilis vel ſm
tactū vel ſm guſtuʒ vel ſm aliquē ſenſum:
nec habere talia ſenſibilia eſſet eis ad dele-
ctationem. Sicut nec ouis ſi tu apponeres
ante eam carnes delectaretur: quia non eſt
appetitus ſuus ad carnes: ſed ad herbas. ſꝫ
leo econtrario. Unde quia ibi eſt tm̄ appe-
titus qui ſequitur vitam intellectualē: ideo
ſunt ibi ſolū delectationes intellectuales q̄
ſunt delectatiōes nobiliſſime: quia ſunt ſm
altiſſimas potentias. ſcʒ ſm intellectū ⁊ vo
luntatem: ⁊ ſunt in altiſſimo ⁊ nobiliſſimo
obiecto. ſcʒ in deo. Nam ſi non eſſet in hoīe
niſi virtus viſiua oculorum: tunc tota dele-
ctatio hominis eſſet in videndo pulchros
colores ⁊ pulchras figuras. Et ſi eſſet poſ-
ſibile ꝙ eſſet vna figura pulcherrima ī qua

repreſentarentur oēs figure ⁊ colores pul-
chri: tunc nollet videre niſi illā. Sic eſt de in-
tellectu beato reſpectu dei. vnde iſtū intelle-
ctum petebat pš. dicens. Intellectū da mihi
⁊ viuā. ſcꝫ vita eterna. quia hec eſt vita eter
na vt cognoſcant te ſolū verū deū ⁊c. Joh.
xvij. Secundo ante hominis conſpectum
eſt poſitū premiū malorū. ſcꝫ mors eterna.
Abachuc. iij. Ante faciē eius ibit mors. ſcꝫ
eterna que eſt mors gehēne. De morte cor
porali videmus ꝙ mors tolerabilior eſt qñ
homo moritur ex ſolo defectu nature: puta
poſt longū ſeniū: ſed horribilior mors vide
tur. vel quando homo moritur morte violē
ta: puta quando occiditur gladio vel morit
fame aut morte peſtilentiali. Et talibꝰ mor-
tibus aſſimilatur mors gehenne: qua mori
untur peccatores finaliter impenitētes. Un
de Hiere. xliij. Morientur in gladio ⁊ fame
⁊ peſte ⁊ non effugient a facie mali qđ ego
afferam ſuper eos. Dicit ergo primo moriē
tur in gladio. Gladius eni qui vulnerando
inducit diuiſionē ⁊ ꝙdiu manet in vulnere
non inducitur ſanatio: eſt vltio diuine ſen-
tentie ſeparans hominē a deo ⁊ ſemper ma
nebit. ij. Reg. xij. Non recedet gladius de
domo tua vſqꝫ in ſempiternū. Sequitur. ⁊
fame. Quando homo non habet cibaria q̄
appetit ⁊ nihil datur ſibi quod vult: ſolet di
ci ipē morit fame. ſic erit ibi: qꝛ auferet oīs
bona copia: ⁊ omne quod deſiderabit nega
bit. ſicut patet Luc. xvi. i diuite epulone vñ
dicitur Deut. xxxij. Conſumentur fame ⁊
deuorabunt eos aues ⁊c. Sequitur. ⁊ peſte
Peſtis dicitur a paſcēdo: quia eſt morbus
peſtilentialis depaſcens ⁊ affligens: qui de-
ſcendit per totū hominē. In quo notatur ꝙ
illa mors habet omnis mali copiā: ⁊ gigni-
tur ex aere corrupto. Et ſic illa pena ex cor-
ruptione peccati. Unde Exod. ix. dicit pha
raoni: id eſt diabolo. Percutiā te ⁊ populuꝫ
tuū peſte. Sequit etiā. ⁊ non effugient a fa
cie mali quod ego afferam ſuper eos. Ubi
notatur malorꝫ perpetuitas. Quādo homo
eſt in carcere ⁊ ſperat e[illegible]dere aliqua eſt cō
ſolatio: ſed ibi nulla. Itē aliqua conſolatio
eſſet ſi haberet leuē preſſionē: ſed ibi non.
Sapie. xvi. Manū tuā effugere impoſſibi-
le eſt. Threno. ij. Non fuit qui effugeret in
die furoris domini. Secundo ponitur dif-
ferētia meriti: quia bonū ⁊ malū ſupple ſūt
poſita ante hominem. quia vtrunqꝫ poteſt
facere. Sed videat quid facit: quia facien-
do bonum meretur vitā: faciendo vero ma
lum meretur morteꝫ. Et ideo debemus eſſe
ſicut dicit apoſtolus Romano. xij. odientes
malum adherentes bono. Sed quantuꝫ ad
bonum ſcienduꝫ eſt ꝙ deberet inducere ho-
minem ad operandū bonū conditio nature
proprie. quia natura cuiuſlibet rei inclinat
eā ad ſuā propriā operationē. Unde phus
dicit in libro ethicorū. ꝙ inconueniens eſt
eſſe hominē ocioſum a ſua propria opera-
tione. quod probat per exemplum. Accidit
enim homini ꝙ ſit textor vel coriarius aut
grāmaticus aut muſicus: aut aliquid huiuſ
modi. Sed nihil horꝫ eſt in homīe quod nō
habeat propriā operationē: alioqn iſta ho-
mini fruſtra aduenirent. Si ergo operatur
ſm iſta que ſunt ei accidentia: inconueniēs
maius eſt ꝙ ſit ocioſus i his q̄ ſūt ei ꝓpa ꝑ
naturā. Unde ſicut in corpore videmus ꝙ
quelibet pars habet propriā operationem:
ſicut propria operatio oculi eſt videre: ⁊ ma
nus palpare ⁊ pedis ambulare: ⁊ ſic de alijs
ergo multo fortius debꝫ operari ſm parteꝫ
ſui digniorē ſcꝫ aīaꝫ. Et talis dicitur eſſe ꝓ
pria operatio hominis. quia propria opera
tio rei eſt que conuenit ei ſm propriā for-
mam. forma aūt hominis eſt anima ratio-
nalis vt rationalis eſt. Illud ergo eſt pro-
priū opus hominis quod eſt opus ratiōis.
hoc aūt non eſt opus peccati quod eſt con-
tra rationem: ſed eſt opus bonum ⁊ virtuo
ſum: quod ſcꝫ eſt factū ſm rationem rectā.
Unde ſicut eſt proprium opus arboris pro
ducere bonū fructū: ita proprium hominis
opus eſt facere opus bonuꝫ. Unde Colo. i.
In omni opere bono fructificantes. Conſe
quenter debet homo odire ⁊ vitare malum
Et ratio ē: quia ſicut nihil diligitur niſi ſub
ratione boni: ita nihil oditur niſi ſub ratio-
ne mali. Ideo illud malū eſt maxime odiē-
dum quod nullo modo poteſt habere ratio
nem boni. tale aūt malū eſt ſolū malū culpe
⁊ non malū tentationis vel pene: quia ten-
tatio cui non conſentitur vt dicit Grego. ē
materia exercende virtutis. Pena aūt bo-
na eſt inquantū a mundo nos ſeparat: ⁊ ad
deum amandum nos eleuat. Unde Grego-
rius dicit ꝙ mala que nos hic premunt ad
deum ire compellunt. Sed malum culpe qđ
eſt peccatum eſt totaliter odiendū: quia nō
poteſt habere rationem boni quod eſt con-
trarium diuine dilectioni: quia ſeparat nos
a deo cui dilectio eiꝰ nos coniungit. Eſa. lix.

Iniquitates veſtre diuiſerunt inter vos ⁊
deum veſtrū, ⁊ ſeparatus a deo qui eſt fons
bonitatis non poteſt eſſe bonus. Unde pſ.
dicit, Qui diligitis dominū odite malū: ſcꝫ
peccati. Tertio ī auctoritate allegata oſtē-
ditur facultas liberi arbitrij: cuꝫ dicitur. qḋ
placuerit ei, ſ. homini dabitur illi, i. ſi placu-
erit ei bonū dabitur ei vita: ſi maluꝫ mors,
Joſue. xxiiij. Optio vobis datur: eligite vo-
bis hodie quod placet. Ex his verbis vide-
tur ꝙ ex libero arbitrio ſit ꝙ homo faciat
malū, i. peccatum ⁊ damnetur; vel ꝙ faciat
bonū ⁊ ſaluetur. Sed ex hoc verbo non eſt
accipiendū ꝙ ſola facultas liberi arbitrij ſi-
ne gratia ſufficiat ad vitandū malū pecca-
ti vel ad faciendū bonū vnde vitā eternaꝫ
aſſequatur. quia ſicut dicit Aug. in libro hy
pognoſticon verbuꝫ iſtud Eccl'ſ intelligitur
de homine ſm ſtatum nature integre quan
do nondū erat ſeruus peccati. vnde poterat
peccare ⁊ non peccare: nunc etiam quodcū-
ꝙ vult homo datur eī: ſed hoc ꝙ bonū ve-
lit habet ex auxilio gratie. C.

## Tertio in themate aſ-
ſumpto oſtēditur ꝙ vita hominis eſt vilis
⁊ ignominioſa. ſcꝫ rōne loci. quia ſuper ter-
rā vbi ſunt viliora ⁊ ignobiliora. Sed dici-
tur Eccl'ſ. vij. ꝙ deus fecit hominē rectum.
rectū aūt dicimus cuius mediū non diſcre-
pat ab extremis. Principiū aūt hoīs fuit ex
terra: ⁊ finalis reſolutio eius erit in terram
Unde conueniens fuit ꝙ mediū ſcꝫ vita eiꝰ
eſſet etiā in terra. Dicitur tamen militia eiꝰ
eſſe ſuper terraꝫ: quia non pro terrenis: ſed
pro his que ſupra terrena ſunt. id eſt pro ſu
premis ⁊ celeſtibus bonis debet homo mi-
litare. Unde apl's Colo. iij. Que ſurſū ſunt
ſapite ⁊ nō q̄ ſup terrā. ſ. imediate. Eccli. li.
Exaltaſti ſup terrā habitationē meaꝫ. ſ. in
celeſti gloria. Ad quā deus nos pducat ⁊c.

In funere doctoris legum vel decretorū
Sermo. XXI.

## Ubi litteratus: vbi
verba legis ponderans: vbi ē do
ctor paruulorꝝ: Eſaie. xxxiij. Ui-
demus ꝙ in mundo ſunt multi ſtulti ⁊ pau
ci ſapientes. ſm illud Eccl'ſ. i. Stultorꝝ in-
finitus eſt numerus. Et ratio eſt: quia ho-
mo compoſitus eſt ex duplici natura. ſcilicꝫ
ſenſitiua ⁊ intellectiua. ⁊ ſm naturā ſenſiti-
uā cōicat cum beſtijs irrationalibus. ſ ſm
intellectiuā cū angelicis ſpiritibus. Seque-
do igitur paſſione appetitus ſenſitiui effici
tur beſtialis ⁊ ſtultus. Sed ſequendo affe-
ctiones appetitus intellectiui ⁊ rationalis ⁊
efficitur ſapiens ⁊ angelicus. Quia igitur
multi ſunt ſequentes paſſiones ſenſitiuas ⁊
pauci vero viuentes ſm rationē ⁊ intelle-
ctū: ideo multi ſunt ſtulti ⁊ pauci ſapientes
Et quia multitudo ſapientū ſanitas eſt or-
bis terrarū: vt dicitur Sapie. vi. Unde q̄ñ
aliquis multū ſapiens ⁊ litteratus moritur
videtur eſſe materia triſticie ⁊ lamenti toti
cōitati ſeu ciuitati: quia ſapientes ſunt in
cōitate ſicut oculus in corpore. quia cōſilio
⁊ ſapientia ſua dirigunt omēs alios. Quia
igitur iſte fuit ſapiens ⁊ litteratus ⁊ legiſta
⁊ magnus doctor iuris: poteſt ei merito ad
aptari lamentum Eſaie in verbo propoſito
deplorantis ⁊ quaſi dicentis. O vbi eſt litte
ratus ⁊c. In quibus quidē verbis tan
gitur aliquid de iſto quod eſt manifeſtuꝫ: ⁊
aliquid quod eſt dubiū. Manifeſtū eñ eſt
ꝙ iſte fuit homo litteratus ⁊ legiſta magnꝰ
qui ſciebat bene ponderare ⁊ allegare ver-
ba legis: ⁊ ꝙ etiam fuit doctor preclarus ⁊
gratioſus. Dubiū aūt eſt quod queritur: cū
dicitur. vbi eſt: Dum eñ ipſe viuebat facile
erat ſoluere iſtā queſtione: quia aliquando
erat in camera ad ſtudendū: aliquando in
ſcholis ad legendū: quādoqꝫ forte in curia
ad aduocandum. quandoqꝫ in conſilio ad
perorandum: quandoqꝫ in alijs locis ad re
creandum. Sed nūc ⁊ de cetero in nullo ta
li loco inuenietur. ⁊ licet corpus eius nunc
ſit in lecto vel in feretro vel ī eccleſia: ſtatim
tamen tumulabitur ⁊ in eſcam vermibus
dabitur. Remanet igitur tm̄ de anima que-
ſtio ⁊ dubium vbi ſit. Et de hoc intendit q̄-
rere: cum dicit. vbi eſt litteratus: vbi verba
legis ponderans ⁊c. In quibus quidem
verbis duo conſideranda ſunt.

Primū eſt multiplicatio queſtionis: quia
ter queritur vbi eſt.

Secundū eſt ſpecificatio intentionis. q̄a
ſcꝫ ſpecificat illū de quo intendit querere. qꝛ
de eo qui fuit litteratus ⁊ aduocatus ⁊ do-
ctor magnus.

## Circa primū notandū
eſt ꝙ ideo Eſaias ter q̄rit dicēs: vbi ē vbi ē
vbi ē: vt inuat ꝙ tria ſunt loca ad que ani-
me morientiū vadunt. ſ. celū: purgatoriū: ⁊
infernus damnatorꝝ. vnde intendit petere

an ſit in celo: an in purgatorio: an in infer-
no. Sicut eniȝ in naturalibus quod eſt gra
ue vt terra locatur in infimo: quod vero le-
ue vt ignis in medio. ſcȝ inter aerē ⁊ celum.
quod vero neqȝ graue neqȝ leue vt celū lo-
catū eſt in ſupremo. Celeſtia eniȝ corpora:
quia non ſunt grauia non cadunt deorſum
⁊ rurſum quia non ſunt leuia non aſcendūt
motu recto in ſurſum: ſed ſolū mouentur ꝑ
circulū. Sic anima grauata ⁊ onerata pec
catis mortalibus deſcendit ⁊ vadit ad infer
nū. ſm illud Job. xxi. Ducunt .ſ. peccatores
in bonis .ſ. temporalibus vt diuitijs delitijs
⁊ honoribus: dies ſuos ⁊ in puncto .ſ. mor-
tis ad inferna deſcendunt. Ubi pro diuitijs
habent oēm defectū: pro delitijs crudele tor
mentū: pro honoribus ſempiternū oppro-
briū. Et de tali mortuo queritur Job. xiiij.
Homo cū mortuus fuerit nudatus atqȝ cō
ſumptus: vbi queſo eſt? Et exponit homo
ſcȝ peccator impenitens cū mortuus fuerit
delitijs nudatus a diuitijs ⁊ conſumpt⁹. ita
vt nihil honoris amplius recipe poſſit. vbi
queſo eſt? ſcȝ in alia vita ſm aīam. Et pōt
reſponderi ꝙ eſt in inferno. vbi etiā eſt ve-
lut mortuus ⁊ nudatus atqȝ conſumptus.
Nā licet ſit mortu⁹ in corpore: anima tamē
eius viuit vita nature. ⁊ hoc eſt in preiudi-
ciū eius vt poſſit ſentire tormēta: ⁊ ideo ei⁹
vita vocatur vmbra mortis. Job. x. vbi vm
bra mortis ⁊c. Umbra enī habet ſimilitudi
nē cū re cuius eſt: non tamen eſt illa res. ſi-
cut vmbra hominis non eſt homo. Ita illa
pena habet ſimilitudinē cū morte: q2 eſt ſū-
ma ⁊ terribiliſſima penarū: non tamen eſt
mors: quia mortuus non ſentit penas ⁊ ꝑ-
cuſſiones: ſed anima dānata ſemper ſentit
penas ⁊ tormenta horrenda. Et ideo de ta-
libus dicitur Apoc. ix. Deſiderabunt mortē
⁊ fugiet mors ab eis. Eſt etiā talis anima
nudata ⁊ expoliata omnib⁹ bonis. ſcȝ bono
ſuperiori. i. vita eterna: quā habent illi qui
ſunt in celo in re: qui vero in mundo habēt
eam in ſpe. ſed damnati qui ſunt in infer-
no nec in re nec in ſpe. Item ſunt nudati ⁊
expoliati bono interiori. ſcȝ habitibus vir-
tutū: pro quibus habent vermes viciorū ⁊
maloꝝ deſiderioꝝ a quibus quotidie corro-
duntur. Itē ſunt nudati ⁊ expoliati bono ex
teriori. ſcȝ diuitijs delitijs ⁊ dignitatib⁹. ⁊ a
nulla creatura mūdi poſſunt recipere reme-
dium vel refrigeriuȝ. Job. xxiiij. Nudos di-
mittunt homines indumenta tollentes. ſcȝ
mors: diabolus: ⁊ conſanguinei: qui tollūt
ſibi bona temporalia. In tali etiā anima fa-
cta eſt conſumptio totalis omnis boni pre
terꝙ naturaliū: que etiā in demonibus ſm
dionyſiū integra remāſerunt. vnde nec ha-
bent dānati bona in re. ſicut beati habent
omnia bona. quia beatitudo vt dicit Boe-
cius eſt ſtatus omniū bonoꝝ aggregatiōe
perfect⁹: nec habēt ea ī ſpe ſicut iuſti in mū
do viuentes: nec etiā in potentia ſiue poſſi-
bilitate. ſicut peccatores viuentes in mūdo
quia poſſunt adhuc conuerti ⁊ ſaluari. Sed
de damnatis dicitur Job. vij. Conſūpti ſūt
abſqȝ vlla ſpe. ¶ Secūdo eſt aliqua anima
que non eſt grauis ſed leuis. ſicut anima q̄
recedit de vita iſta purgata quidem a graui
bus: id eſt a mortalibus peccatis: ſed ſi rece
dat cum venialibus que ſunt peccata leuio
ra. vel licȝ ſit abſoluta a culpa ⁊ a pena eter
na: nondum tamen perfecerat penitentiam
ad quam erat obligata. talis inquam vadit
ad purgatorium: cuius cōmunis locus eſſe
creditur ſupra infernū: ⁊ eſt ibi pena ignis.
Si ergo de tali mortuo queratur prout que
ritur Johannis. vij. vbi eſt ille? Dico ꝙ in
loco penoſo: ſed tamen ſecuro. Eſt enī ibi .ſ.
in purgatorio pena tanta vt excedat omnē
penam huius vite. ſm Auguſtinum. licet
non ſit eterna: ſed talis ſecurus eſt ꝙ nō ꝑ-
detur ſed ſaluabitur: que ſecuritas non eſt
in mūdo. Tertio eſt aliqua anima que ne-
qȝ grauis eſt neqȝ leuis. id eſt que non rece
dit hinc grauata neqȝ mortalib⁹ neqȝ venia
libus: ſed a culpa ⁊ a pena totaliter abſolu-
ta. ſicut martyres vel ſicut poſt baptiſmum
decedentes: vel vt perfectiſſimi viri. ſicut fu
it beatus Dominicus cui in fine apparuit
chriſt⁹ dicēs. Ueni dilecte mi: veni ad gau-
dia veni. Talis ergo vadit ad illud de quo
dicitur Baruch. iij. Scias vbi ſit longitur-
nitas vite ⁊ victus: vbi lumen oculorum ⁊
pax. Nam ſicut in mundo eſt vite breuitas
ſm illud Job. xiiij. Homo natus de muliere
breui viuens tempore ⁊c. Nec obſtat de ho-
minibus prime etatis. quorum Adam vi-
xit nongentis ⁊ xxx. annis: ⁊ Seth nongē-
tis ⁊ duodecim. ⁊ mathuſalē nongentis et
lxx. quia omne quod fine clauditur breue ē
ſm Auguſtinum. vnde pro tanto tempore
noluerunt facere habitationes. Sic in celo
eſt vite longiturnitas: id eſt ꝑpetuitas. Nā
ſicut locus celeſtis eſt incorruptibilis: ita q̄
in celis erunt incorruptibiles erūt. Eſt enī

ibi longiturnitas victus, quia ibi in medio
paradiſi eſt lignū vite chriſt⁹ deus ꝛ homo
cuius eſſentia: id eſt cuius fruitio mortē ꝛ
corruptionē excludunt. Eſt etiā ibi lumen
oculoꝝ. ſcȝ interioꝝ. i. clariſſima ꝛ manife-
ſta cognitio prime veritatis: ꝛ etiā cogni-
tio alioꝝ quantū neceſſariū erit ad vniuerſa
iuſtꝫ intellectualē perfectionē. Itē eſt ibi lu
men etiā exterioꝝ oculoꝝ. ſcȝ ex chriſti hu-
manitate clariſſima: ꝛ ex corporibus glorifi
catis alioꝝ ſanctoꝝ: que fulgebūt vt ſol: qꝛ
ciuitas illa non eget lumine ſolis, quia cla-
ritas dei illuminabit eā: ꝛ lucerna eius eſt
agnus. vt dicitur Apoc. xxi. Itē eſt ibi pax i
terior per impletionē deſiderioꝝ ꝛ per con-
cordiā ſpiritus ꝛ carnis. Itē pax ſuperior p
vnionē ꝛ concordie anime cū deo. Itē pax
exterior per perfectū amorē beatoꝝ adinui
cem excluſo omni hoſte ꝛ omni contrario
moleſtante: ſed nulla talis pax eſt in mūdo
Unde tunc vere poterit dicere chriſtus illō
Joh. xiiij. Pacē meā do vobis: non quomo
do mundus dat ego do vobis. B

Secūdo in themate aſ-
ſumpto ſpecificatur intentio querentis. ſcȝ
de quo intendit querere vbi ſit. Et deſcribit
illum ex triplici gradu ſcientie iuris.
Et primo ex habitu ſcientie: cū dicitur lit-
teratus. i. litterarū iuris ſcientia repletus.
Secundo ex actu ſcientie vel intelligētie
quia verba legis ponderans.
Tertio ex vſu magiſtralis ſcie: qꝛ doctor.
Querit ergo primo vbi ſit litteratus. id ē
litterarū ſcientia preditus. talis em̄ debet eē
magis ſapiens ꝙ idiota qui eſt ſine litteris
Ille aūt in rei veritate poteſt dici magis ſa
piens qui peruenit ad meliorē finē. ꝛ talis
eſt qui finaliter vadit ad vitā eternā. ꝛ ideo
dicitur Eccl's. vi. Quid habet amplius ſa-
piens ſtulto: niſi ꝙ pergat illuc vbi eſt vita.
Sed heu hodie frequēter contingit ꝙ idio
te ꝛ ſimplices vadunt ad celum: ꝛ multi lit-
terati ad infernum. Et hoc eſt quia tales ꝙ
to ſunt magis litterati: tāto ſunt magis cu
pidi ꝛ magis malicioſi ad faciendum illici-
ta lucra. ſicut patet in iuriſtis cauſidicis. Et
quia aliquando magis litterati homies mi
nus bene ſentiunt de fide. ſicut patet in plu
ribus philoſophis ꝛ medicis: qui contra fi-
dem chriſtianam adherent execrabili erro-
ri commentatoris Auerroys: ſcȝ de ſubſtan
tia anime hominis ꝙ nihil remaneat poſt
mortem, ſicut nec de anima iumenti. Et de
talibus dicit propheta. Homo cum in ho-
nore eſſet non intellexit comparatus eſt ꝛc.
Quidam etiam ſunt litterati diaboli: quia
ſtudent in artibus ſuperſticioſis ex diaboli
ca inſtigatione ꝛ traditione inuentis ſcilȝ
in necromanticis. Et de talium omnium lit
teratura dicebat propheta in pſ. Quoniā
non cognoui litteraturam introibo in po-
tentias domini. Et apoſtolus. ij. Cor. iij.
Littera occidit: ſcȝ animam. Secundo q̄-
rit vbi ſit verba legis ponderās. Quod qui-
dem poſſet referri ſpecialiter ad aduocatuȝ
qui verba legis ponderat allegando vel im
pugnando. Sed multi aduocati male pon-
derant ſcȝ aliquando iniuſtas cauſas ſcien
ter aſſumendo vel proſequendo: ꝛ tunc te-
netur parti leſe ad reſtitutionem. Aliquan-
do vero ſermones duplices faciēdo vel ad
negandum veritatem partem ſuam indu-
cendo vel falſos teſtes inſtruendo: vel im-
moderata ſalaria exigendo: vel cauillatiōi-
bus ꝛ terminorum dilationibus cauſas cū
grauamine partium prolongando. Et om-
nes profecto tales male ponderāt verba le-
gis. Et talia vicia pertinent ad pondera ſac
celli doloſa. De quibus Michee. vi. Nūqd
iuſtificabo ſtateram impiam ꝛ iniquum iu
dicium: ꝛ ſacelli pondera doloſa. Sacell⁹
iſte eſt mens vel lingua aduocatorum: qui
verba legis doloſe ponderāt. ꝛ ſequitur. Et
habitantes in ea loquebantur mendacium
ꝛ lingua eorum fraudulenta in ore eorum.
Et ego cepi percutere te perditione ſup pec
catis tuis. Tertio quoqꝫ querit de vſu ma
giſtralis licentie: ſcȝ vbi ſit doctor. Nā quā
do doctoratus fuit accepit licentiam magi
ſtraliter docendi ꝛ cathedram tenendi ſi vel
let. Sed notandum ꝙ ille eſt verus ꝛ perfe
ctus doctor legum cuius vita non diſcrepat
a legis doctrina. Sicut dicitur de chriſto q̄
fuit magiſter ꝛ legifer noſter. ꝙ cepit chri-
ſtus facere ꝛ docere. Actuum primo. Unde
cum lex ſit ſanctio ſancta affirmans hone-
ſtum ꝛ prohibens contrarium: ille poſſet di
ci verus legum doctor: qui honeſte viueret
ꝛ inhoneſta fugeret. Eſt etiā lex ciuilis quā
iſte docuit vel canonica edita a quattuor. de
quibus dicitur in principio decretaliū. Ideo
inquit lex proditur: vt appetit⁹ noxius ſub
iuris regula limitetur. per quam genus hū-
manum vt honeſte viuat: alterum nō ledat
ius ſuum vnicuiqꝫ tribuat: informatur. Un

ſicut dicitur Matthei quinto. Qui fecerit ⁊ docuerit ſcꝫ iſta quattuor: hic vocabit̄ magnus in regno celorum. Ad quod regnum nos perducat ⁊c.

In funere alicuius iudicis. Ser. XXII.

## Memor eſto iudicij

mei: ſic enim erit ⁊ tuum. Eccl'i. xxxviij. Scd̄m doctrinam phi in libro ethicoꝝ ſermones ſunt exquirendi ſcd̄m materiā ſubiectā. ⁊ ideo conueniens videtur ex quo materia preſens eſt de morte iudicis: ꝙ ſermo ſiue predicatio fiat de iudicio mortis. Sed tamen aduertenduꝫ eſt ꝙ ſcd̄m Senecā in prouerbijs. dies ſequens ē diſcipulus diei precedentis. Nam ex his q̄ acciderunt tempore precedenti: poſſum⁹ accipere doctrinā ⁊ noticiā de his que accidere poſſunt in tempore ſequenti. Et ita eſt de morte: quia iudiciū mortis quod actum eſt iſti in tempore preſenti: fiet nobis ⁊ cuilibꝫ noſtrū in tempore ſequenti. Et idcirco ī verbo propoſito ex perſona iſtius iudicis mortui dicitur cuilibet noſtrū viuenti. Memor eſto ⁊c. omnis homo qui adhuc viuis: iudicij mei: id eſt mortis mee in qua iudicatus ſum. ſic em̄ erit ⁊ tuū. ſcꝫ quia ſic morieris: ⁊ ad iudiciū venies. In quibus quidē verbis tria eccleſiaſticus facit.

Nam primo inducit ad vtilem conſiderationem: cum dicit. Memor eſto.

Secundo exprimit terribilē diffinitionem: cum ſubdit. iudicij mei.

Tertio quoqꝫ facit infallibilē ꝓnoſticationē: q2 ſic em̄ erit ⁊ tuum.

## Circa primū attendendum

eſt ꝙ maxime vtilis eſt conſideratio ⁊ rememoratio eoꝝ que accidere debent homini in nouiſſimo vite ſue: ſcꝫ in morte. q2 in his poteſt dirigere totā vitā ſuaꝫ. Unde ſicut ille qui vult nauē ſuā bene gubernare ponit ſe in fine nauis ⁊ ante ſe nauē dirigit vt pericula euitet. Ita qui vult bn̄ gubernare vitā ſuam debet ſe ponere in fine nauis: id eſt vite ſue per mortis meditationem et eorum que accidere debent ſibi in morte. vt poſſit ad bonum exitum nauem ſuam id ē vitam dirigere. Seneca. Conſidera q̄ pulchra ſit res ante mortem vitaꝫ conſummare: deinde ſecure expectare reliquam temporis partem. O q̄ ſollicite longe ante naute ſibi prouident de nauis directione quando habent malū paſſum tranſire. Sic quilibet debet ſibi prouidere longe ante quomodo poſſit periculoſum paſſum mortis tranſire: quia illic naues pertranſibunt: id eſt anime per arctuꝫ foramen mortis. Quia igitur ea que in morte contingunt vocantur nouiſſima hominis: dicitur Eccl'i. xxxviij. Memēto nouiſſimoꝝ ⁊ noli obliuiſci. In quibus quidem verbis duo facit.

Quia primo inducit ad conſiderationis actū: cū dicit. memento nouiſſimoꝝ.

Secundo prohibet conſiderationis defectū: cū ſubdit. noli obliuiſci.

Dicit ergo primo memento nouiſſimorū. id eſt eoꝝ que tibi in nouiſſimo vite debent accidere conſideratione habe: quia cuiuſlibet eoꝝ conſideratio habet vtilitatē ſuam. Memento ergo nouiſſimoꝝ. Primo ſcꝫ ꝙ de rebus tuis nihil portare tecuꝫ poteris: vt mundana vilipendas. Secundo ꝙ vlteri⁹ ad pn̄iam reuerti non valebis: vt nunc penitentiā agas. Tertio ꝙ in loco ad quē nouiſſime peruenies perpetuo permanebis. vt nunc procures ꝙ ad gloriā vadas. Quarto ꝙ peccata tua celare nequibis. vt ea modo per penitentiā deleas. Quinto ꝙ a ſententia lata appellare nō poteris. vt pertimeſcas. Hec ergo ſunt nouiſſima tua: quoꝝ memorem te eſſe oportet. Eccl'i. vij. Memorare nouiſſima tua ⁊ in eternum non peccabis.

Secundo prohibetur conſiderationis defectus: cū dicitur. ⁊ noli obliuiſci. ſcꝫ mortis ⁊ iudicij. Unde antiq̄ domini ꝑmo ne obliuiſcerentur mortis propter gloriā dignitatis: ſed recordarentur ſemper mortalitatis ſue: habebant quedaꝫ memorialia futuram mortē repreſententia. Nā quando imperatores electi erant prima die coronationis ſue veniebat lathomus habens tres vel q̄tuor pecias marmoris diuerſorū colorū dicens. De quo genere marmoris vult dominus imperator ſibi fieri monumentū. eo ꝙ mortalis eſt ⁊ mortis dꝫ habere memoriā vt humiliet̄. Iteꝫ Iohēs pꝛiarcha fecit ſibi ſepulchrū imꝑfectū: ⁊ in magnis ſolēnitatibus cū eſſet in loco honoris ↄſtituit quēdā q̄ ei dicebat. Domine imꝑfectū eſt ſepulchrū tuū: iube illud perfici. quia neſcis qua hora fur veniet. Itē conſueuerat papa in loco in quo conuerſabatur freq̄nti⁹ habere lectum pape defūcti. vt eo viſo recordaret̄ ſui finis ⁊ hūiliaret̄. Itē nō debet hō obliuiſci iudicij ad quod veniet ꝑ mortē. quia ibi non pote

rit aliquid celare nec ſe de aliquo excuſare: nec iudicē aliquo modo declinare vel iratū placare: nec ab eius ſententia appellare vel prouocare. Unde Prouerb. iij. cōſulit ſapiēns dicens. Ne obliuiſcaris legē meā: quia ſcʒ ſtatutū eſt hominibus ſemel mori ⁊ poſt hoc iudicium. Hebreo. ix. ⁊ Deute. xxv. Caue ne obliuiſcaris. B

## Secūdo in aſſumpto

themate ex perſona iſtius defuncti recolit eccleſiaſticus terribilē diffinitionē: quia dicit iudicij mei, id eſt mortis mee in qua iudicatus ſuʒ. Conſueuerūt enī iudices ⁊ domini terrarū tuſcie ⁊ lombardie poſtꝙ aliquos iudicauerunt completo officio ſuo ſtare ad ſyndicatū ⁊ ad iudiciū alterius iudicis. Unde iſte qui olim alios iudicauit modo ī morte ſua oportuit ꝙ ſtaret ad ſyndicatū ⁊ ad iudiciū dei ad quod citatus fuit per mortē, in quo iudicio nihil valent allegationes vel cauillationes procuratoꝝ: ſed ſolū teſtimonia propriarū conſcientiarū: que tunc nude ⁊ manifeſte ſunt ⁊ iudici examinanti ⁊ angelo cuſtodi ⁊ demoni accuſanti, vnde nō poterit ſubterfugere reus quin confiteat̄. Sʒ tamen poſſet peccator ſi vellet illius iudicij damnationē effugere: ſi ſeipſum ante iudicare vellet iudicio penitentie. ſm illud apoſtoli. i. Cor. xi. Si noſmetipſos dijudicaremus: non vtiqʒ iudicaremur. ¶ Sed notandum ꝙ iudiciū mortis ꝙuis videatur eſſe malū ⁊ terribile: tamē in rei veritate bonū eſt ⁊ vtile. multa enī interdū apparent eſſe mala: que tamen in rei veritate ſunt bona. Nam ſi quis ſomniaret ꝙ ſuſpenderetur in furcis: videretur eſſe malū ſomniū, ⁊ tamē dicunt ſomnioꝝ interpretes ꝙ bonū ſomniū eſt ⁊ exaltationē ſuſpenſi ſignificat ī bonū, vnde quanto altius viderit ſe ſuſpendi: tanto ſibi ſignificat meliorē fortunā ⁊ maiorē exaltationē. Itē quando ioſeph fuit venditus a fratribus ſuis illa venditio viſa eſt mala: ⁊ tamē in rei veritate fuit bona, quia factus eſt dominus egypti, quod nō fuiſſet niſi venditus fuiſſet. Et ideo ipſe dixit eis. Gen. l. Uos cogitaſtis de me malū: ⁊ deus vertit illud in bonum. Et ſic eſt de mortis iudicio. quia quantumcunqʒ peccatoribus videatur eſſe malū: tamen in rei veritate ē bonum. Unde dicitur Eccli. xli. O mors ꝙ bonum eſt iudicium tuum. In quibꝫ quidem verbis tria de morte oſtenduntur.

¶ Nam primo quidem innuitur quomodo ipſa eſt penalis ex noīe: cū dicit̄, o mors.

¶ Secundo quomodo eſt vtilis: cum dicit̄, ꝙ bonum, id eſt ꝙ vtile.

¶ Tertio quomodo eſt terribilis: cum additur. iudicium tuum.

¶ Circa primum notandum ꝙ mors dicitur a mordendo. quia ille qui mordet partē tollit ⁊ partem dimittit. ⁊ ita facit mors: qꝛ tollit vitam corporis ⁊ dimittit vitam anime. Quando pomum eſt ex aliqua parte putridum ⁊ aliud eſt ſolidum: tunc remouetur quod eſt putridum ⁊ remanet quod eſt ſolidum. Sic mors aufert corpus putridum ⁊ derelinquit animam que eſt ſtabilis ⁊ perpetua. Sed nihilominus talis morſus eſt doloroſus: propter cōnaturalitatem corporis ad animam, ſicut etiam in inciſione carnis putride dolor ſentitur. Unde propter ſeparationem anime a corpore dicitur mors eſſe amara. i. Regum. xv. Siccine ſeparat amara mors? Dentes autē quibus mordet mors ſunt diuerſi modi moriēdi. Eccli. xxi. Dentes leonis dentes eius ⁊c. Secundo oſtenditur quomodo mors eſt vtilis. quia iudicium eius dicit eſſe ꝙ bonū. id eſt valde vtile. Et hoc multiplici ratione. Primo: quia in eo terminatur miſeria ſcʒ huius vite. Sicut enim felix appetit vitam: ita infelix appetit plerūqʒ mortem. quia ſicut dicit Eccli. xxx. Melior eſt mors ꝙ vita amara. Unde narrat Ualerius maximus ꝙ olim ī ciuitate Marſilienſi tenebatur venenum cicuta temperatū: quod voluntarie ſumebāt. vel qui diu habuerant proſperam fortunā ne ſcʒ caderent in miſeriam anteꝙ morerentur morte naturali: vel dabatur ijs qui fuerant in aduerſitate ⁊ miſeria: vt ſaltem per mortem ſuam miſeriam terminarent. Et ſi dicatur ꝙ mors aliquibus auget miſeriam ſcilicet peccatoribus, propter quod dicitur. ꝙ mors peccatorum peſſima. Dicendum eſt ꝙ hoc non eſt ex morte: ſed ex malicia vel negligentia ipſorum. ¶ Secundo quia in mortis iudicio humiliatur ſuperbia alia enim mala que accidunt poteſt homo plerunqʒ euadere vel contra ea aliqua remedia inuenire. ⁊ ideo in eis propter ſpem non humiliatur cor ſuperbum. Sed non ſic in morte a qua nullus poteſt euadere. Unde Antiochus humiliatus a timore mortis dixit. ij. Machabeorum. ix. Iuſtum eſt ſubditum eſſe deo: ⁊ mortalē non paria deo ſen

tire. Tertio quia per eũ parificãtur inequa-
lia. Nã in alijs poſſunt homĩes eſſe inequa
les: vt in diuitijs ⁊ in honoribus ⁊ in alijs
ſimilibus. ſed mors omnes adequat. vnde
aſſimilatur mors porte baſſe in cuius exitu
omnes ſe pariter inclinãt. Quarto quia in
tali iudicio certificatur ignorantia ſcꝫ futu
ri: de quo omnes ſumus in dubio. Omnis
eñi ſtatus mutabilis eſt ſiue diuitis ſiue iu
ſti ſiue ſani ſiue domini ⁊ cuiuſcunqꝫ condi
tionis alterius. Sed mors ponit hominem
in ſtatu certo a quo nũꝙ̃ mutabitur. Quin
to quia in hoc iudicio anima beatificatur.
beatitudo eñi eſt bonũ quod ab omnibꝰ ap
petitur. quia eſt bonũ naturale omnia bona
continens: ⁊ bonũ purũ omni malo carẽs.
Sed nullũ aliud bonũ ab omnibus appeti
tur. ⁊ ad hoc bonũ peruenitur per mortem.
Apoc. xiiij. Beati mortui qui in dño moriũ
tur. Et propterea dicebat aplꝰs. i. Cor. ix.
Bonũ eſt mihi magis mori. Joñ. iiij. Me-
lius ẽ mihi mori ꝙ̃ viuere. Eccl' s. iiij. Lau
daui magis mortuos ꝙ̃ viuentes. ¶ Tertio
in auctoritate adducta oſtenditur mors ẽẽ
terribilis propter iudiciũ. vnde dĩc. iudiciũ
tuũ. Siquidẽ iudiciũ mortis: id eſt qd̃ poſt
mortẽ ſequitur terribile eſt ⁊ tremendũ: in
tantũ vt propheta clamaret territus dicẽs.
Nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo ⁊c. Tunc eñi
multa peccata que nunc latent ad lucẽ veni-
ent ⁊ apparebunt. ſicut radio ſolis apparẽ-
te multi athomi apparent in aere qui prius
non apparebant. Et ſic erit in radio diuini
iudicij de peccatis: ⁊ de omnibus exigetur ra
tio. Sed ſi homo vellet habere bonã ſentẽ-
tiã deberet ſibi primo prouidere. ſicut ille q̇
vadit ad iudiciũ ciuile: vadit ſecurus ſi por
tat ſecũ bonũ inſtrumentũ: ſi habet procura
torẽ inſtructũ: ⁊ ſi habet aduocatũ peritum
Sic in iudicio tutus erit qui ſecũ habuerit
bonũ inſtrumentũ. i. bonã conſcientiã: cuiꝰ
littere ſunt bona opera ⁊ vera non ficta cuꝫ
falſitate hypocriſis. Itẽ bonũ procuratorẽꝫ
ſcꝫ pauperẽ vel xp̃m in pauperibus: qꝛ ipſe
dicet qd̃ vni ex minimis meis feciſtis mi-
hi feciſtis. Et feneratur dño qui miſeretur
pauperis. Prouerb. xix. Unde ſalariũ huiꝰ
procuratoris eſt elemoſyna. Item bonum
aduocatum vel aduocatos plures ſcilꝫ ali-
queꝫ vel aliquos ſanctos. Prelati enim ec-
cleſiarum in curia romana habent aduoca
tos quibꝰ frequenter mittunt munera. Sic
ſi volumus ſanctos qui ſunt in celeſti curia
habere aduocatos mittamus eis frequent̃
munera. ſcꝫ deuotarũ orationum vel abſti-
nentiarum ieiunando eoꝝ vigilias vel ele-
moſynarum exhibitarũ pro eorum amore
⁊ venerationis reliquiarũ ⁊ eccleſiarũ ſuaꝝ
⁊ aliorum ſimilium. ⁊ iſta faciendo ibimus
ad illud iudiciũ bene preparati. Eccli. xviij.
Ante iudiciũ para iuſticiã tibi. ¶

¶ Tertio in themate aſ-
ſumpto ex perſona iſtius defuncti fit infalli
bilis pronoſticatio: cum dicitur. ſic eñi erit
⁊ tuum ſcꝫ iudicium ſicut modo eſt meum.
nam de conſimilibus idem eſt iudiciuꝫ. Eſt
autem inter homines triplex ſimilitudo p̲-
pter quam idem iudicium tripliciter accipi
unt. Prima eſt nature: quia omnes ſunt cõ
ſimilis nature. ſcꝫ mortalis. ⁊ ideo de omni
bus fit idem iudicium. ſcꝫ mortis. quia oẽs
moriuntur. Et ideo de hoc poſſet dicere iſte
defunctus illud. ij. Regum. xij. Sicut ego
ſum ſcꝫ mortuus: ita ⁊ tu morieris. Secun
da ſimilitudo eſt culpe. quia quidam ſunt
conſimiles in culpa. Et iſti habebunt i mor
te in fine ſeculi idem iudicium. ſcꝫ eiuſdem
pene. vnde Matthei. xiij. Colligite primuꝫ
zizania ⁊ alligate ea in faſciculos ad combu
rendum. ⁊ poſt. Sicut ergo colliguntur zi-
zania ⁊ igni cõburuntur: ſic erit in conſum-
matione ſeculi. ¶ Mittet filius hominis
angelos ſuos ⁊ colligent de regno eius om
nia ſcandala: ⁊ eos qui faciunt iniquitateꝫ
⁊ mittent eos in caminum ignis. Dicuntur
autem alligari in faſciculos. quia ſicut dicit
Iſidorus. Similis culpe reos cõſimilis cru
ciatus conſtringet. Unde in vna pena con-
ſimili erit faſciculus id eſt cõgregatio adul-
terorum: in alia conſimili congregatio hy-
pocritarum. ⁊ ſic exiſtens memor eſto iudi-
cij mei. quia niſi te correxeris ſic erit ⁊ tuũ:
quia damnaberis ad conſimilem penam. ⁊
ſic eſt de alijs peccatoribus. Apocal'. xviij.
Exite de illa populus meus ne participes ſi-
tis delictorum eius ⁊c. Tertia ſimilitudo eſt
gratie. ⁊ qui ſunt conſimilis gratie partici-
pes: gratie dico gratum facientis: habebũt
idem iudicium. ſcꝫ eiuſdem retributionis.
ſcꝫ in vita eterna: quia gratia dei vita eter-
na. Et in his omnibus apparet equitas diui
ne iuſticie: ⁊ rectitudo diuini iudicij. vt poſ-
ſit dici illud pſ. Juſtus es domĩe ⁊ rectũ iu
diciũ tuũ. Ad hoc iudiciũ retributionis vite
eterne perducat nos deus. Amen.

¶ In funere alicuius excellentis notarij.
Sermo XXIII

Ubi ſapiẽs: vbi ſcriba: vbi conquiſitor hui⁹ ſeculi: i. Corinth. i. Videm⁹ ꝙ frequenter hoies euadunt per ſapientiã ſuã de multis ⁊ magnis periculis. Et ratio eſt. q2 ſapientia predominaẜ ⁊ ꝑualet his ex quib⁹ cõſueuerunt cauſari pericula. Nam quedã pericula ſunt que ꝓueniũt a cauſis ſuperioribus. ſ. ab impreſſionibus aſtroꝝ vt ſunt cõcitationes belloꝝ: ſterilitates agroꝝ: egritudines animaliũ ⁊ ſimilia. Sʒ ſicut dicit vulgatum ꝓuerbiũ. Sapiens dominaẜ aſtris Et iſtud ꝓuerbiũ ſumptũ eſt ex verbo. Ptolomei: q̇ ait in cẽtiloquio ſuo. ꝙ anim⁹ ſapiens iuuat ⁊ impedit celeſteʒ effectũ. Juuat quidem adhibendo ea que fortificant impꝛ̃ſſioneʒ corporis celeſtis. Sicut ſi impreſſio celeſtis corporis inflãmando cholerã concitet ad iram ⁊ ꝑ conſequens ad bellum: et aliquis ſapiens faceret aliqua accidere que magis ꝓuocarent ad iram: tunc diceretẜ iuuare celeſtem effectũ. Sed ſi impreſſio celeſtis corporis inflãmaret ſic choleram ꝙ induceret tertianas febres ⁊ medicus ſapiẽs adhiberet remedia reſiſtentia cholere vl' talem humorẽ euacuantia: tunc diceretẜ impedire celeſtem effectuʒ. Et ideo dicit Hiere. x. A ſignis celi nolite metuere. Quedã vero pericula ſunt que ꝓueniũt a cauſis inferioribus. ſ. vel ex hominũ diſcordia. ſicut ſunt etiaʒ partialitates ⁊ guerre ⁊ obſidiões terrarũ: que etiam frequẽter vincũtur vel euaduntur per ſapientiam aliquoꝝ. ſicut dicitẜ Eccl's. ix. Ciuitas parua ⁊ pauci in ea viri. Venit cõtra eam rex magn⁹ ⁊ vallauit eaʒ: extruxitqꝫ munitiones ꝑ gyrũ ⁊ perfecta ẽ obſidio. Inuẽtuſqꝫ eſt in ea vir pauper ⁊ ſapiens ⁊ liberauit vrbem ꝑ ſapientiam ſuã. Et poſt ſubditur. Melior eſt ſapiẽtia ꝙ̃ arma bellica. Vel ꝓueniũt pericula ex multiplici hominũ malicia. Sed ſicut d2 Sapiẽ. vij. Sapientiã nõ vincit malicia. Sʒ quicqd ſit de alijs periculis: ꝑfecto ꝯtra periculum mortis ⁊ eius exterminiũ nullaten⁹ vnꝙ̃ ſapiẽtia hoĩs vel periti cuiuſcũqꝫ artificiſ ſiue medici ſiue iudicis ſiue ſcribe vel notarij vel cuiuſlibet alterius hoĩs: ſciuit remediũ aliqd̃ efficax inuenire quo quis mortem ſic poſſit euadere ꝙ nũꝙ̃ moriaẜ. Et idcirco moriẜ doctus pariẜ vt indoct⁹. vt dicitur Eccl's. ij. Oẽs enĩ rapit mors ⁊ neſcimus vbi conſtituat. Propter qd̃ in auctoritate ꝓpoſita de iſto probo viro qui multũ reputabatur ſapiẽs ⁊ excellens tam in arte notarie ꝙ̃ in officio ꝓcurationis cauſarum ſecularium: bene queriẜ vbi ſit. ſ. ſapientia dictandi vel agilitas ſcribendi vel ſagacitas ⁊ ſollicitudo conquirendi tꝑalia lucra. q2 nullũ de cetero iſtoꝝ apparebit vel erit in eo. Unde bene queriẜ ⁊ dicit. vbi ſapiens. vbi ſcriba ⁊c. ¶ In quib⁹ quidẽ verbis excellentia cuiuſcũqꝫ notarij defuncti deſcribitur ex tribus.

¶ Primo quidẽ ex generali noticia artis notarioꝝ: cũ queriẜ. vbi ſapiẽs.

¶ Scdo ex ſpeciali peritia ꝯfectionis inſtrumentoꝝ: cũ queriẜ. vbi ſcriba.

¶ Tertio ex ſingulari ſolertia ꝓcurationis cauſarũ ⁊ litigioꝝ. ſ. cũ queriẜ vlteri⁹. vbi cõquiſitor huius ſeculi.

¶ Circa primũ attendendum eſt ꝙ ſicut phũs dicit in ꝑmo metha. Sapiẽtis eſt ſcire oĩa. ſ. generaliter. Si ergo ille d2 eſſe ſimpliciter ſapiẽs q̇ ſcit generaliter oĩa: ſequiẜ ꝙ ille debeat dici ſapiẽs ſcḋm quid. i. ſcḋm aliquã artem q̇ ſcit oĩa generaliter q̄ ꝑtinent ad illam artẽ. Et ſic d2 ſapiens medicus q̇ ſcit generaliter oĩa que ꝑtinent ad artem medicãdi. Et ſic ſapiẽs notarius qui ſcit oĩa generaliter q̄ ꝑtinent ad artẽ notarie. Sed poſtꝙ̃ talis defunct⁹ eſt queriẜ vbi eſt ille mortu⁹ tam ſapiẽs in arte ſua. quaſi dicaẜ nõ eſt amplius. quia iam eſt ꝑdita quoad nos ip̃a ſapientia ſua. Sic enĩ põt dicere mors illud. i. Corinth. i. Perdam ſapientiã ſapientũ. In quibus quideʒ verbis ĩnuitur triplex defectus ſapiẽ ſecularis. ſiue ſit ſapientia medici: ſiue iudicis: ſiue notarij.

¶ Primus attenditur reſpectu periculi: cuʒ dicit perdam.

¶ Secundus reſpectu premij: cum dicit. ſapientiam.

¶ Tertius reſpectu ſubiecti: cum addit. ſapientum.

¶ Circa primũ notandũ eſt ꝙ in hoc apparet defect⁹ ſapientie ſecularis: q2 plurib⁹ eſt cauſa periculi ⁊ ꝑditionis aĩe ſue. Quod quidem id̃ accidit: quia male vtũtur ſapientia ſiue ſcientia ſua. Sũt enĩ quedã in homine quib⁹ homo nõ poteſt male vti. ſicut ſũt virtutes vt btũs Augu. dicit. ꝙ virtus eſt bo-

Sa qualitas mentis: qua recte viuitur: qua
nemo male vtit. Licet enī homo poſſet ma
le vti virtute vt obiecto. ſcꝫ male de virtute
ſentiendo vel virtutē odiendo vel de virtu-
te ſuperbiendo: non tamen poteſt male vti
virtute tanꝙ̄ pncipio vſus: ita ſcꝫ ꝙ malus
ſit actꝰ virtutis. Et quia dicta diffinitio cō-
uenit omni virtuti humane: cuꝫ ſcientia ſit
virtus intellectualis hominis: cōpetit etiā
ei ꝙ homo nō poteſt male vti ea inꝙ̄tuꝫ eſt
pncipiuꝫ vſus: ita ꝙ malus ſit ſcientie actꝰ
Sed tamen poteſt homo male vti ſcientia
vel de ea ſuperbiendo, quia ſcientia inflat:
vel per ipām ſcientiā ſuam defendendo in
iuſtam cauſam ſicut facit malus aduocatꝰ:
vel in nocumentū alterius ſicut ſi medicus
qui ſcit per ſcientiā ſuam que ſunt res vene
noſe daret eas alicui ſub ſpecie medicīe ad
comedendū. vnde ſapientia taliū eſt cauſa
perditionis eorum. Et talis ſapiētia ꝙ̄uis
etiam ſit lucratiua, nihilominꝰ poteſt dici
eſſe periculoſa ⁊ noxia. Luce. ix. Quid eniꝫ
proficit homo ſi lucret̄ vniuerſum mūdum:
ſe aūt ipm̄ pdat ⁊ detrimentum ſui faciat.
¶ Secūdo oſtēditur in auctoritate adducta
defectus ſecularis ſapientie reſpectu princi
pij in eo quod dicit. ſapientiā. Hec enim eſt
ſapientia de qua dicit̄ Jacobi. iij. ꝙ non eſt
deſurſum deſcendens. ſ. a deo. Nec eſt con-
tra hoc illud qd̄ dicitur Eccli. i. A domino
deo eſt. Nam ⁊ Eccleſiaſticꝰ ibi loquitur de
ſapientia increata. ſ. de ſapiētia diuina. vn
de ſtatim ſubdit. Et cum illo fuit ſemper et
eſt ante euū. vt pmo oſtēdatur diuina ſapi
entia que eſt filius eſſe genita a patre. quia
omnis ſapientia. i. filius dei in quo eſt oīs
noticia. Colo. ij. In quo ſunt oīs theſauri
ſapientie ⁊ ſcientie abſconditi. Vel dicitur
omnis ſapientia. i. perfecta ſapiētia: vel qꝛ
omnis ſapientie eſt idea ⁊ efficiens cauſa
⁊ origo. qꝛ fons ſapientie verbum dei. hec
ergo ſapiētia. i. filius a dn̄o deo patre eſt. ſ.
genita. Deinde oſtendit ꝙ eſt patri conſub
ſtātialis: ita tamen ꝙ eſt ibi diſtinctio per-
ſonalis: ⁊ ideo ſubdit. ⁊ cum illo. id eſt cum
patre fuit ſemꝑ. ſ. ei cōſubſtantialis ab eter
no. Et vt expreſſius intelligatur eſſe patri
coeternus ſubditur. ⁊ eſt ante euū. euū eniꝫ
eſt menſura eorum que habent pncipiuꝫ ⁊
nō finem eſſe ergo ante euū eſt eſſe ante pn
cipium. ⁊ hoc eſt eſſe eternaliter. Sed btūs
Jacobus loquitur de ſapientia creata ⁊ hu
mana ⁊ viciata. de qua dicit vbi ſupra. Nō
eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens: ſed
terrena animalis diabolica. Dicitur ergo ta
lis ſapientia nō eē deſurſum deſcendens. ſ.
a dei bonitate: ſed potius de deorſum veni
ens ab humana prauitate. ⁊ ideo eſt terre-
na. id eſt auaritia non inhians ad celeſtia
premia: ſed ſolum ad lucra terrena ⁊ frequē
tius per modos illicitos. Itēꝫ eſt animalis
id eſt carnalis non intendens ad ſpiritua-
lia bona: ſed tantuꝫ ad corporalia cōmoda.
Item quia eſt diabolica. id eſt fraudulenta
fallacijs ⁊ deceptionibus plena. ſicut diabo
lus vtitur ſcientia ſua ad decipienduꝫ ⁊ fal
lendum ¶ Tertio deſcribitur ſapientie ſecu
laris defectus in auctoritate adducta ſupe
rius reſpectu ſubiecti: cum dicitur. ſapientū
ſcilꝫ ſeculariū. Nam frequenter apud ſecula
res abuſiue vocantur ſapientes etiam illi q̄
aſtute ⁊ ſagaciter ſciunt facere mala: in qui
bus tamen nō eſt vera ſapientia. Unde de
talibus dicitur Hierem. quarto. Sapientes
vt faciant mala: bona autem facere neſcie-
runt. Sed vera ſapientia oſtenditur econ-
trario. ⁊ eſt in his que ſciunt bona facere et
mala omnia caute vitare. Sꝫ quia talis ſa-
pientia raro inuenitur in hoc ſeculo querit̄
Job. xxviij. Sapientia vbi inuenitur? B

## ¶ Secūdo in themate aſ

ſumpto deſcribitur ſcientia excellentis no-
tarij defuncti ex ſpeciali peritia conficiendi
contractus ⁊ publicas ſcripturas, ſcilꝫ cum
queritur. vbi ſcriba? Nam ſcriba ſm̄ papiā
dicitur liberarius qui pertinet ad chartas
⁊ ſcripturas publicas. vnde talis ſcriba eſt
notarius qui habet cōficere ⁊ ſcribere ⁊ pu-
blicare chartas teſtamentoꝝ ⁊ inſtrumen-
torum ⁊ actitarum ⁊ arbitratuū ⁊ aliorum
multorum. Sed quātūcunqꝫ aliquis nota-
rius fuiſſꝫ peritus in talibus: poſtꝙ̄ tamē
mortuus eſt vbi ſcriba? quaſi dicat. non eſt
hic amplius. quia tota peritia et ſcriptura
ſua non potuit reſiſtere morti. Sed notaꝫ ꝙ
raro inuenitur ſcriba. id eſt notarius qui ſit
ſufficienter peritus ꝙ̄tum ſcꝫ neceſſarium
eſt ad ſue artis exercitiū. ⁊ adhuc inuenitur
rarius qui ſit bene verax ⁊ iuſtus quātum
ad ſue artis vſum. Nam qualis debeat eſſe
ſcriba, id eſt notarius ſufficiens quantum
ad artis exercitiū oſtenditur exemplo eſdre
de quo dicitur. i. Eſdre. vij. ꝙ aſcēdit de ba
bylone: ⁊ ipſe ſcriba velox in lege. In qui-
bus quidem verbis oſtenditur ꝙ ad hoc vt

fit ſcriba. id eſt notarius ſufficiens neceſſa
ria eſt quadruplex peritia.
Prima eſt vt ſciat clare dictare. ⁊ hoc no-
tatur cū d̄r. aſcendit de babylone.
Scd̄a eſt vt ſciat expedite pronūciare: qd̄
notaṫ cū d̄r. ⁊ ipſe ſcriba.
Tertia eſt vt ſciat celeriter notare: qd̄ no-
tatur cū d̄r. velox.
Quarta eſt vt ſciat chartas ſeu inſtrumē
ta legitime rogare. ⁊ hoc notatur cum diciṫ
in lege.
Primo ergo neceſſariū eſt vt ſciat ſcriba.
id eſt notarius clare ⁊ apte dictare. Nūc au
tem eſt clarū dictamē qn̄ eſt ordinatuꝫ ⁊ di
ſtinctum ſiue breue. Nā ſi ea que dictantur
ponūtur ſeu ſcribūtur inordinate ⁊ indiſtin
cte ⁊ cū verboꝝ ꝓlixitate: nō eſt dictamen
clarū: ſꝫ ꝯfuſum ⁊ obſcurū. qd̄ quidē maxie
dꝫ notarius vitare. Et iō in auctoritate idu
cta d̄r ꝙ aſcendit de babylone. i. de ꝯfuſiōe
q2 babylon interꝑtatur cōfuſio. Nam quan
do notarius eſt ita ingenioſus ꝙ etiaꝫ ea q̄
confuſe acta vel dicta ſūt ipē ſciat diſtincte
⁊ ordinate ⁊ breuiter ac ſuccincte collige-
re: tunc ꝑfecto d̄ babylone. i. de confuſione
recedit. Et ex hoc cōuenit maxima vtilitas
ex eo ꝙ plerūqꝫ ex ſcripturis notarioꝝ con
fuſe ⁊ inordinate ⁊ cum verboꝝ prolixitate
dictatis. oriūtur poſtea cauillationes ⁊ que
ſtiones ⁊ lites ⁊ magna dāna multoꝝ. vnd̄
i figura huiꝰ diciṫ. ij. Eſdre. viij. Hic eſdras
aſcendit de babylonia cum eſſet ſcriba inge
nioſus. Secūda peritia que eſt neceſſaria
ſcribe. id eſt notario eſt vt ſciat apte ⁊ expe
dite pronūciare: qd̄ notatur cum diciṫ ſcri-
ba. vt ſcꝫ lingua eius correſpondeat manui
ſiue penne. quia ſicut ſcriba debet eſſe expe-
ditus in ſcribendo: ita etiam debet eſſe ex-
peditus ⁊ velox in legendo ⁊ pronūciando
ea que ipſum legere ſeu pronūciare oportꝫ.
vnde dicitur in ps. Lingua mea calamus
ſcribe velociter ſcribentis. Et bene ⁊ ap-
te comparat linguam calamo ſcribe. quia
nec lingua ſine calamo nec calamus ſcribe
ſine lingua valet. Oportet enim ꝙ contra-
ctus coram cōtrahentibus ⁊ teſtibus ꝑmo
pronūcietur verbo: deinde ꝙ ponaṫ in ſcri
pto nec vnū abſqꝫ altero ſufficit. Tertia ve
ro peritia que adhuc ſcribe. id eſt ipſi nota-
rio neceſſaria eſt eſt vt ſciat bn̄ ⁊ celeriť ſcri
bere ea que habet ſcribere: ⁊ ideo in aucto-
ritate inducta dicitur ſcriba. qd̄ quidem ne
ceſſariū eſt: tuꝫ propter eos qui habent ſcri
pta eorūꝫ expectare: tum propter ipſos in eo
qui habent multa ſcribere: ⁊ qui etiam pro-
pter tarditatem ⁊ negligentiam ſcribendi
poſſunt de facili obliuiſci: ita ꝙ poſtea ma-
le ⁊ diminute ſcribit que dicta ſunt in cōtra
ctu vel teſtamento vel in alijs que ſcribere
oportet: nec debent ſcripturas ſuas ponere
tantum in cedulis que faciliter perduntur.
ſed potius in libro in quo cum opportunū
fuerit imbreuiature inueniantur: nec debet
eſſe ſcriptura ita breuis ꝙ factum non ple-
ne ab alio intelligatur. quoniam ſi contige
rit notarium mori ante publicationeꝫ non
poſſent poſtea per alium ſufficienter publi
cari. Debet ergo eſſe velox in ſcribendo: ni-
hil tamen de contingentibus omittendo.
In omnibus enim operibus velocitas cō-
mendatur. non que tollit diligentiam: ſed
que excludit negligentiam ⁊ oſtendit ope-
randi peritiam. quia iſte qui male ſcit arteꝫ
operatur tarde. puta ſi ſcribat ⁊ in qualibet
littera trepidat ⁊ deliberat quomodo debe-
at formare. Sed ſi eſt bene peritus veloci-
ter ⁊ ſecure operatur. vnde philoſophus di
cit ꝙ artifices certiſſimi non deliberant. Et
ideo dicitur Eccleſiaſtici. xxxi. In omnibꝰ
operibus tuis eſto velox. ⁊ intelligitur in oī
bus operibus. ſcꝫ bonis eſto velox. ſcilꝫ nō
procraſtinans. Sed contra hoc videtur eē
quod dicitur Eccl'i. xxxij. Sine conſilio ni-
hil facias. ſed conſiliū non debet eſſe velox
quia ſicut Seneca dicit. Velox conſilium ſe
quitur penitentia. ergo nec operatio. Unde
Prouerbioꝝ. iiij. Palpebre tue ꝑcedāt greſ
ſus tuos. Sed reſpondendum eſt ꝙ eſt du
plex velocitas. ſ. ſtrēnuitatis: ⁊ precipitatio
nis. Prima eſt bona. ſecūda mala. Prima
contraria accidie ⁊ iſta ſuadetur. ſecūda cō
traria deliberationi ⁊ iſta prohibeṫ. Quar
ta peritia que eſt neceſſaria ſcribe. id eſt no
tario eſt vt ſciat chartas ſeu inſtrumenta le
gitime conficere ⁊ rogare ⁊ etiam teſtamē-
ta ⁊ alia que oportꝫ. Et dico legitime. id eſt
ſm̄ inſtituta legis ciuilis ⁊ canonice ⁊ legis
municipalis. ⁊ ideo in auctoritate inducta
addiṫ in lege. Sunt enim multa inſtituta ⁊
ordinata tam in ciuili q̄ in canonica ⁊ etiā
in municipali lege ⁊ de contractibꝰ ⁊ de te-
ſtamētis ⁊ de alijs que ad notariū ꝑtinent
de quibus oportet notariū noticiā habere.
Quomodo enī ſciet teſtamenta ꝯficere qui
ignorat ea que ſūt per leges ſtatuta: ſiue de
perſonis qui teſtari poſſunt vel nō teſtari:

ſiue codicillari aut cauſa mortis donare: ſiue etiã de differentia teſtamentoꝝ. ſ. nũcupatio vel in ſcriptis. ⁊ de vtriuſq; cõditione aut ordine ꝑtium teſtamenti: ſiue de legatis aut inſtitutionib⁹ heredũ: ſiue de exheredi‑tationibus: aut de differẽtia filioꝝ ſeu liberoꝝ inſtituendoꝝ vel nõ inſtituendoꝝ: vel de gradibus liberoꝝ: vel de inſtitutione aſcendentiũ: ⁊ de heredibus extraneis: ⁊ de ſubſtitutione: ⁊ de inſtitutione vulgari tacita vel expreſſa: ⁊ de ſubſtitutione pupillari aut exemplari aut breuiloqua ſeu reciproca aut de ꝓhibitionibus que fiunt a teſtatoribus: aut de ꝓuiſione pupilloꝝ: ſiue de ꝟbis derogatorijs: vel de adiectionibus penarũ. ⁊ de effectu clauſule finalis: aut de teſtibus aut de formis ſingularũ partiũ teſtamenti: aut de reſtitutionibus ⁊ illicite acquiſitis: aut de ordinatione cõmiſſarioꝝ. Et ſimile ẽ de alijs q̃ ꝑtinent ad cõtractus. De quibus omnibus oportet notariũ noticiã habere vel ſaltem ſᵐ cõſiliũ iuris peritoꝝ qui talia ſciunt oĩa formare. Et idcirco ex ignorãtia notarioꝝ multi defectus ⁊ errores inueniunt̃ in inſtrumentis ⁊ teſtamentis ⁊ alijs eorũ ſcriptis: de quib⁹ ſequũtur magna dãna frequẽter de quibus nõ eſt dubiũ teneri notarios ex quo ignorãtes ſunt. Et tamen voluntarie ad talia facienda que neſciũt ſe exponũt. Unde antiquit⁹ notarij vocabãtur ſcribe legis. q2 oẽs erãt periti de legibus q̃ ipoꝝ officiũ tangebãt. Heſter. iij. Uocati ſunt ſcribe legis: al's: regis.

## Tertio in themate aſſumpto

deſcribit̃ ſingularis ſolertia quã dꝫ habere notarius in ꝓcurationis aut ſyndicatus officio. ⁊ ꝑcipue in cauſis aut queſtionibus ſecularium negocioꝝ: que tñ ceſſat per mortẽ. Et ideo de tali notario q̃rit. vbi conquiſitor hui⁹ ſeculi. ſ. q̃ cauſabatur ꝓ alijs in curijs ſecularibus vt conquireret eis iura ſua. Uel dicit̃ conquiſitor hui⁹ ſeculi q̃ ad nihil aliud intendit niſi ad cõquirendũ ſecularia ⁊ terrena lucra ex auaritia ⁊ cupiditate lucrandi. Aliq̃n tales efficiũtur falſarij ⁊ cõmittunt falſitatẽ aliq̃n in ſcriptis: aliq̃n in dictis. In ſcriptis quidẽ ſiue ſcribẽdo falſum ſiue delendo verũ vt res. i. rei veritas nõ appareat ſiue ſit teſtamentũ ſiue inſtrumentũ publicũ vl' priuatũ ſiue ſint tabule lignee vel ceree vel rationes. ff. de crimi. fal. l. i. §. qui in rationib⁹. ⁊ l. paulus. §. paulus. In dictis vero cõmittunt notarij falſitatem ꝑcipue procuratores teſtes vel iudices corrũpendo vel dando vel ꝓmittendo pecuniã ne veritatẽ dicant: aut teſtes inſtruendo ⁊ locutione praua edocendo. ff. de crimine fal. l. i. §. Item qui ob inſtruendã. ⁊ §. Sed ⁊ ſi q̃s. ⁊ §. Et qui iudicẽ. Item mentiendo preſidi ⁊ per obiectionẽ aliquid obtinendo hac lege tenet̃. ſ. ſalarioꝝ. ff. eo. ſi q̃s obrepſerit: vnde ⁊ mendax impetrator carere dꝫ impetratis ex̃ de reſcriptis. Sup litteris. ⁊ C. ſi ꝯtra ius vel vtili. publi. l. preſcriptione. ⁊ l. ⁊ ſi legib⁹. de diuer. reſcriptis. l. ij. Cõmittit etiã falſum ꝓcuratorẽ qui aduerſario ſecreta cauſe apit vel inſtrumenta prodit. ff. eo. is qui depoſita. ff. de penis. ſi quis aliquid. §. ſi quis inſtrm̃. ⁊ §. inſtrã. Aliq̃n etiã condẽnatur ad intereſſe. xij. q. ij. Si q̃s de clericis. alias tenet̃ iniuriarũ. ff. depoſi. l. i. §. ſi quis tabulis. Et etiã ꝓditor dici poteſt. xlvi. di. clericus. Et ſic falſum cõmittit qui ſecretũ apit ex̃. de officio delegati. cum olim magiſter. Itẽ ex cupiditate quidã notarioꝝ conficiũt inſtrumẽta vſuraria ſcienter. Et tales vt dicit hoſtienſ. ꝑiuri ſũt. quia cũ creant̃ iurãt ꝙ hoc nõ faciẽt. ⁊ ideo de cetero nec teſtificari poterunt nec publica inſtrã conficere: ⁊ ex hoc etiã ſunt infames q̃bus ſunt act⁹ legitimi interdicti ex̃ de teſti. licet ex quadã. dempto etiã ꝙ inde recipiãt pinguiores elemoſynas inde facere debẽt. Peccãt etiam frequẽter imoderata ſalaria exigentes de ſcripturis ſuis. q̃ oĩa ꝑtinere noſcũtur ad impietatẽ ⁊ ſecularia deſideria de quib⁹ apl'us. Tit. ij. Abnegãtes impietatẽ ⁊ ſe. deſi. ſo. ⁊ iu. ⁊ pie vi. in hoc ſeculo expec. be. ſpem. ſ. future reſurrectõis ⁊ glorie. Ad quã nos ꝑducat ⁊c.

In funere alicui⁹ medici Ser. XXIIII

## Medicus nõ eſt ibi.

Hier. viij. Artes oẽs q̃ deſeruiũt humane vite corꝑali: in vita quidẽ iſta mortali ſũt multũ lucratiue. Sic ꝑꝫ de arte lanificũ ⁊ textoꝝ ⁊ calcificũ ⁊ ceteroꝝ artificũ. Sꝫ int̃ has ars medicine nõ ſolũ ẽ multũ lucratiua: ſꝫ etiã ꝑitos medicos multũ alijs honorabiles reddit. vñ etiã ſcriptura ꝑcepit Eccl'i. xxxviij. honora medicũ ꝓpt̃ neceſſitatẽ. Et vult dicere honora medicũ. ſ. ꝑcib⁹ mũerib⁹ obediẽdo: grãs agẽdo ꝓpt̃ neceſſitatẽ. ſ. infirmitatꝭ ſanãde. Sed tñ nulla hmõi artiũ habet locũ in alia vita

Et ratio eſt, qꝫ iſte artes ſunt neceſſarie cō
tra paſſiones ⁊ leſiones corporis. ſ. vt ars
lanifica ne corpus ledat a frigore, medici⸗
na contra infirmitates corporis, ⁊ ſic de a⸗
lijs. Unde galenus dicit ꝙ ſi eſſet imorta⸗
le ⁊ ipaſſibile corpus nō indigeret arte con
ſtituente ipſum. Unde qꝫ in alia vita ſunt
modo tm̄ aīe que hmōi neceſſitatibus ſeu
paſſibilitatibus nō ſubiacent: ⁊ poſt reſur⸗
rectionē etiam erunt corpa incorruptibilia
⁊ imortalia nec hmōi neceſſitatibꝰ ſubiace
bunt ꝓpter quas inuente ſunt artes, iō nec
artes hmōi nec etiam artifices ſūt aut erūt
in alia vita. Unde in verbo ꝓpoſito dicitur
ꝙ medicus nō eſt ibi. Et ideo tota ars ⁊ lu
crū artis ⁊ honor terminata ⁊ finita ſunt in
iſto noſtro medico defuncto, qꝫ nec ampliꝰ
erunt iſta nec ibi vbi eſt nūc aīa eius. Unde
dicit, Medicus nō eſt ibi. In quibus
quidē verbis poſſumꝰ ꝯſiderare tria.

Primo p̄terite artis cōmemorationē: qꝫ
medicus.

Secūdo corporee vite ꝑuationē: qꝫ nō ē
ſcꝫ qꝫ nō viuit. Nā viuere viuētibus eſt eē.

Tertio alteriꝰ ſeculi locationē. qꝫ. ſ. in alio
ſeculo vbi nūc eſt aīa eius.

## Circa primū attenden

duꝫ eſt ꝙ medicus eſt miniſter nature. Nā
virtus nature eſt que p̄ncipaliter ſanat ſed
medicus iuuat ipām. Et qꝫ natura et virtꝰ
tam infirmi q̄ꝫ rerꝫ medicinaliū a deo eſt:
ideo medicus qui eſt miniſter nature ē etiā
miniſter dei. Et ideo tam a deo q̄ꝫ ab hoībꝰ
medicus bonꝰ ⁊ catholicus exaltatur et ac⸗
ceptatur. Et hoc eſt qd̄ īnuit. Eccli. xxxviij
Diſciplina medici exaltabit caput illius: et
in medio magnatoꝝ collaudabitur: altiſſi⸗
mus de terra creauit medicinam: ⁊ vir pru
dens nō abhorrebit eā. In quibꝰ quidē ver
bis deſcribit ⁊ laudatur ars medicoꝝ qua⸗
druplicıter.

Primo quidē vt fructuoſa. ſ. ipſi medico.
qꝫ diſciplina medici exaltabit caput illius.

Secūdo vt famoſa. ſ. nō ſoluꝫ apud mino
res. ſed etiā apud maiores: qꝫ in medio ma
gnatoꝝ collaudabitur.

Tertio vt virtuoſa. ſ. habens virtutē a deo
qꝫ altiſſimꝰ de terra creauit medicinam.

Quarto vt gratioſa. ſ. apud prudentes: qꝫ
vir prudēs nō abhorrebit eam.

Eſt ergo primo medico fructuoſa: qꝫ diſci
plina medici. ſ. in hoc mūdo vel in celo. Poſ
ſet enī medicus ſic vti diſciplīa. ſ. ſcīa vel ar
te ſua ꝙ nō ſolū exaltaret in mūdo: ſed etiā
in celo. Primo quidē ſi qd̄ ſtudet facere cir
ca alioꝝ corpora faceret ip̄e p̄mo circa aīaꝫ
ſuā. ſ. vt ſtuderet curare eā ab egritudinibꝰ
vicioꝝ per medicinaꝫ pnīe. quia. ſ. deterior
eſt egritudo aīe q̄ꝫ corp̄is. vnde ſi compati
tur infirmitati alteriꝰ corpali: multomagis
deberet cōpati infirmitati ſue ſpūali. ⁊ ideo
dicit ei. Luce. iiij. Medice cura teip̄m. Itē
ſi dum curat in alijs corpalem infirmitateꝫ
adiuuaret eos ad curandā infirmitatē ſpi⸗
ritualē eo. ſ. modo quo p̄cipit eccleſia medi
cis ex̄. de penitētijs ⁊ remiſſionibꝰ ca. xiij.
vbi dr̄. Cum infirmitas corpalis nōnunq̄ꝫ
ex pctō ꝓueniat: dicente dn̄o languido quē
ſanauerat. Vadē ⁊ amplius noli peccare ne
deterius aliquid tibi cōtingat. Preſenti edi
cto ſtatuimꝰ ⁊ diſtricte p̄cipimꝰ medicꝭ cor
porū. vt cum eos ad infirmos vocari conti
gerit: ipſos ante oīa moneant ⁊ inducāt vt
medicos aduocent animarū: vt poſtq̄ꝫ fue⸗
rit infirmo de ſpūali ſalute ꝓuiſum: ad cor⸗
poralis medicine remediū ſalubrius ꝓceda
tur. cū cauſa ceſſante ceſſet effectus. ⁊ infra
Si quis aūt medicoꝝ huius noſtre ꝯſtitu⸗
tionis tranſgreſſor extiterit tādiu ab ingreſ
ſu eccleſie arceat, gloſa per ſnīam nō ipſo iu
re qd̄ male vel nullo modo ſeruat. donec ꝓ
tranſgreſſione hmōi ſatiſfecerit competen
ter. Ceterū cū aīa ſit multo p̄cioſior corpe:
ſub interminatione anathematis prohibe⸗
mus: ne quis medicoꝝ pro corpali ſalute a
liquid egro ſuadeat: qd̄ in periculū aīe con⸗
uertatur. Item ſi medicus de arte ſua eſſet
miſericors ſcꝫ pauperibus infirmis. Nam
ſicut diues tenetur facere elemoſynā de di⸗
uitijs ſuis: ita ⁊ medicꝰ de arte ſua. ſ. in ca⸗
ſu ſaltē extreme neceſſitatis. puta ſi videret
ex defectu cure perire pauperē infirmū qui
nō hꝫ vnde medico ſoluat: nec aliꝰ eſt qui ve
lit ſoluere pro eo: tenet ei gratis curationis
beneficiū ſeu ꝯſiliū exhibere: ⁊ ſi alias etiaꝫ
ꝓpter tantā neceſſitatē ei ſubueniret bene
faceret ⁊ multū mereret. ſicut faciebat ma⸗
giſter Rogerius de colle vallis elſe qui fuit
medicus deuotus xp̄o ⁊ toto tp̄e vite ſue i
virginitate p̄manſit. ⁊ erat ita pius paupe⸗
ribus infirmis ꝙ cū a diuitibꝰ bonū ſalariū
de labore ſuo exigeret ⁊ reciperet: ab ipſis
tamen paupeꝛibꝰ infirmis nūq̄ꝫ aliquid ꝓ
curatione ipſoꝝ recipere volebat: ſed gratis
eos curabat ⁊ ſollicitius eos q̄ꝫ diuites viſi

ſtabat. Qui ergo medicus ꝑdicta fecerit nō
eſt dubiū qn diſciplina eius exaltabit caput
illius: nō ſolū in mūdo: ſed etiā in celo. Pro
uerbioꝝ. iiij. Accipe ſapientiā ꝛ exaltabit te
Secūdo ars medici cōmendat̃ vt famo-
ſa non ſolum apud minores: ſed etiā apud
maiores. vnde dicit̃ ī auctoritate adducta
ꝙ in medio magnatoꝝ collaudabit̃. ſcꝫ me
dicus doctus. Et ratio eſt quia ſicut dicitur
Matth. ix. Non eſt opus valentibꝰ medicꝰ
ſed male habentibus. Non ſolum aūt mino
res infirmātur ꝛ male habent: ſed etiā ma-
iores ꝛ magnati: ſiue ſint ꝑncipes ſiue alij
īmo frequēter ꝓpt̄ ſuꝑfluas delitias ꝛ mo
dicas exercitationes magis langueſcūt ta-
les ꝙ̄ alij. Unde tales magis indigent me-
dico ꝛ ipſi laudant medicos a quibus cura
ti ſunt Eccl'i. xxxix. Collaudabūt multi ſapi
entiā eius. ſ. magni ꝛ ꝑui. Sed aduertendū
eſt hic qꝛ laudandus eſt aliquis ꝓprie pro-
pter v̄tutē. Cuiꝰ rationē aſſignat phūs in
ꝑmo rethorices. Ex eo ꝙ intantū ē aliquid
laudabile inq̄ꝫtum eſt bonū. vnde homo in
tantū laudabilis eſt inq̄ꝫtum bonꝰ eſt: ſed
bonū honeſtum qḋ eſt virtus maxime ha-
bet rationē boni: ꝛ ipſa eſt q̄ bonū facit ha-
bentē ꝛ opus eius bonū reddit. vt dꝛ etiaꝫ
ī libro ethicoꝝ. Et iō ꝓpe ꝓpt̄ v̄tutē ſiue ꝓ
pter v̄tutis opa reddit hō laudabilis ꝛ ma
xīe laudabil̄. Jō eo ipō ꝙ medicus de arte
ſua oſtendit̃ etiā magis eſſe laudabilis: da
tur intelligi ꝙ ars medicine vel quecūqꝫ a-
lia ars quedā virtus eſt. Unde etiam phūs
in. vi. Ethicoꝝ ponit artē eſſe virtuteꝫ. ſ. in
tellectualē. Et ratio eſt: qꝛ cum oīs virtꝰ di-
catur in ordine ad bonū: duplici rōne aliq̄s
habitus dicit̃ virtꝰ. Uno mō qꝛ facit facul-
tatem bene operandi. Alio modo qꝛ cum fa
cultate facit etiam bonū vſum. facere autē
bonū vſum ꝑtinet ad illos habitus qui per
ficiūt ꝑtem perpetuā eo ꝙ vis appetitiua
aīe eſt que facit vti oībus potentijs ꝛ habi-
tibus. Ars ergo q̄ eſt recta ratio factibiliuꝫ
poteſt dici virtus inq̄ꝫtum dat facultatem
benefaciendi. ſ. opus artis. nō autem eſt vir
tus que de ſe faciat bonū vſum. qꝛ nō eſt ha
bitus ꝑficiens appetitū in eo ꝙ appetitus
humanꝰ aliquo modo ſe hꝫ: ſed in eo ꝙ ip-
ſum opus qḋ fit in ſe bonū eſt. Unde non
pertinet ad laudem artificis inq̄ꝫtum arti-
fex eſt qua voluntate opus faciat: ſed qua-
le ſit opus qḋ facit. Unde ipſa ars eſt q̄daꝫ

virtus intellectualis inq̄ꝫtum dat facultatē
bene operandi. Sed quia ad hoc vt homo
bene vtatur arte quaꝫ habet requirit̃ bona
voluntas que perficitur ꝑ virtutem mora-
lem. ideo q̄ꝫtum ad vſum bonū ars non eſt
virtus. ſed eius ſ̄m philoſophū eſt aliq̄ vir
tus. ſ. moralis. inq̄ꝫtum ad bonū vſum eius
requiritur aliqua virtus moralis. Manife
ſtum eſt enī ꝙ artifex per iuſticiā que facit
voluntatē rectaꝫ: intelligitur artifex vt opꝰ
fidele faciat. ꝛ ideo dicit̃ Eccl'i. ix. ꝙ in ma-
nu artificū opera laudabūtur. Tertio oſtē-
ditur ars medicorū eſſe virtuoſa. ſ. ratione
ꝑncipij primi a quo eſt medicinarū virtus:
quia eſt a ꝑma virtute ſcꝫ altiſſimi dei. Un
de ait. Altiſſimus. ſ. deꝰ de terra creauit me
dicinā. i. herbas ꝛ fructus medicinales ad
ſalutem hominū. ꝛ hoc quādo dixit Geneſ
ꝑmo. Germinet terra herbā virentē ꝛ faciē
tem ſemē iuxta genus ſuū: ꝛ lignū pomifeꝝ
faciens fructū iuxta genus ſuū: cuius ſemē
in ſemetipō ſit ſuper terrā. Et factū eſt ita.
Et ꝓtulit terra herbam virentē ꝛ facienteꝫ
ſemen iuxta genus ſuū: lignūqꝫ faciens fru
ctum ꝛ habēs vnūquodqꝫ ſementē ſ̄m ſpe
ciem ſuam. Ex quibꝰ verbis liquet ꝙ virtu
te dei qui terram creauit terra ꝓducit her-
bas ꝛ ſemīa ꝛ ligna. id eſt arbores ꝛ fructꝰ
in quibus etiam ſemina. ꝛ in oībus his īue
niuntur medicinales virtutes ꝯtra infirmi
tates diuerſas. Sicut manifeſte patet in ar
themeſia que a nomīe dicitur mater herba
rum: ꝛ eſt calida ꝛ ſicca in tertio gradu: cuiꝰ
folia habent virtutē expellendi ſterilitatem
mulieris factā ex humida cauſa. qḋ poteſt
comprehendi ex cōplexione ſi ſit pinguis vl'
macilēta: ꝛ dēnt talia folia arthemeſie pulue
rizari cum herba que dicitur biſtorta ꝛ cū
nuce muſchata: in eadem q̄ꝫtitate conficiat̃
puluis cuꝫ melle vl' ſyrupo ſimplici: ꝛ detur
in modū electuarij in mane ꝛ ſero cuꝫ vino
decoctionis arthemeſie. Item in herba que
dicitur bethonica que eſt calida ꝛ ſicca ī ter
tio gradu: cuiꝰ folia valent cōtra dolorem
capitis factum ex frigida cauſa in eo exiſtē
te ſi fiat gargariſmus ex colatura decoctio-
nis bethonice cum ſtaphi. in aceto. Iteꝫ pa
tet in borragine: que valet contra ſyncopiꝫ
ſi ex ſucco borraginis ꝛ zuccaro fiat ſyrupꝰ
contra cordiacam ꝛ epilenticā paſſioneꝫ ad
dito ibi puluere de corde ceruī. ſicut poſſꝫ ex
emplificari de vnaquaqꝫ herba: quia nulla

inuenitur ſine aliqua medicinali virtute. Eſt
etiam virtus medicinalis a deo poſita in ſe
minibus herbarũ. ſicut patet in ſemine mel
liloti: quod eſt calidum ⁊ ſiccuꝫ in primo gra
du ⁊ dicitur corona regia que formatur ad
moduꝫ ſemicirculi: ⁊ ponitur in medicinis
cum ipſis corticibus: cuius decoctionis vi-
nũ digeſtionem confortat ventoſitatem ex
cludit oppilationem renũ ⁊ veſice aperit.
Item tale ſemen in cibis vel potibus poſi-
tuꝫ eas boni saporis ⁊ optime olentẽ facit.
Item patet in ſemine aniſi qđ alio nomine
dicitur cyminũ dulce ⁊ eſt calidum ⁊ ſiccuꝫ
in tertio gradu: ⁊ valet contra ventoſitateꝫ
⁊ indigeſtionem: ⁊ acidã eructuationem ſi
detur vinũ decoctionis aniſi feniculi coſti ⁊
maſticis. Et ſic poſſet exemplificari de mul
tis alijs ſeminibus. Item inuenitur virtus
medicinalis in lignis. ſicut patet in ligno a
loe precipue quod reperitur in inſula que di
citur cumie: cuius decoctionis vinũ digeſti
onem procurat ⁊ ſtomachũ frigidatum ca
lefacit. ⁊ ſi abominabile fuerit ponatur pa-
rum aloes integrum in vino per noctem ⁊
mane vinũ exhibeatur. Sic poſſet exẽplifi-
cari de multis alijs lignis. Item inuenitur
virtus medicinalis in fructibus. ſicut patet
in piris que ſunt frigida ⁊ ſicca: que cocta
in aqua pluuiali ⁊ poſita ſuper os ſtomachi
vomitũ ex cholera coartant: poſita vero ſu
per pectinem fluxum ventris. ſicut poſſꝫ ex
emplificari đ omnibus alijs fructibꝰ. Quis
autem ſufficienter dicere poſſet de virtuti-
bus medicinalibus quas etiam altiſſimus
poſuit in radicibus ⁊ frondibus ⁊ floribus
herbarum vel arborꝝ aut etiam in precioſis
lapidibus ⁊ in diuerſis ſpeciebus minera-
liũ: ſeu etiam animaliũ que ex terra vel ĩ ter
ra oriuntur: que ſcilicet virtutes hominibꝰ
vel ex diuina inſpiratione vel ex longi tem-
poris experientia ſunt compte. Unde dici-
tur Eccleſiaſtici. xxxviij. poſt verba auctori
tatis inducte. Ad agnitionem hominũ vir
tus illorum. Et dedit hominibus ſcientiam
altiſſimus: honorari in mirabilibus ſuis.
Quaſi diceret ad agnitionem hominũ per-
uenit ſupple virtus illorum: ſcilicet medici-
nalium vt herbarum lignorum ⁊ fructuũ ⁊
ſeminũ. Unde Sapientie. vij. Dominus de
dit horum ſcientiam veram. Et poſt diffe-
rentiam virgultorum ⁊ virtutes radicuꝫ et
quecunqꝫ ſunt abſconſa ⁊ improuiſa didi-
ci. vnde ſubdit Eccleſiaſticꝰ. Altiſſimus de
dit hominibus ſcientiam: ſcilicet medican-
di vel predicta cognoſcendi. honorari ĩ mi-
rabilibus ſuis. id eſt vt honoretur in mira
bilibus operibus ſuis. Quarto deſcribitur
ars medicorum vt gratioſa ⁊ accepta etiaꝫ
viris prudentibus. ¶ Unde additur in au-
ctoritate ꝑinducta. vir ꝙ prudẽs non ab-
horrebit eam. Eſt autem triplex ratio qua-
re vir prudens non abhorret medicinam.
Primo ratione principij: ſcilicet a quo eſt
medicinarum virtus. quia ſicut dicitur Ec-
cleſiaſtici trigeſimooctauo. A deo eſt omnis
medela ⁊ a rege accipiet donationeꝫ. Et ex
ponitur ꝙ a deo eſt omnis medela non ſo-
lum ſpiritualis ſed etiam corporalis. Job
quĩto. Ipſe vulnerat ⁊ medetur. Hieremie
decimoſeptimo. Sana me domine ⁊ ſana-
bor. ſequitur. Et a rege ſcilicet celeſti accipi
at donationem. id eſt efficatiam in donati-
onem medicine. Quaſi dicat. Non ſoluꝫ eſt
a deo medicina: ſed etiam eſt ab eo ꝙ medi
cus efficatiam habeat in diſtributione me
dicine. Et ideo in infirmitate maxime eſt fi
ducia habenda in domino: ⁊ reprehenſibi-
lis oſtenditur fuiſſe Aſa de quo dicitur ſecũ
di Paralꝰ. decimoſexto. Egrotauit aſa dolo
re pedum vehementiſſimo: ⁊ nec in infirmi
tate queſiuit dominũ: ſed magis in medico
rum arte confiſus eſt. Inquãtum ergo me
dicina eſt a deo non eſt abhorrenda. quia ſi
cut dicit ꝑmi Thimo. quarto. Omnis cre-
atura dei bona: ⁊ nihil reijciẽduꝫ quod cũ
gratiarũ actione recipitur. Secundo ratio
ne exempli: quia etiam viri ſancti ⁊ pruden
tiſſimi leguntur nõ abhorruiſſe medicinas
ſicut patet in Eſaia ⁊ Ezechia. quia eſai-
as emplaſtrum caricarum alligauit ezechie
Eſaie trigeſimooctauo. Quod cum attuliſ-
ſet ſuper vulnꝰ eius curatus eſt. quarti Re
gum vigeſimo. Sed obijcitur de beata aga
tha que dixit beato petro. Medicinã carna
lem nunꝙ corpori meo exhibui. Sꝫ põt di-
ci ꝙ priuilegia paucorũ nõ faciũt legẽ cõ-
mune. Tertio rõe expimẽti: qr frequenter ⁊
mãifeſte experimur ꝙ medicine valent ad
ſanitatẽ corporis. ea aũt que ſunt manife-
ſte vtilia nõ dꝫ reſpuere hõ prudẽs. Licet
enĩ dominus ſolo verbo poſſet curare oẽm
morbum: tamen vult etiam per hoĩes ⁊ per
corporales medicinas corpora ſanari. vt ĩ
ter hoĩes mutua charitas ⁊ inter corpora

etiam ſeruet ordo nature. Unde dr̄ Eccl'i.
xxxviij. Da locum medico. etenī illum dn̄s
creauit ⁊ non diſcedat a te. q2 opa illius ne
ceſſaria ſunt. eſt enī temp⁹ quādo in man⁹
illoꝝ incurras. Et oīa hec conſiderat homo
prudens etiā ſm prudentiā ſpiritus. quia
ptinet ad virum prudenté habere curam de
vita corporis ⁊ de pace mētis. Et ide Ro
ma. viij. dicit ꝙ prudentia ſpiritus vita et
pax. i. cauſa vite ⁊ pacis. vite. ſ. nature ⁊ pa
cis conſcientie. B

## Secūdo in themate aſ

ſumpto tangitur corporalis vite ꝑuatio: cū
dicit. nō eſt. ſ. viuens ampli⁹ corpore. ſicut
arbor ſucciſa ⁊ deſiccata nō ē ampli⁹ viuēs
licet remanſerit vita in radice. ⁊ ſic eſt cor
pus ſucciſuz per mortē. licet remāſerit vita
in anima que ē radix vite. ps. Priuſꝙ abe
am ⁊ amplius non ero. Licet poſſet referri
verbū thematis ad terminatōnē artis ſiue
vſus eius. vt intelligat nō eſt amplius me
dicus. q2 ſcilz in alia vita nō habet locū me
dicina. Unde de medico mortuo poteſt ex
poni illud. Eſaie. iij. Non ſum medic⁹: ⁊ in
domo mea nō eſt panis neqꝫ veſtimentuz.
Hoc enī verbū poteſt dicere aīa medici vbi
cūqꝫ ſit ſiue in paradiſo ſiue in inferno. Nā
ꝙtum ad medicū qui eſt in paradiſo ꝑ ver
ba predicta excludit triplex paſſio ſiue ne
ceſſitas quā patimur in vita iſta. Nam ali
qua paſſio eſt q̄ infert ab exteriori ſicut paſ
ſio frigoris ab aere frigido vel vento: ⁊ cō
tra hanc indiget homo veſtimēto. Secūda
paſſio eſt q̄ ab interiori. ſ. paſſio famis. ⁊ cō
tra hanc indiget hō pane. i. cibo corporali.
Alie vero paſſiones ſūt q̄ ſunt ab vtroqꝫ. ſi
cut paſſiones egritudinū: que quādoqꝫ cau
ſantur a cauſa interiori puta ab humorib⁹:
quādoqꝫ ab exteriori ſicut a peſtilēti aere ⁊
ſimilibus: ⁊ ſic ſunt etiā paſſiones vulnerū
q̄ ab ex̄ inferūtur. Et ꝯ hmōi paſſiones indi
get hō medico ſiue chirurgico ſiue phiſico.
In vita aūt eterna nō ſunt paſſiones egri
tudinū ſeu vulnerū: ſed habent perpetuā ſa
nitaté ⁊ impaſſibilitaté. Unō btis dr̄ Ma
lach. iiij. Orietur vobis ſol iuſticie ⁊ ſani
tas in pennis eius. ⁊ ideo nō eſt ibi medicus
Unde dicit. nō ſum medicus. q2 ſicut dicit
Luce. v. Non egent q̄ ſani ſunt medico. Itē
in vita eterna nō erit paſſio famis. Eſa. xlix
Non eſurient neqꝫ ſitient amplius. ⁊ iō nō
erit ibi neceſſarius panis aut cibus corpo
ralis. ⁊ ideo dixit in domo mea. ſ. māſionis
celeſtis non eſt panis. i. cibus corpalis. Et
ideo poteſt dici aīe intrāti paradiſum illud
iij. Regū. xiij. Non comedes panē neqꝫ bi
bes aquā: neqꝫ reuerteris per viā qua veni
ſti. ſ. per mortē. quia. ſ. reſurgēs ex mortuis
iam nō morit ⁊ mors illi vltra nō dn̄abit.
Roma. vi. Item nō eſt ibi paſſio frigoris.
Canticoꝝ. ij. Iam enī hyems trāſijt. i. tem
pus frigoris imber abijt ⁊ receſſit. ſicut nec
eſtus erit ibi. Apoca. vij. Non cadet ſuper il
los ſol neqꝫ vllus eſtus. ⁊ ideo nō indigent
veſtimēto. ꝓpterea dixit in auctoritate īdu
cta. neqꝫ veſtimentū. Job. i. Nudus reuer
tar illuc. erit tamen poſt reſurrectionē qui
libet amictus lumine ſicut veſtimento ſicut
dr̄ in ps. Si aūt fuerit in inferno. ſic nō erit
ibi medicus. q2 paſſiones eoꝝ ⁊ plage inſa
nabiles ſunt. Unde Hiere. xv. dicit ex perſo
na dānati hoīs. Factus eſt dolor meus per
petuus. ⁊ plaga mea deſꝑabilis renuit cura
ri. Item erit ibi fames ꝑpetua ꝓpter caren
tiam oīs boni ſiue refectiōnis cōſolatione.
quia nihil deſiderabile dabit eis. Unde po
teſt dicere dānatus ibi illud Dan̄. x. Panez
deſiderabilē nō comedi. ſ. ex quo veni huc.
Item erit ibi eſtus intolerabilis ⁊ frigus in
tenſiſſimū. q2 tranſibunt ab aquis niuiū ad
calorē nimiū. Job. xxiiij. Et erūt in oīmoda
nuditate. q2 de demonibus vel peccatis vel
de cōſanguineis hoīs morientis dicit Job
xxiiij. Nudos dimittunt hoīes veſtimenta
tollentes quibus non eſt operimentū in die
frigoris. C

## Tertio ponit in thema

te alterius ſeculi locatio: cuz dicit ibi. Nam
aīa hoīs morientis aut vadit ad infernū ⁊
ibi locata nunꝙ habebit requiē. Et ideo di
citur homī reprobo morienti. Conſurgens
trāſfreta ibi quoqꝫ nō erit reqēs tibi. Eſa.
xxiij. Nam pena dānatoꝝ in inferno nunꝙ
ceſſat. q2 ſemꝑ ſunt in odio dei eiecti a ꝯſor
tio beatoꝝ. Unde dicit dn̄s de eis. Oſee. ix
Ibi exoſos habui eos. ſ. in mundo ꝓpt ma
liciā adiuentionū eoꝝ. de domo mea eijciā
eos. ſ. de domo paradiſi: ⁊ nō addam vt di
ligam eos. ſ. in inferno. vnde ſemper rema
nent in odio dei. Aut vadit aīa morientis ad
purgatoriuz. ⁊ tales aīe ibi exiſtentes exol
uūt debita penarū: q̄ poſſūt redimi a nobis
elemoſynis ⁊ ſacrificijs ⁊ alijs ſuffragijs. ⁊
hec valent eis ex miſericordia xp̄i: ⁊ ex vir

tute paſſionis: qua ipſe dñs nos redemit. ⁊ ideo dicit̃ anime ibi exiſtenti. Ibi redimet te dominus. Michee. iiij. Aut vadit anima morientis ad paradiſum, ⁊ ibi habent anime in ip̃o deo gaudiũ ſempiternum. Unde pſ. Ibi letabimur in ipſo: id eſt in ipſius viſione beata. Matthei. xxviij. Ibi eũ videbitis ⁊c. Ad quã viſionẽ nos perducat ⁊c.

In funere alicuius docti viri vel litterati. Sermo. XXV.

Moritur doctus ſicut ⁊ indoctus. Eccl's. ij. Videmus ꝙ docti ⁊ litterati viri multũ differunt ab indoctis ⁊ illitteratis in vita. Primo quidẽ quantũ ad vite ſolatiũ, qꝛ ſicut dicit Seneca. Ociũ ſine litteris mors eſt: ⁊ viui hominis ſepultura. i. Machab. xij. Habẽtes ſolatio ſanctos libros. Rom. xv. Per patientiã ⁊ conſolationẽ ſcripturarũ ſpem habeamus. Itẽ quãtũ ad litterature cõmodũ: quia frequenter oportet aliqua legere vel dictare vel ſcribere: que viri docti vel litterati poſſunt cõmodius ⁊ efficaciꝰ facere per ſeipſos ꝙ̃ poſſent fieri per alios: quod illitterati ⁊ indocti facere non poſſunt Unde oportet ꝙ litteras ſecretas ⁊ ſimilia communicent alijs: quia aliquando fideles nõ ſunt, ⁊ ideo talia ſecreta non eſt tutũ ſcribere indoctis ⁊ illitteratis. Eccli. viij. Ne cõmunices cũ hoĩe indocto. Itẽ differunt quantũ ad ſcientie lucrũ. quia multi docti viri ⁊ litterati multum lucrantur de ſcientia ſua ſicut aduocati ⁊ medici ⁊ notarij ⁊ doctores ſcientiarũ quarũdã. ⁊ ideo pleriqꝫ illitterati ſunt in egeſtate pecunie, ⁊ ſi nõ ſint in egeſtate pecunie: ſunt tamen in egeſtate ſcientie que eſt egeſtas cordis. Unde Prouerb. x. Qui indocti fuerint in egeſtate cordis morientur. Itẽ differunt quantũ ad doctrine fructũ. quia docti ⁊ litterati poſſunt ⁊ ſciunt alios docere: non aũt indocti. ⁊ ideo dicitur Prouerb. xiiij. In corde ſapiẽtis requieſcit ſapientia ⁊ indoctos quoſqꝫ erudiet.

Sed quantũcũqꝫ ſic differunt in vita doctus ⁊ indoctus: in morte tamen corporali differre non videntur: quia vterqꝫ moritur, ſcꝫ doctus ⁊ indoctus. ⁊ hoc eſt qđ in themate aſſumpto dr. qꝛ moritur ⁊c. In quibꝰ quidẽ verbis poſſumꝰ cõſiderare tria.

Primo quidem flebilẽ ſubtractionẽ: quia moritur doctus.

Scđo ineuitabilẽ cõmunionẽ: qꝛ ſic ſcilꝫ oportet ꝙ moriatur doctus vt indoctus.

Tertio vero illaudabilẽ priuationẽ: cum dicatur indoctus.

Circa primũ notandũ eſt ꝙ ſubtractio ⁊ mors alicuius boni viri ⁊ litterati eſt magis flebilis ⁊ lamentabilis alijs qui remanent ꝙ̃ ſit cõiter ſubtractio ⁊ mors hoĩm indoctoꝝ ⁊ idiotarũ. Et ratio eſt: quia doctoꝝ ⁊ litteratoꝝ preſentia ⁊ ſeruitiũ videtur eſſe magis neceſſaria ⁊ vtilis non ſolũ ſingularibꝰ perſonis: ſed etiã cõitati ⁊ saluti reipublice. Nã ſicut eſt neceſſaria terre influentia celi ⁊ ſtellarũ: ita videt̃ eſſe neceſſaria reipublice ſapiẽtia ⁊ cõſiliũ ⁊ miniſteriũ doctorũ ⁊ litteratorũ viroꝝ. ⁊ ideo dicitur Dañ. xij. Qui docti fuerint fulgebũt quaſi ſplẽdor firmamenti: ⁊ qui ad iuſticiã erudiũt plurimos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Ubi nota drĩam doctoꝝ hoĩm

Quia quidã ſunt inſtructi: ſed nõ inſtruẽtes. Et de iſtis dicit. qui docti fuerint fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti.

Quidã vero ſunt inſtructi ⁊ inſtruentes. ⁊ de iſtis ſubdit. ꝙ q̃ ad iuſticiã erudiũt ⁊c.

Circa primũ nota tria bona que facit ſciẽtia litterarũ hoĩbꝰ litteratis. Nã primo facit eos magis intelligentes: qđ notatur cũ dicitur. qui docti fuerint. Et eſt dicenda rõ huiꝰ. Primo quidẽ: qꝛ plura intelligit hõ ꝑ doctrinã alioꝝ ꝙ̃ faceret ꝑ ſeipm̃. vñ ſcientia vt plurimũ adgenerat in nobis ex doctrina. ſicut dicit pħus in ſcđo Ethicorum. Unde doctus: id eſt doctrina alioꝝ inſtructus magis intelligit. Secundo: quia ſicut lux ſolis in aere recepta facit plurima videre: ita ſcientia in homine per doctrinam adgeneratã facit plurima intelligere. quia tunc intelligit ⁊ per ſeipſum ⁊ eſt ab alio adiutus. Unde Heſiodus poeta: ſicut refert Ariſtoteles in primo Ethicoꝝ. dixit ꝙ qui per ſe intelligere poteſt eſt optimus. qui vero recipit que dicũtur ab alio: eſt etiã bonꝰ. qui aũt neutrũ habet: eſt inutilis quantum ad acquiſitionẽ ſciẽtie. Sed quantũ ad doctrinã moralẽ impeditur homo ne efficiat̃ doctus in ea dupliciť. Uno mõ q̃tũ ad ſciẽtiam. alio modo quantũ ad finem. Primo modo impeditur iuuenis. Et ratio eſt. quia iuuenes in etate ſunt inexperti operũ humane vite propter temporis breuitatẽ. vnde non habent de eis noticiã: cũ talia per experientiam maxime cognoſcantur. ⁊ ideo nõ

poſſunt de talibus bene iudicare. quia vnuſ
quiſqꝫ bene iudicat que cognoſcit ⁊ horum
verus eſt iudex: ſicut phus dicit in primo
ethicoꝝ. Sic qui eſt inſtructus circa vnum
quodqꝫ genꝰ bene iudicat ⁊ de pertinētibꝰ
ad ipm: ⁊ qui circa omnia de omnibus. ⁊ ꝑ
conſequens iuuenis nō eſt bonus auditor
doctrine moralis: quia oportet ꝙ auditor
ſciat dijudicare de his que audit vt bene di
cta recipiat ⁊ male dicta reſpuat. Sed notā
dū ꝙ aliquādo ex gratia dei ſpeciali ſupple
tur iſte defectus in quibuſdaꝫ iuuenibꝰ qui
etiā in iudicando de actibus humanis pre⸗
feruntur ſenibus. ſicut patet in Daniele. Sz
ſuſcitauit deus ſpiritū pueri iunioris cui no
men Daniel. Et dixerunt ei ſenes. Ueni ⁊
ſede in medio noſtrū ⁊ indica nobis: quia
dedit tibi deus honorē ſenectutis. Dan. xiij.
Unde poſtea iudicauit ⁊ condemnauit ſe⸗
nes qui falſe ⁊ inique condemnauerant ſu
ſannā. Et multos alios iuuenes habuit ec⸗
cleſia ſuperdoctos a deo. de quibus Eſa. liiij
Ponam filios tuos doctos a domino. Alio
modo impeditur aliquis in doctrina mora
liū quantū ad finē ipſius: qui eſt non cogni
tio: ſed actus bonꝰ ſm philoſophū. Et hoc
modo ſectator paſſionū inutiliter audit do
ctrinam moralē que eſt doctrina virtutum.
ſicut eſt ille qui ex electione proponit vt ſa⸗
tiſfaciat concupiſcentie ſue. talis em̄ vt dic̄
phs i. i. ethi. inanit. i. ſine efficacia ⁊ inutilit
i. ſine ꝯſecutione finis audit moralē ſcien⸗
tiā: cuius finis ſicut ⁊ omniū practicarum
non eſt cognitio ſola ad quā talis perueni⸗
re poteſt: ſed actus virtuoſus ad quē non ꝑ
uenit qui paſſionē ſectat. Sic accidit etiaꝫ
de incontinentibus: qui licet proponāt a no
xijs ⁊ delectationibus abſtinere: vincuntur
tamen interdū impetu paſſionis: vt contra
ſuū propoſitū impetū paſſionis ſequantur.
vnde tales licet ſint docti in cognoſcendo:
non tamen oſtendunt ſe doctos in operan⸗
do. Sed de doctrina ſacre ſcripture ſciendū
ꝙ tradita eſt nobis vt cognoſcamus ea q̄
ſunt fidei ⁊ ea que ſunt vite ⁊ morū vt boni
fiamus. Unde ille oſtenditur doctus ⁊ in⸗
telligens in iſta doctrina qui conſequitur
vtrūqꝫ finē. ſcꝫ ſcientiā fidei ⁊ operationem
morum. Sed neutrū finē aſſequitur homo
impius ⁊ malus. ex quo enim malus eſt nō
agit que ſunt bonorum morum: ⁊ non vult
intelligere vt bene agat: ⁊ excecat eū mali⸗
cia ſua. Et impius qui caret fidei pietate ex

cecatus ex impietate infidelitatis caret pri
mo fine ſcꝫ agnitiōis fidei. ⁊ fidelis malus
⁊ peccator caret ſecundo: ⁊ neuter eſt perfe
cte intelligens aut perfecte doctus. Et ideo
dicitur Danielis. xij. Impie agent impij: ne
qꝫ intelligent omnes impij: porro docti in⸗
telligent. Secundum bonū quod facit ſciē⸗
tia litterarum eſt: quia facit homines appa
rentes. ⁊ ideo dicit in auctoritate inducta:
ꝙ fulgebunt. ea eniꝫ que fulgent magis ap
parent. Fulgent enim intra ſe per ſcientiaꝫ
⁊ extra per verborum eloquentiam. Thob.
xiij. Luce ſplēdida fulgebis. id eſt habebis
lucem ſcientie ⁊ ſplendorē eloquentie ⁊ ful
gorem fame. Sed notandum ꝙ quidā ful⸗
gent in nocte quorum fulgor non apparet
in die ſicut noctiluce. Et tali fulgori aſſimi⸗
atur ſcientia ⁊ eloquentia hominis pecca⸗
toris. quia habet lucem ſcientie cum obſcu⸗
ritate peccati. Luc. xi. Uide ne lumē qd̄ i te
eſt tenebre ſint. Tertium bonum quod fa
cit ſcientia litterarum eſt: quia facit homi⸗
nem eminentem. ⁊ ideo dicitur in auctori⸗
tate ſupra allegata. ſicut ſplendor firmamē
ti. Firmamentuꝫ enim preeminet ceteris:
ita viri litterati ⁊ eloquentes ſi ſint boni vi
ri vtilius ⁊ decentius preſunt. ⁊ ideo ſcien⸗
tia ⁊ litteratura rectoris ⁊ domini recte eſt
vt ſplendor firmamēti. Eccli. xliij. Uas ca⸗
ſtroꝝ in excelſis in firmamēto celi reſplē⸗
dens. debet eniꝫ rector ⁊ dominus eſſe vas
mundum per continentiam. ſed caſtrorum
per fortitudinis pugnam. ſed in excelſis in
firmamento per iuſticiam reſplendens per
prudentiam ⁊ ſcientiā. Secundo oſtē
ditur in auctoritate allegata danielis ꝙ ſūt
inſtructi ſiue docti alios inſtruentes ⁊ docē
tes. Et de iſtis dicit. ⁊ qui ad iuſticiam ⁊c.
Ubi tanguntur quattuor conditiōes quas
habet doctrina perfectorum doctoruꝫ. Pri⸗
ma eſt. quia eſt fructuoſa ſcꝫ quia erudiunt
ad iuſticiam. Quidam enim docti ſunt qui
erudiunt alios ad pecuniam: ſicut doctores
legum aut decretorum aut medicine: ⁊ alia
rum ſcientiarum ſeculariuꝫ. Nam ⁊ illi qui
docent faciunt propter ſalarium ⁊ lucrum
pecunie. ⁊ illi etiam qui audiunt talia volūt
addiſcere vt inde poſtea lucrentur. Unde ta
lis eruditio habet mercedem ſuam hic in p̄
ſenti. Sed illi qui docent doctrinam ſacre
ſcripture que eſt doctrina diuinitus inſpi⸗
rata: iſti proprie erudiunt ad iuſticiam: nō
autem propter pecuniam; quia dicitur eis

gratis accepiſtis gratis date, ⁊ intendunt
etiam auditores inducere ad iuſticiam. id
eſt ad cōmunem virtutē. quia iuſticia ſm
philoſophum dicitur omnis virtus, vt ſcilꝫ
faciat hominem ad omne opus virtutis ꝑ-
fectum. ⁊ ideo dicitur. ij. Timoth. iij. ꝙ om
nis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt
ad docendum: ad arguendum: ad corripiē-
dum: ad erudiendū in iuſticia. vt perfectꝰ
ſit homo dei ad omne opus bonū inſtructꝰ.
Et tales doctores non habent hic premiū
in preſenti: ſed expectant inde coronam in
futuro, de qua doctor egregius Paulus di-
cebat. ij. Timoth. iiij. In reliquo repoſita ē
mihi corona iuſticie ⁊c. ¶ Secūda conditio
quā habet doctrina perfectorū eſt: quia eſt
copioſa quia erudiunt multos. Nota diffe-
rentiā inter pecuniā ⁊ ſcientiā. Quia pecu
nia inter multos diuiſa minuitur. Sed ſciē
tia pluribus cōmunicata non minuitur ſed
augetur. Unde Anticlaudianus dixit ꝙ ſci
entia eſt nobilis poſſeſſio anime: que diſtri
buta ſuſcipit incrementū ⁊ auarū dedigna-
ta poſſeſſorem: niſi publicetur elabitur. Et
ideo docendo alios multos etiam ipſe do-
cens proficit in ſcientia. Propterea dicitur
Eccli. xxxvij. Vir peritus multos erudiuit
⁊ anime ſue ſuauis eſt. quia ſcꝫ anime ſue
acquirit profectum ⁊ ſuauitatē ſcientie. No
tandum etiam ꝙ omne habens aliquā ex-
cellentem virtutem conatur ſimilitudinem
illius virtutis in multa alia imprimere. ſicut
ſol habens lucem excellentem multa corpo
ra facit lucida ⁊ lunam ⁊ ſtellas ⁊ planetas
Et ignis habens excellentem calorē multa
corpora calefacit. Sic etiam homo habens
iuſticiam que ſm phm eſt preclariſſima vir
tutum: multos erudit ad iuſticiam. Unde
Prouerb. x. Labia iuſti erudiunt plurimos
ſcꝫ de iuſticia. Tertia conditio quam oſten-
ditur habere in auctoritate inducta doctri-
na perfecte docentium eſt: quia eſt lumino-
ſa id eſt lumine ſapiētie plena. vnde ipſi do
ctores aſſimulantur ſtellis. Erunt inquit ſi-
cut ſtelle. ſtelle enim imbute lumine ſolis ip
ſum lumen in inferiora refundunt. Sic pe-
rini doctores luce ſolis: id eſt agnitione veri
tatis pleni ipſam libenter cōmunicāt alijs.
Unde Baruch. iiij. Stelle dederunt lumen
in cuſtodijs ſuis: ⁊ letate ſunt. Ubi atten-
dendum ꝙ ſcientiam ſuam communicant
vtiliter. quia dederunt lumen. Nam vt lu-
men ſtellarum eſt vtile contra tenebras no
ctis: ita ⁊ lumen ſcientie valet contra tene-
bras ignorātie ⁊ peccati. Item caute ⁊ pru
denter: quia in cuſtodijs ſuis. Cuſtodiunt
enim ſeipos ne quod verbis predicāt mori
bus deſtruant. Cuſtodiunt etiā ſcientiam
⁊ linguam ſuam vt proferant congruo tem
pore doctrinā. Malachie ſecundo. Labia
ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Itē com
municant eam hilariter: quia letate ſunt.
quia homini ſcienti delectabile eſt docere.
Prouerbiorum. xv. Letatur homo in ſentē
tia oris ſui. Quarta conditio doctrine per-
fectorum doctorum eſt: quia eſt glorioſa.
quia finaliter recipient gloriam in perpetu
as eternitates. ſunt enim ibi perpetue eter-
nitates viuentium ⁊ gaudentium. pſ. In e-
ternum exultabunt ⁊ habitabis in eis. Et li
cet ſit vna eternitas eſſentialis: tamen mul
te ſūt eternitates partitiue. vnde ⁊ dies an
ni dicūtur ibi eſſe eterni. Michee. v. Egreſ
ſus eius a diebus eternitatis. ⁊ in pſ. An-
nos eternos in mente habui. Et inuiſibilia
eterna dicuntur. ij. Cor. iiij. Que autem nō
videntur eterna. E

# Secūdo in themate aſ

ſumpto notatur ineuitabilis communio, qr
ſcilicet ineuitabiliter communicant in mor
te doctus ⁊ indoctus. quaſi dicat. ſicut mo-
ritur vnꝰ ita ⁊ alius. Ratio autē huius eſt
quia qui ſunt ſimiles in delicto: debent pati
ſimilem penam. Sed omnes homines tā
docti ꝙ indocti ſunt ſimiles in debito ſiue
peccato ex quo ſequitur pena mortis ſcilicꝫ
in peccato originali quod trahitur ex adam
⁊ ideo dicitur ꝙ in Adam omnes peccaue-
runt. ergo ſic debet mori ſiue doctus ſiue in
doctus. Unde prime Corinth. decimoquīto
dicitur. In adam omnes moriuntur. Et di
co ſic quantum ad mortis terminum. quia
cuiuſcunqꝫ hominis vita per mortem ter-
minatur: ſed non quantum ad mortis mo-
dum. quia non omnes eodē modo moriūť
Sꝫ notādū ꝙ duplex eſt mors ſm quā at-
tēdiť duplex ſimilitudo. Pria ē mors nature.
In hac aſſimulanť nō ſolū oēs hoīes: ſꝫ etiā
oīa aīalia. Deus enī a principio in hoc ho-
norauerat hominē ſuper omia animalia ꝙ
dederat ſibi gratiam qua poterat non mori.
Sꝫ hō ꝑ peccatū inobedientie hoc honore
reddidit ſe indignū. Et ideo ꝯueniens fuit
vt ſublato hoc ꝑuilegio honoris ꝑ actū ꝑti
nentē ad animale vitā, i. ꝑ eſum pomi vetiti

rediret ad cōitatē ⁊ cōem moꝛtalitatē oīm animaliū. Et idcirco dicitur i pſ. Homo cū in honoꝛe eſſet ⁊c. Et Eccl's.iij. Dixi in coꝛde meo de filijs hominū vt pꝛobaret eos deus ⁊ oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs. Et idcirco vnus eſt interitus hominū ⁊ iumentoꝝ ⁊ equa vtriuſqꝫ conditio. Sicut moꝛit homo: ſic ⁊ illa moꝛiunt. Similiter ſpirant omnia, ⁊ nihil habet homo iumētis amplius. Et loquitur quantū ad iſtud quod ſenſibiliter ⁊ viſibiliter apparet. quia anima hominis que remanet imoꝛtalis non videt oculis coꝛpoꝛeis. Unde ſicut de iumento nō remanet niſi cadauer: ita videt quoqꝫ ad ſenſum ꝙ ſic fit de homine: ꝗuis in rei veritate ſit falſum: hoc tamen verū eſt ꝙ ⁊ homo moꝛitur ⁊ illa etiam moꝛiuntur ſm coꝛpus quod videtur. Eſt aūt alia moꝛs ſcꝫ gehenne que dicitur moꝛs eterna: quia pꝛiuat vita eterna ⁊ omnibus bonis tempoꝛalibus. ⁊ dicitur gehenne pꝛopter penā ignis eterni. ⁊ iſta ſequitur ex peccato actuali ⁊ moꝛtali. Et iſta non eſt cōmunis omnibus hoībus: ſed tm̄ peccatoꝛibus impenitentibus. quia ſcꝫ omnes ſic pereunt in eterna dam-natione. Unde Luce. xiij. Si non penitentiam habueritis omnes ſimiliter peribitis.

¶ In quibus quidē verbis pᵐo excluditur culpe remediū. ſi nō pnīam habueritis.

¶ Secundo infertur commune ſupplicium: quia omnes ſimiliter ⁊c.

¶ Circa pꝛimū aduertendū eſt ꝙ penitētia eſt remediū quo purgatur macula culpe ⁊ remouetur reatus pene. Dicitur ꝙ leo qui cō mixtionē leene cū pardo odoꝛe cognoſcit: totus in adultere ſurgit penam. ſed ſi leena poſt cōmixtionem in flumine lauetur: nihil tū c a leone percipitur. Sic ſi anima chꝛiſti ſponſa diabolo peccando coniungitur: ipſe chꝛiſtus qui eſt leo de tribu iuda ad vindictā contra eam merito pꝛouocatur. Sed ſi anima in flumine lachꝛymoſe penitentie lauetur: ab ipō chꝛiſto peccatū diſſimulatur ⁊ parcitur. Unde Ambꝛo. Quod defendi non poteſt: ablui poteſt. lauen lachꝛyme delictū quod voce pudoꝛ eſt confiteri. lachꝛyme veniā non poſtulant ſꝫ merentur. Ezech. xviij. Si impius egerit penitentiā ab omnibus peccatis ſuis oīm iniquitatū eius nō recoꝛdaboꝛ. Sed econtra dicitur Eccli. ij. Si penitentiā non egerimus: ſcꝫ de peccatis: incidemus in manus domini: ⁊ non in manus hominum. ſcꝫ releuantium. quia in inferno nulla eſt redemptio. Illi qui nunc agunt penitentiā incidunt in manus hominum irridentiū ipſos tanꝗ pappalardos. Sed qui non agunt incidunt in manum foꝛtioꝛem: ſcꝫ dei punientis eos. Sed videtur ꝙ eligibilius ſit incidere in man⁹ domini ꝗ in manus hominum. per illud. ij. Regum. vltimo Melius eſt vt incidam in manus domini multe enī miſericoꝛdie eius ſunt: ꝗ in manus hominum. Sed dicendū eſt ad hoc ꝙ verum eſt hoc in pꝛeſenti. quia nunc eſt tēpus miſericoꝛdie: ſed non in futuro. quia tunc erit tempus iuſticie. Et ideo tunc hoꝛrendum erit incidere in manus dei viuentis. vt dicitur ad Hebꝛeos. x.

¶ Secundo in auctoꝛitate adducta ſubinfertur commune ſuppliciū. ſcꝫ hominū impenitentium. quia ſimiliter peribitis. Nota ꝙ quando aliquis vadit per viam malam ⁊ ſuſpectam vbi cōſueuerunt homines expoliari a latronibus ⁊ occidi ⁊ dicitur ei non teneatis viā iſtā ſi non vultis perire: ſed teneatis viam talē que eſt bona ⁊ ſecura. ⁊ ipſe non vult aſſentire vt exeat de via periculoſa ⁊ vadat ꝑ viā ſecuram: talis eſt ſtultus ⁊ inſipiens. Stultus: quia non exit de via mala: inſipiens: quia non vult tenere viam bonam. ⁊ ideo merito perit ⁊ ipſe ⁊ qui cū eo pergunt. Sic via mala in qua ſunt latrones expoliantes eſt via peccati in qua demones expoliāt animā gratia ⁊ virtutibus. Figura huius habetur Luce. x. de eo qui deſcendebat a hieruſalem in hiericho. i. a iuſticia in culpam qui incidit in latrones id eſt demones vel ipſa peccata. ⁊ expoliauerunt eū ſcꝫ gratuitis: ⁊ vulnerauerunt ſcꝫ in naturalibus. quia in ſtatu peccati vulneratur intellectus per ignoꝛātiam: ⁊ affectus per maliciam: ⁊ concupiſcibilis per concupiſcentiam mali inoꝛdinatā ⁊ iraſcibilis per impotentiam boni. ſemiuiuo relicto. quia licet peccatoꝛ viuat vita nature: non tamen vita gratie. Sed via bona ⁊ ſecura eſt via penitentie. quia ſicut dicit Ezechielis. xviij. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis ſuis vita viuet ⁊ non moꝛietur. Eſt ergo ſtultus ⁊ qui non vult exire de via peccati: ⁊ inſipiens qui non vult ire per viam penitentie. omnes ergo qui tales ſunt ſimul pereunt. pſ. Simul inſipiens ⁊ ſtultus peribunt. Sunt enim quidam ſtulti qui nolunt ire per viam penitentie: quia nolunt dimittere peccata. Quidam vero inſipientes ſunt qui etiam nolunt ire

per eã: quia nolunt ſuſtinere aſpera. ⁊ vtriq̧
ſimul pereunt, ſcʒ in eterna damnatione. D.

Tertio in themate aſ-
ſumpto ponitur illaudabilis priuatio cum
dicitur indoctus. Indoctus eniʒ proprie vo
catur ille qui non didicit qui tamen diſcere
poterat. ⁊ hoc plerũq̧ prouenit ex ſuperbia
Unde dicitur Prouerb. xxi. Superbus ⁊ ar
rogans vocatur indoctus: qui in ira opera-
tur ſuperbiã. Ubi tanguntur breuiter tres
modi hominum indoctorum.

Nã quidã ſunt indocti a veritatis cogni-
tione: ⁊ puenit ex ſupbia. vnde dicit ſupbꝰ.
Quidã vero ſunt indocti quantum ad ſui
eſtimationẽ. ⁊ hoc prouenit ex arrogantia.
⁊ ideo dicit. ⁊ arrogans.
Quidã vero ſunt indocti quantũ ad rectã
operationẽ. ⁊ hoc prouenit ex ira. ⁊ ideo di-
citur: ꝙ in ira operatur ſuperbiam
Quantũ ad primũ ſciendũ eſt ꝙ quidam
ſunt indocti quantũ ad cognitionẽ veritatis
tripliciter. Uno modo quia doctrinã verita
tis ignorant: ⁊ hꝰ plerunq̧ ex ſuperbia pue-
nit. quia ſuperbus innititur proprio ſenſui
⁊ deſpicit ſenſum alterius. ⁊ ideo non vult
ſubijcere ſe ſcientibus ad diſcendũ. Et ideo
dicitur Thob. iiij. Supbiã in tuo ſenſu aut
in tuo verbo nũꝙ̃ dominari permittas. Ali
quando vero poteſt prouenire etiã ex acci-
dia ꝙ homo nõ curat diſcere ea que poteſt
⁊ tenetur ſcire. quia accidia refugit ſpiritu-
ale bonũ inquantuꝫ eſt impeditiuum boni
corporalis. ⁊ tali dicit dominus Oſee. iiij.
Quia tu ſcientiaʒ reppuliſti repellã ego te.
Quidã vero ſunt indocti: quia in cognitio
ne veritatis errant: ſcilʒ falſa pro veris ap-
probantes. Et hoc etiã quandoq̧ prouenit
ex ſuperbia: quia tumor mentis eſt obſtacu
lũ veritatis. ſicut Greg. dicit. Exiſtimat eñ
quandoq̧ homo ſuperbus ſe intelligere qđ
non intelligit. ⁊ tales dicentes ſe eſſe ſapiẽ-
tes ſtulti facti ſunt. Quidã vero ſunt indo
cti quantũ ad cognitionẽ veritatis: quia in
doctrina falſitatis pertinaciter perſeuerãt.
⁊ talis eſt pertinacia eius qui errat in his q̃
pertinent ad fidẽ ⁊ que hereticũ facit. que q̃
dẽ pertinacia ex ſuperbia oritur. magna eñ
ſuperbia eſt vt homo ſenſuʒ ſuũ preferat ve
ritati diuinitus reuelate. Unde Hiere. xlix.
ſuper illud. Arrogantia tua decepit te: ⁊ ſu-
perbia cordis tui ⁊c. dicit gloſa. Hereticum
non facit error ſed ſupbia. Secundo ſunt
aliqui indocti quantũ ad ſui reputationem
ſiue eſtimationẽ. ⁊ hoc pertinet ad arrogã-
tiã. ⁊ ideo additur in auctoritate inducta.
⁊ arrogans vocatur indoctus. ⁊ hoc propꝫ
deceptionẽ quã habet arrogans in ſui eſti-
matione ⁊ reputatione. Et iſtã eſtimatio-
nem quã habet ipſe de ſe appetit etiã eſſe ĩ
alijs. Nã ſicut dicit Gregorius. xxiiij. mora
liũ. Quattuor ſunt ſpecies quibus omis tu
mor arrogantiũ demonſtratur. Prima eſt.
cũ bonũ a ſemetipſis habere ſe exiſtimant.
Et iſta eſt exiſtimatio indocti. q: repugnat
ſane doctrine apoſtoli dicentis. i. Cor. iiij.
Quid habes o homo quod non accepiſti: ſi
aũt accepiſti quid gloriaris quaſi non acce
peris: Secunda eſt quando bonũ ſibi datũ
deſuper credunt: ſed pro ſuis hoc accepiſſe
meritis putant. ⁊ hoc etiã putare eſt homi-
nis indocti ⁊ ignorãtis doctrinã ſanã eiuſ-
dem apoſtoli dicentis Tyt. iij. Non ex ope-
ribus iuſticie que fecimus nos: ſed ſm mi-
ſericordiã ſuã ſaluos nos fecit. Tertia ſpe-
cies eſt cum iactant ſe habere quod non ha
bent. ⁊ in hoc etiã ſi credãt ſic eſſe vt iactãt
oſtenduntur eſſe indocti ⁊ inſipientes: vel
ſi velint alios hoc credere qđ ipſi ſciunt non
eſſe verum preſumunt illos eſſe indoctos.
Quarta ſpecies eſt quãdo deſpectis ceteris
ſingulariter volunt videri habere quod ha
bent. ⁊ hoc eſt quia tales preſumũt de ſe ac
ſi ſingulariter omnes excederent. in quo pꝫ-
fecto decipiuntur tanꝙ̃ indocti. Eccli. viij.
Ne communices homini indocto: id eſt ar-
roganti. id eſt non habeas cum illo familia
ritatem: ne male de progenie tua: id eſt de
operibus tuis loquatur: ſcʒ detrahendo. q:
homo arrogans vt videatur ipſe pre omni-
bus excellens male de alijs loquitur etiã de
domeſticis. Et propter omnia predicta ar-
rogantia eſt odibilis deo. ſm illud Prouer-
biorum. xvi. Abominatio eſt deo omnis arro
gans. Tertio ſunt aliqui indocti quantuꝫ
ad operationem. ſicut eſt ille qui in ira ope-
ratur ſuperbiam. nam ira non audit conſi-
lium: ⁊ ſuperbia contemnit preceptum ⁊ do
cumentum. ideo iratus ⁊ ſuperbiens indo-
cte operãtur. Eccl's. vij. Ne ſis velox ad ira-
ſcendum: quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.
pſ. Non habitabit in medio domus mee q̃
facit ſuperbiam. ⁊ ideo oportet manſuete ⁊
humiliter bona operari ſi quis vult habita-
re in domo celeſtis glorie. Ad quam nos ꝑ
ducat deus ⁊c.

In funere viſitatoris in viſitatione dece
dentis. Sermo. XXVI.

PONaz viſitationē
tuā pacē. Eſa.lx. Frequenter cō
tingit ꝙ vnus bonus ⁊ iuſtus
homo exiſtens in aliquo collegio ſiue a pre
lato ſiue a conſocijs iniuſte perturbaī ⁊ mo
leſtatur: ſed miſſo vel veniente illuc aliquo
viſitatore bono fit ei ius: ⁊ ponitur in pace
vel aliquando inde educitur ⁊ ponitur ī me
liori collegio vt ibi pacē ille habeat: ⁊ alij pu
niantur ſicut iuſticia exigit. Figura huiꝰ ha
betur Geneſ.xix. in Loth: quando angeli a
deo miſſi tanꝗ viſitatores ad terram ſodo
moꝝ eripuerunt inde loth qui erat iuſtus ⁊
affligebatur ab eis. ⁊ miſerunt eū ad locuz
tutū ⁊ pacificū: ⁊ ſodomitas punierūt. Vn̄
dicitur.ij. Petri.ij. Iuſtū loth oppreſſum a
nephandoꝝ iniuria ac luxurioſa conuerſa-
tione eripuit. Aſpectu enim ⁊ auditu iuſtus
erat habitans apud eos qui de die in diem
animā iuſti iniquis operibus cruciabant.
Nouit igitur deus pios de tentatione eripe
re. Simile ergo accidit in morte cuiuſlibet
iuſti ⁊ ſancti viri. Cū em̄ in mundo iſto iu-
ſtus homo affligatur ex multis: ī morte ta-
mē fit viſitatio iuſticie a deo: ⁊ eripiī a mū-
di afflictionibus: ⁊ ducitur ad tranquillita-
tē ⁊ quietē pacis eterne. Propter quod in
ps̄. dicitur. Multe tribulatiōes iuſtoꝝ ⁊ ex
omnibus his liberabit eos dn̄s. Sic etiam
modo accidiſſe videmus iſti ſancto ⁊ pro-
bo viro defuncto: qui dū alios viſitare cepiſ
ſet laudabiliter ⁊ iuſte ipe viſitatꝰ eſt a dn̄o
per mortē. vt ſcz de tribulatiōibꝰ ⁊ miſerijs
iſtius mūdi eductus in eternitatis pace ɋe
ſcat. Et ideo bene poterat dicere illi deꝰ. Po
nā viſitationē tuā pacē. In quibꝰ qui
dē verbis tria predicuntur que circa iſtum
defunctū a deo ſunt impleta

Et primuz eſt promiſſio infallibilis: quia
promittendo dicit ponam.

Secundū eſt eductio amicabilis: quia vi-
ſitationē tuā ſcz qua viſitabo te in morte ſi
cut amicū ad educēdū te de carcere corpis.

Tertiū eſt trāqllatio deſiderabilꝭ: qꝛ pacē.

## Circa primū attenden

dū eſt ꝙ ſicut nos videmꝰ in curijs dn̄oruz
ꝙ certo tpe ponūt ſe iudices ad examinan-
dū ſiue ponderandū merita cauſarū ⁊ iura
vniuſcuiuſqꝫ vt poſtea diffiniant ⁊ ſenten-
tient ſm̄ menſurā iuſticie. Ita facit deus ꝙ
eſt iudex iuſtus fortis ⁊ patiēs. quia adue-
niente tpe mortis ponit ſe ad examinandū
merita vniuſcuiuſqꝫ vt reddat vnicuiqꝫ pe
nam vel premiū ſm̄ pondus culpe ſue ⁊ ſm̄
menſurā iuſticie ſue. Figura habetur de ħ
Matthei.xxv. de eo qui vocauit ſeruos ſu-
os ⁊ tradidit illis bona ſua: ſcz deus homini
bus bona nature ⁊ gratie ⁊ fortune. Et poſt
multuz temporis: ſcz in fine vite vel in fine
mundi venit id eſt veniet dn̄s ſeruoꝝ illoꝝ
⁊ poſuit id eſt ponet: quia ratione certitudi-
nis ponitur preteritū pro futuro. rationem
cū eis ⁊c̄. Et ratio eſt: quia non videmus i
mundo aut bona ſufficienter remunerari:
aut mala ſufficienter puniri. Et ideo cōue-
niens eſt ꝙ fiat iudiciū in quo vnuſquiſqꝫ
accipiat ſm̄ opa ſua. quod quidē in morte
fit occulte: ſed in fine mundi fiet manifeſte
Unde dicitur Eſaie.xxviij. Ponā in ponde
re iudiciū ⁊ iuſticiā in mēſura: ⁊ ſubuertet
grando ſpem mendacij ⁊ protectionē: aque
inundabūt: ⁊ delebitur fedus noſtrū cū mor
te ⁊ pactū noſtrū cū inferno. In quibꝰ qui
dem verbis quattuor deſcribuntur que erga
homines in morte contingunt.

Primum eſt iudicis equitas: cū dicit. po-
nam in pondere ⁊c̄.

Secundum eſt mortis veritas: cum ſub-
ditur. ⁊ ſubuertet grando ⁊c̄.

Tertium eſt punitionis immenſitas: cuz
additur. aque inundabunt.

Quartum eſt deceptionis claritas: cū ſub
infertur. ⁊ delebitur fedus ⁊c̄.

Circa primū aduertendū eſt ꝙ aliud iudi
ciū fit in morte de his qui fecerunt mala: ⁊
aliud de his qui fecerunt bona. Nā quantū
ad eos qui mala fecerūt dicitur primo. po
nā in pondere iudiciū. Nā peccata pondero
ſa ſunt: ⁊ quedā peccata ſunt alijs grauiora
Vn̄ ſicut pondus trahit corpꝰ ad imū: ſic pec
catū aīaz ad infernū. Ille qui portat nimis
graue pondus currit feſtinꝰ vt cito deponat.
Sic qui ſentit onus peccati deberet currere
ad pnīam vt cito deponeret anteꝗ merge-
retur in infernū. Hebre.xij. Deponentes oē
pondus ⁊ circumſtans peccatū per patiētiā
curramꝰ. Tūc ergo poniī in pōdere iudiciū
qn̄ eſt grauitas pene inflicte ſm̄ grauitatē
culpe. ⁊ ſic fit in morte ponderatio culpe ⁊ pe
ne in ſtatera dei. i. in equitate diuini iudicij
Prouerb.xvi. Pondus ⁊ ſtatera iudicia do
mini ſunt. Sed quantū ad iudiciū eorū qui

bona fecerunt ſubditur, ⁊ iuſticiā in menſu
ra. Nā iuſticie hominū dicūtur opera bona
debito modo facta. Unde de tali iuſticia di
citur Mathei. vi. Attendite ne iuſticiā ve
ſtrā faciatis corā hominibus vt videami⸗
ni ab eis. talē ergo iuſticiā ponit deus in mē
ſura quando ſcʒ ſm̄ operum merita reddit
vnicuiqʒ premia. Marci. iiij. In qua men⸗
ſura menſi fueritis remetietur vobis. Se
cundo in auctoritate inducta deſcribit̄ mor
tis veritas: cū dicitur, ⁊ ſubuertet grando
id eſt impetus mortis ſpem mendacij: id ē
ſpem mendacē quā habebatis de prolixiori
vita: ⁊ protectionē ſcʒ vite veſtre: id ē quic
quid faciebatis ad protegendā ⁊ conſeruā
dā vitā veſtrā. Et ita veritas mortis ma⸗
nifeſtabit mendacē fuiſſe ſpem veſtrā: ⁊ ni
hil valere protectionem vite veſtre. Figura
huius habetur Luce. xij. ſcʒ in illo diuite q̄
dixit. Congregabo bona mea ⁊ dicā anime
mee. Anima mea habes multa ⁊c̄. Dixit au
tē illi deus. Stulte hac nocte ⁊c̄. Ecce ꝙ iſte
diues longiori tempore viuere ſperabat: di
cens anime ſue, habes multa bona ⁊c. Ecce
ꝙ ad protectionē ⁊ conſeruationē vite ſue
multa bona congregauerat: ⁊ tamen men⸗
daciū ſpei ſue ⁊ inualitudo ſue protectionis
eadē ei nocte apparuit. Unde omnes tales
cū ad mortē perueniunt dicere poſſunt illud
Eſaie. xxviij. Poſuimus mēdaciū ſpem no⸗
ſtrā: ⁊ mendacio protecti ſumus. Et totum
hoc oſtendit grando id eſt impetus impro
uiſe mortis: omnia ſimul in quibus homo
confidebat: ſubuertendo. De hac grandine
dicitur Apoc̄. xvi. Grando magna ſicut talē⸗
tum deſcendit de celo in homies. Iſta gran⸗
do que ſubito ⁊ cū impetu deſcēdit eſt mors
que ſubita ⁊ improuiſa venit, ⁊ dicitur de⸗
ſcendere de celo in homines: quia ex domi⸗
ni ſententia prouenit data: ſcʒ cōtra p̄mos
parentes ⁊ in eis ſuper totā naturā huma⸗
nā cū dixit Ade deus Geneſ. ij. Quacunqʒ
hora comedetis ex eo: ſcʒ de ligno [illegible]ientie
boni ⁊ mali: morte moriemini. Unde etiaʒ
ap̄lus ait Rom̄. v. ꝙ per vnū hominē pec⸗
catū intrauit in mundū: ⁊ per peccatū mors
Et hec grando tanto impetu venit ꝙ oēm
hominē proſternit. Eſaie. xxviij. Sicut im⸗
petus grandinis turbo conſurgens ⁊c̄.
Dicitur etiā eſſe magna: id eſt magne pote
ſtatis: quia ſcʒ nullus hominum ab ea tue⸗
ri ſe poteſt. Uel dicitur eē magna ſicut talē
tū id eſt ſicut peccatū: ſcʒ primi parētis. qđ
aſſimilatur talento ratione grauitatis. Un̄
ſicut illius peccatū fuit ita magnū ꝙ ad om
nes homines ſe extendit: ita ⁊ mors, pro⸗
pterea dicit apoſtolus ꝙ ſicut in adā om̄es
peccauerunt: ita in eo omnes moriuntur.

Tertio deſcribitur in auctoritate inducta
punitionis immenſitas que fit in peccatore
poſt mortē. quia aque ſcʒ tribulationū ⁊ pe⸗
narū inundabunt. In qua ſcʒ inundatione
intelligitur ⁊ abundantia ⁊ diuerſitas pe⸗
ne, quia aqua non dicitur inundare niſi q̄n
multum abundat: ⁊ multe vnde ſunt multe
pene. Uidemus em̄ ꝙ ſm̄ abundantiā plu⸗
uiarum fit inundatio fluuiorum. Sic ſm̄
abundantiam culparum eſt inundatio pe⸗
narum. De inundatione viciorum dicitur
Oſee. iiij. Maledictum ⁊ mendacium ⁊ ho
micidium ⁊ furtuʒ ⁊ adulterium inundaue
runt. Sed de inundatione aquarum id eſt
penarum dicitur Threno. iij. Inundauerūt
aque ſuper caput meū. Uel ſicut abūdat flu
xus aquarū id eſt concupiſcentiarū: ita in⸗
undabunt torrentes penarum: dicente deo
Apoc̄. xviij. Quantū glorificauit ſe ⁊ in deli
cijs fuit: tātū date illi tormentū ⁊ luctū. pſ.
Fluxerūt aque ⁊ torrentes inundauerunt.
Et aſſimilant̄ pene infernales torrentibus
q̄ aliquando torrētes ſunt torridi ſcʒ a ca⸗
lore deſiccati: aliq̄n aquis pleni. in quo figu
ratur ꝙ dānati ſicut dr̄ Job. xxiiij. trāſibūt
ab aquis niuium ad calorē nimiū. Quar⸗
to deſcribitur in auctoritate adducta dece⸗
ptionis claritas: cū dicit, ⁊ delebitur fedus
noſtrū cū morte ⁊c. Nā eo ipō ꝙ peccatores
non timēt mortē nec infernū: vident̄ feciſ⸗
ſe pactū cū vtroqʒ. ſicut hō nō timet hoſtē
cū quo hʒ pacta pacis vel treuge ſeu induci
arū. mortē em̄ nō timēt quia ſperant diuti⁹
viuere: infernū etiā non metuunt. quia etiā
malefacientes ſperant finaliter conuerti ⁊
ad ip̄m non ire. vnde neutrum timent ac ſi
eſſent cū vtroqʒ confederati. Unde Eſaie.
xxviij. Dixiſtis enim, Percuſſimus fedus
cum morte: ⁊ cum inferno fecimus pactuʒ.
Sed tunc iſtud [illegible]actum apparet deletū quā
do peccator morte preoccupatur ⁊ impeni⸗
tens ad infernuʒ deducitur, ⁊ tunc clare ſen
tit quomodo miſer deceptus fuit. B

Secūdo in themate aſ
ſumpto ponit̄ eductio amicabilis: cū addit
viſitationē tuam. Ubi aduertendū ꝙ aliq̄n
deus viſitat hominē corrigendo: ſcʒ per fla⸗

gella infirmitatum ⁊ tribulationum. Nam
multi ſunt ſimiles piſci qui dicitur ſalpa: q̄
ſm pliniū non poteſt coqui niſi primū fuſte
vel ferula verberetur. Sic multi non cōuer
tuntur niſi verberentur flagellis infirmita
tis vel tribulationis. vnde in pſ. Viſitabo
in virga iniquitates eorū: ⁊ in verberibus
peccata eorꝝ. Aliquando vero viſitat deus
illuminando per inſpirationes ⁊ excitando
ad deſideriū celeſtis glorie. Luce. i. Viſita-
uit nos oriens ex alto: illuminare his ⁊c.
Aliquando vero viſitat corporaliter mortē
immittendo. vt educat hominem de miſerijs
huius mundi ad gloriā patrie celeſtis. Cu-
ius figura habetur Geneſis vltimo. vbi di-
xit Joſeph ad fratres ſuos. Deus viſitabit
vos: ⁊ aſcendere vos faciet a terra iſta ad
terram quam iurauit abraham yſaac ⁊ ia-
cob. In quibus quidē verbis tanguntur
tria que pertinent ad mortē iuſtorꝝ. ſcꝫ bene
ficium: meritum: ⁊ premium.

Beneficium in viſitatione: quia deus viſi
tabit vos.

Premium in aſcenſione: quia aſcendere
vos faciet ⁊c.

Meritū vero oſtenditur in promiſſione
quā iurauit id eſt firmiter promiſit abrahe
yſaac ⁊ iacob.

Notatur ergo primo beneficiū viſitatio-
nis cū dicitur. deus viſitabit vos. Speciali-
ter enī mors ſanctorꝝ eſt amicabilis viſita-
tio dei. Non enī eſſet modicū beneficiū ami
cū in penoſo exiſtente carcere viſitare ⁊ eū
inde educere. Sic deus viſitat amicū ſuum
ſcꝫ ſpiritū hominis ſancti in morte corpo-
ris. vt eductū de penoſo carcere corporis du
cat ad libertatē glorie filiorꝝ dei. Unde pro
magno beneficio hoc pſ. petebat a deo di-
cens. Educ de carcere deus animā meam vt
confi. no. tu. ⁊c̄. In hac viſitatōne lꝫ deficiat
corpus: tamen cuſtoditur ſpiritus. Unde
Job. x. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritū meū

Secundo notatur premiū in aſcenſione.
quia aſcendere vos faci[illegible] a terra iſta. ſcilꝫ
mundi ad terrā. ſcꝫ viuentium. Sed notan
dū ꝙ terra iſta in qua habitamus media ē
inter terrā viuentiū. id eſt eorꝝ qui beatam
ducunt vitā. de quo pſ. dicit. Portio mea
domine ſit in terra viuentiū. que etiā dicit
terra ratione ſtabilitatis: quia terra in eter
num ſtat. vt dicitur Eccl'ſ pmo. ⁊ terra mi
ſerorum ⁊ damnatorū de qua dicit Job. x.
Terra miſerie ⁊ tenebrarū vbi vmbra mor
tis ⁊c. Et quia terra miſerorum eſt in pro-
fundo inferni: qui illuc vadunt dicuntur de
ſcendere: ⁊ tales ſunt qui ſunt graues id eſt
peccatis grauati ⁊ in eis obſtinati ⁊ ad mo
dum lapidis indurati. Unde de talibus dici
tur Exodi. xv. Deſcenderunt in profundū
quaſi lapis. Terra vero viuentium eſt ſupe
rius in monte id eſt in celeſti altitudīe. ⁊ iō
qui ad illam vadunt aſcendere dicūtur. Et
tales ſunt qui ſunt leues id ē immunes a gra
uibus peccatis cordis vel operis. ſicut ſunt
innocentes vel perfecte penitentes. Et iō
de eis poſtq̄ queſiuit pſ. Quis aſcendet in
monte domini aut quis ſtabit in loco ſan-
cto eius: ſubditur ibidē reſpondendo ad di
ctam queſtionem. Innocens manibus: id
eſt operibus: ⁊ mundo corde ſupple aſcen-
det illuc. Tertio in auctoritate inducta de
ſcribitur premium quo ad vitam eternam.
aſcenditur in eo qd̄ dicitur. quam iurauit
abraham yſaac ⁊ iacob. Ex quibus verbis
datur intelligi ꝙ ad terram illā viuentium
aſcenditur merito fidei ⁊ ſpei ⁊ charitatis.
Nam ſicut dicit gloſa ſuper illud Matthei
primo. Abraham genuit yſaac ⁊ yſaac ge-
nuit iacob. Per abrahā figuratur fides: p
yſaac ſpes: per iacob vero figuratur chari-
tas. Unde tales virtutes habentibus ⁊ eis
vtentibus iurauit dominus: id eſt firmiter
promiſit dare illam terram viuentium: id
eſt eternam ſtabilitatem vite beate. Figu-
ra huius habetur etiam Exodi. xxxiij. vbi
dicitur. Eduxiſti populum tuum in terram
quam iuraui abraham yſaac ⁊ iacob: dicēs
Semini tuo dabo eam. Nam ſi per abrahā
figuratur fides: ſemen abrahe eſt fidei act⁹
qui eſt credere: ⁊ ſemen yſaac eſt actus ſpei
qui eſt ſperare ſiue expectare: ⁊ ſemen ia-
cob eſt actus charitatis qui eſt diligere: ſcꝫ
deum ⁊ proximum. Ex quibus patet ꝙ ter
ra iſta non dabitur infidelibus: ſed ſolū cre
dentibus: nec dabitur deſperatis ſed firmit̄
ſperantibus: nec dabitur peccatoribus cha-
ritate priuatis ſed ſolū diligentib⁹ deū. C

## Tertio in themate aſ-

ſumpto ponitur quietatio deſiderabilis cū
dicit. pacem. Dicunt iura. bellamus vt pacē
habeamus. Nunc enim in mundo iſto opor
tet nos continue bellare. quia mundus ca
ro demonia diuerſa mouent prelia. Sed qn̄
in fine belli venitur ad bonam pacem: tūc
gaudet homo ꝙ bellum ſuſtinuit. Ita nos

in iſtis bellis que patimur ſi habuerimus nos fortiter ⁊ valenter habebimus in fine optimā ⁊ perpetuā pacem, de qua in p̄s. dr̄ Poſuit fines tuos pacē. Ubi aduertendū ꝙ homo habet duos fines vltimos. Unus eſt glorificatio aīe poſt mortem corporis, ⁊ hic finis eſt vita eterna, ⁊ hunc finē aſſequitur homo per meritū bone vite. Nā ſanctificata ⁊ purificata aīa recipit gratiam dei ꝑ quā producit fructū, i. meritū boni operis ex quo ſequit̄ premiū vite eterne que eſt vltimus finis. Et ideo dicit apl's Roma. vi. Habetis fructum veſtrū in ſanctificationē finem vero vitam eternā. que ſcꝫ vita conſiſtit in cognitione perfecta ſanctiſſime trinitatis in qua habet homo perfectiſſimā pacem. Et hoc oſtenditur in ip̄o noīe pacis in quo ſunt tres littere exp̄mentes tres diuinas ꝑſonas. ſ. P. i. pr̄ ⁊ A. i. amor qui ē ſpiritus ſanct⁹ ⁊ X. i. xp̄s filius dei. Unde in viſione ⁊ fruitione ſanctiſſime trinitatis habebim⁹ quietē ⁊ pacem. p̄s. In pace in idipſum dormiā ⁊ requieſcam. Et ratio hui⁹ requietionis ⁊ pacis eſt: qꝛ ꝙ diu homo appetit aliquid ⁊ d̄ſiderat: non eſt in pace donec habeat illud, ideo nullus in hoc mūdo eſt in plena pace: quia ſi habet vnū deſiderat aliō. Sed quando homo nihil appetit qd̄ nō habeat ⁊ habet omnia appetibilia tunc erit in plena pace: ⁊ hoc eſt in illo vltimo fine beatitudinis anime. quia omne qd̄ deſiderari poteſt habet: ⁊ inuenitur in deo in quo ⁊ de quo beatitudo habetur. Unde boetius dicit ꝙ beatitudo ē ſtatus omniū bonorū aggregatione ꝑfectus: ⁊ tunc homo requieſcet in perfecta pace. de qua dicitur Eſa. xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie ⁊ in requie opulenta. Secūdus autem finis hominis erit glorificatio corporis. ſ. in fine mundi in reſurrectione. que reſurrectio fiet virtute xp̄i ſm̄ illud, i. Corinth. xv. Nūc aūt xp̄s reſurrexit a mortuis p̄mitie reſurgentiū. quoniā quidem per hominē mors ⁊ per hominē reſurrectio mortuorū. Et ſicut in adam om̄s moriuntur: ita in xp̄o omnes viuificabuntur. Unuſquiſqꝫ autē in ſuo ordine p̄mitie xp̄s deinde hi qui ſunt xp̄i qui in aduentu chriſti crediderunt: deinde finis. Nihil em̄ reſtabit vlterius habendū poſtꝙ hi qui ſūt xp̄i id eſt ſancti reſurrexerint cum corporibus glorificatis: ⁊ erunt glorificati ⁊ beatificati in anima ⁊ in corpore ex beatitudine aīe in corpus redundante: ⁊ tunc erunt in perfectiſſima quiete ⁊ pace: quando corruptibile hoc corpus induet incorruptionē ⁊ immortalitatem ⁊ non erit ſubiectū alicui paſſibilitati. Erit ergo in fine pax perfecta ⁊ pacis non erit finis ſicut dicitur Eſaie. ix. Ad quā nos ꝑducat deus ⁊c.

¶ In funere alicuius diſpenſatoris vel caſtaldi. ¶ Sermo XXVII

Vocauit domin⁹ villicū: ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te: redde rationem villicationis tue. iam enim non poteris villicare. Luc. xvi. Quia deus dedit hominibus arbitrij libertatem: qua plerūqꝫ ipſi homines ⁊ bene vtū tur ⁊ male: ⁊ non eſſet cōueniens ꝙ ip̄e de⁹ cuius prouidentia omnia gubernatur finaliter ſub prouidentia ſua aliquid inordinatum relinqueret: oportet ꝙ vniuſcuiuſqꝫ hominis facta ſiue bona ſiue mala ſint ad examen diuini iudicij aliquando reducant̄ vt ſcꝫ recte facta approbentur ⁊ premientur ⁊ inordinate facta per punitionē penalē ſm̄ diuine iuſticie rectitudinē ordinent̄. Hoc aūt in verbis ꝓpoſitis exemplo villici, i. diſpenſatoris cuiuſdā dn̄i demonſtratur a quo dn̄s de adminiſtrationis ſibi cōmiſſe diſpenſatione diſtrictā rationē exegit: ⁊ ꝓpter infidelitatem diſpenſandi ꝙ ab adminiſtratione eum amoueret cōminatus fuit. Et ſimile faciet deus cuilibet homini de bonis nature vl' fortune que ſui arbitrij gubernationi cōmiſit in die mortis vel in iudicio finali. Dicit ergo in predicto exemplo. Vocauit domin⁹ villicum. ¶ In quib⁹ quidem verbis de iſto villico ſeu diſpenſatore quattuor deſcribuntur que ad iudiciū: qd̄ deus facit in morte vniuſcuiuſqꝫ hominis congrue referūtur.

¶ Et primū eſt citationis preuētio. quia vocauit dominus villicum, id eſt citauit ad iudicium ſuū.

¶ Secūdum eſt diffamationis obiurgatio: cum ſubdit̄. ⁊ ait illi. qd̄ hoc audio de te:

¶ Tertium eſt adminiſtrationis examinatio: cum additur, redde rationem villicationis tue.

¶ Quartū eſt diſpenſationis ꝑuatio. qꝛ iā enī nō poteris villicare

¶ Circa primū aduertendū eſt ꝙ ſicut dicit beatus Hiero. villicus

pꝛopꝛie dicitur ille cui cōmiſſa eſt guberna
tio ⁊ diſpenſatio coꝝ que ſunt in villa. Sed
economꝰ vocatur diſpenſatoꝛ generalis. ⁊
pecunie ⁊ frumenti ⁊ omniū que dominus
poſſidet. Iſte ergo diſpēſatoꝛ ſignificat quē
libet hominē: quia cuilibet homini cōmiſit
deus gubernationē ville. i. perſone pꝛopꝛie
⁊ bonoꝝ que habet diſpenſationem. Hic er
go a dn̄o vocatur ſiue citatur vt ad iudiciū
ſuū veniat: quando per moꝛtem de hoc mū
do egreditur. vnde ipſa moꝛs eſt velut nun
cius domini citans hominez ad diuinū iu-
dicium. Sed nota differentiā inter diuinuz
⁊ humanū iudiciū. quia illi qui vocant̄ ſiue
citantur ad iudiciū curie humane aliquādo
nō obediunt citationi neqꝫ veniūt ad reſpō
dendum iudici. vnde efficiūtur cōtumaces
Pꝛouerbioꝝ. i. Vocaui ⁊ renuiſtis. Sed vo
cationi ſiue citationi que fit per moꝛtem ad
diuinū iudicium nullus poteſt inobediens
eſſe: quia omnes manifeſtari opoꝛtet ante
tribunal xp̄i. ⁊ ideo ſicut nullus poteſt ſub-
terfugere moꝛtem: ita nec iudiciū. ⁊ ideo ne
ceſſario in examine illius iudicij: opꝫ vnū-
quēqꝫ iudici reſpondere. Et ideo dicit Job
cap. xiiij. loquens ipſi iudici deo. Vocabis
me: ⁊ ego reſpondebo tibi. In quibus qui-
dem verbis debemus attendere duo.

¶ Pꝛimo citantis auctoꝛitatem. quia voca-
bis. id eſt citabis me ad iudiciuz. ſcilicet tu
chꝛiſte qui conſtitutus es a deo iudex viuo
rum ⁊ moꝛtuoꝝ.

¶ Secūdo obediendi neceſſitatem. qꝛ reſpō
debo tibi ſcꝫ neceſſario quaſi nō potero ſub
terfugere quin reſpondeam.

¶ Circa pꝛimū aduertendum eſt ꝙ vocatio
hominis per moꝛtem peccatoꝛi quidem eſt
valde terribilis: iuſto autem valde eſt ama
bilis. Ratio autē pͥmi eſt: quia quando pec
catoꝛ moꝛitur videt ſe vocari ⁊ citari ad iu
dicium diſtrictiſſime examinationis ſeue-
riſſime condēnationis ⁊ grauiſſime pꝛiua-
tionis. ⁊ ideo opoꝛtet ꝙ ſit in maximo ti-
moꝛe. Et de tali vocatione dicitur Eſa. xxij
Vocauit dominꝰ deus exercituū in die iſta
ad fletum ⁊ planctum ⁊ caluitiū. Licet enī
ad litteram in moꝛte hominis concurrant
fletus conſanguineoꝛum lachꝛymantiuz: ⁊
planctus lamentantiū: ⁊ caluitiū ſe depilan
tiuꝫ: tamen magis hec in diuino iudicio cō
tingunt peccatoꝛi moꝛienti. Habet enī cau
ſam flendi in culparuꝫ examinatione. quia
in examine diuini iudicij omnia mala ⁊ pec
cata que vnqꝫ fecit venient ita ad publicuꝫ
ꝙ nulla poterūt tergiuerſatione celari. mul
tum autem haberet materiam flendi qui vi
deret publicari ea quapꝛopter deberet ad
ſuſpendium ⁊ moꝛtez condēnari. Et ſic pec
catoꝛ quando videbit apparere omnia pec
cata ſua pꝛopter que cōdēnabitur ad infer-
ni patibulum ⁊ ad moꝛtem eternam: flebit
Et ideo bene poſſunt dicere peccatoꝛes mo
rientes ad diuinū iudicium venientes. Vo
cauit nos dominus ad fletum. Math. xiij.
Ibi erit fletus. Item peccatoꝛ habebit in di
uino iudicio cauſam lugendi pꝛopter pena
rum dānationem: quia dānabitur ad pe-
nas eternas acerbas ⁊ varias. Unde dicit̄
anime dānate Hiere. vi. Luctum vnigeni-
ti fac tibi planctuꝫ amarum. Et aſſimilatur
perditio anime perditioni vnigeniti. id eſt
vnici filij. quia non habet homo niſi vnicā
animā: quā ſi perdiderit: non habet aliam
que ſaluari poſſit. Item erit ibi caluitiū que
eſt denudatio ſiue pꝛiuatio capilloꝝ. i. pͥua-
tio ⁊ expoliatio omniū bonoꝝ. Pꝛiuantur
enī damnati bonis ſupernis. i. gaudijs cele
ſtibus. Item internis. ſ. gratia ⁊ virtutibus
⁊ omni interioꝛi conſolatione: ⁊ eſt tota aīa
repleta doloꝛibus. Itez ſunt pͥuati bonis ex
ternis. i. tempoꝛalibus omnibus vt nunqꝫ
ſcꝫ poſſint ex eis aliquod ſubſidium recipe-
re. Eſa. iij. Decaluabit dominꝰ verticem fi-
liarum ſyon. id eſt animaꝝ dānatarū. Sed
homini iuſto vocatio que fit in moꝛte ē val
de amabilis: ſiue reſpectu termini a quo: ſi-
ue reſpectu termini ad quez vocatur. Nam
per hanc vocationem educitur a mūdo an-
guſtioſo ⁊ penoſo: ⁊ perducitur tanqꝫ filius
dei cum honoꝛe ad celeſtem hereditatem.
Unde de tali vocatione hominis iuſti dici-
tur figurate Oſee. xi. Ex egypto vocaui fi-
lium meum. Egyptus enim interpꝛetatur
anguſtia ſiue tribulationis coanguſtatio.
vnde recte ſignificat mūdum iſtum in quo
viri iuſti multum anguſtiantur ⁊ tribulan-
tur. vnde p̄s. dicit in perſona cuiuſlibet iu-
ſti. Tribulatio ⁊ anguſtia inuenerunt me.
Nam nihil eſt in mundo quod non habeat
plus de tribulatione ꝙ de cōſolatione. Hoc
figuratum eſt Numeri. xi. in filijs iſrael qui
dixerunt. In mentem nobis veniunt cucu-
meres ⁊ pepōes poꝛriqꝫ ⁊ cepe ⁊ allia quos
comedebamus in egypto. Omnia eniꝫ hec
ſcilicet poꝛri cepe ⁊ allia plus habēt acredi-
nis ꝙ dulcoꝛis. vnde ſignant bona huiꝰ mū

di que plus habent penalitatis ꝙ delecta-
tionis. vnde amabile eſt viro iuſto ex hac
egypto, id eſt mundo anguſtioſo vocari et
educi. Item quia ex tali vocatione perduci
tur ad hereditatem celeſtem: quod notatur
in auctoritate predicta in eo ꝙ dicit. voca-
ui filium meum. Gala. quarto. Si filius et
heres. imo coheres chriſti vt ſcilicet cū chri
ſto dei filio ꝑfruatur celeſti hereditate. vn-
de pͥmi Corinth. i. Fidelis deus per quē vo
cati eſtis in ſocietatem filij eius domini no
ſtri ieſu chriſti. ¶ Secūdo in auctoritate iob
ſuperius adducta notatur obediendi neceſ
ſitas: cum dicitur. reſpondebo tibi. quaſi nō
potero ſubterfugere vt vocatus ⁊ citatus a
te non veniam ad examen iudicij tui ī quo
neceſſario oportebit me reſpondere tibi.
¶ Notandum enim eſt hic ꝙ duplex eſt
dei iudicium ad quod vocatur homo vt re-
ſpondeat. Primuꝫ eſt iudicium penitentie
Ad quod vocatur peccator viuens diuerſi-
mode. Primo quidem per litteras. ſcilꝫ ſcri
pturarum ad penitentiam vocantium et ci
tantium. quas litteras offerunt peccatori-
bus ſancti predicatores ſicut dicitur Mat-
thei. iij. ꝙ venit Iohānes baptiſta ꝑdicās
in deſerto iudee: ⁊ dicens. Penitentiaꝫ agi
te. appropinquabit enim regnum celorum.
Et petrus predicans ad populum. Actuuꝫ
iij. ait. Penitemini ⁊ cōuertimini vt delean
tur peccata veſtra. Secundo vocat ad pe-
nitentiam nutu manus vel ſignis creatura
rum quoruꝫ beneficia etiam peccatoribus
non ſubtrahit: ꝙuis eum frequenter offen-
dant, vt eius conſiderantes benignitatem
ſaltem per penitentiam ad eum redeāt. Ro
ma. i. An ignoras quia benignitas dei ad
penitentiā te adducit. Sed quia ipſi ad hoc
non attendunt conqueritur. Prouerbiorum. i.
Extendi manum meam: nec fuit qui aſpice
ret. Extendit enim deus manum ſuam ſua
beneficia largiendo: inuens per hoc vt ad
deum redeamus. ſicut reuocatur accipiter
cibum offerendo. Tertio vocat domin⁹ ad
penitentiam vocibus. id eſt inſpirationib⁹
Eſaie. xxx. Aures tue audient verbum poſt
tergum monentis. pſ. Audiam quid loqua
tur in me dominus deus meus. qui ſtat ad
oſtium cordis ⁊ pulſat: ſed multi non aperi
unt ei: quod eſt magna ruſticitas. Quarto
vocat ⁊ citat dominus ad iudicium penitē
tie per nuncios. id eſt per flagella que defe-
runt nobis ſignum ſalutis. Sapientie xvi.
Ad correptionem in breui turbati ſunt: ſi-
gnum habentes ſalutis. Iſtis ergo nuncijs
debemus reſpondere per contritionem con
feſſionem ⁊ ſatiſfactionem. Sed miſeri pec
catores non reſpondent: immo turpiter eij
ciunt ⁊ ſine honore remittunt. ſicut. ij. Re-
gum. x. factum eſt nuncijs dauid miſſis ad
amon. Unde multi peccatores vocati ⁊ ci-
tati a domino omnibus predictis modis vt
veniant ad penitentie iudicium: non reſpō
dent vocati: neqꝫ citationi obediunt. Et mi
rabile eſt ꝙ canis vocatus a domino ſta-
tim vadit ⁊ currit ad eum: ⁊ factura ad cre
atorem. filius ad patrem: ſeruus ad domi-
nuꝫ venire contēnit. Ideo conqueritur Iob
decimonono. Seruuꝫ meum vocaui et non
reſpondit mihi. Unde ſtulti non reſponden
do vocati domino nec obediendo citationi
iudicis efficiuntur contumaces ⁊ rei. Nam
ſm humanuꝫ iudicium ⁊ dicitur eſſe contu-
max qui citatus tribus edictis vel vno pro
omnibus non venit ad iudicium. ff. de re.
iu. l. contumacia. Et hoc modo peccator ci-
tatus a deo tripliciter. ſ. per eius flagella ꝑ
eius verba ⁊ per eius beneficia: ſi nō venit
ad iudicium penitentie contumax eſt. Iteꝫ
dicitur eſſe contumax qui non vult reſpōde
re: puta qui impedit vel procurat ꝙ citatio
ad ipm non perueniat. ⁊ talis pro citato de-
bet haberi. ff. de re. iu. ad ea. §. ſemp. ⁊. l. iu-
ris ciuilis. ⁊. l. quibus dieb⁹. Et huic aſſimi
lantur peccatores qui predicatores ⁊ predi
cationes refugiunt quorum. ſ. verba ſunt ve-
lut iudicis edicta. Unde de talibus peccato
ribus dicitur Iob. xxi. Dixerunt deo recede
a nobis: ſcientiā viarū tuarum nolum⁹. Itē
nota ꝙ dicitur contumax qui venit in ꝑſen
tiam iudicis: ſed non exhibet ſe ſiue repre-
ſentat ſic ꝙ iudex ipſum cognoſcat: ſed po-
tius latitat retro colūnas aut ſtationes. ff.
ex quibus cauſis in poſ. ea. fulcini⁹. §. quid
ſit latitare ⁊. §. Item ſciendum. Et huic aſ-
ſimilatur is qui venit ad penitentiā vel cō-
feſſionis iudiciū. ſꝫ nō ſic cōfitetur ꝙ ſacer
dos eius conſcientiaꝫ agnoſcere poſſit: aut
quia occultat aut q: palliat vel excuſat ⁊ hu
iuſmodi. Unde etiaꝫ in humano iudicio dr
contumax qui iudici obſcure reſpondet. Et
ſic qui confitetur per verba obſcura ⁊ inuo
luta. Item dicitur contumax qui recedit ſi-
ne licentia. in auct. de litigio. §. coram vero
col. viij. ⁊ talis eſt qui recidiuat in peccatū
vel qui penitentiam ſibi impoſitā nō ꝑficit

ſed abſq̄ȝ diſpenſatione vel licentia ſacerdo
tis eam dimittit. Dicitur etiā ɔtumax q̄ ad
preceptum iudicis non deſiſtit in quo caſu
res manu militari ei iubetur auferri. ff. de
rei. ven. l. qui r̄ſtituere iuſſus. Et his aſſimi
lantur qui ad dictū ſacerdotis aliena nō re
ſtituunt poſtq̄ꝫ cōfeſſi ſunt. vnde deus per
alias vias aliquando aufert eis ex quo re-
ſtituere nolunt. Omnes autem dicti contu
maces dicūtur nō reſpondere: aut quia nul
lo modo reſpondent: aut q2 non vt debent
ꝛ ideo om̄es punient̄ a deo: ſed aliter q̄ꝫ pu
niatur cōtumacia in iudicio canonico hūa
no. Nam canon dicit contumacē excōmuni
cari debere. xi. q. iij. certū. quia omnis cōtu-
macia graue crimē poteſt dici. eſt em̄ quaſi
crimen idolatrie repugnare velle ꝛ quaſi ſce
lus idolatrie nolle acquirere. viij. q. i. ſcien-
dum. Sed de pena que infertur a deo non
reſpondētibus vocationi ꝛ citationi ſue ad
iudiciū penitentie dicitur Eſa. lxv. Om̄es
in cede corruetis pro eo ꝙ vocaui ꝛ non re
ſpondiſtis mihi. Et vult dicere. oēs in cede
id eſt in mortis occiſione corruetis in infer
nū. Sed eſt aliud dei iudiciuȝ. ſ. iuſticie q̄ᵭ
fit in morte vniuſcuiuſq̄ȝ. ꝛ hoc nullus pōt
ſubterfugere nec cōtumax eſſe vt nō aſſiſtat
iudici ad reſpondendū ei ꝛ ſe manifeſtādo
ꝛ eius ſententie parendo. Sed quid pote-
rit miſer ꝛ impenitēs peccator reſpondere
in illo iudicio: certe nō niſi male pro ſe. Un
de Job. xxxi. Cum ſurrexerit ad iudicandū
deus ꝛ cū queſierit. quid reſpondebo ei: Sȝ
ſi bene reſpondiſſet hic in iudicio penitētie:
non oporteret timere in illo iudicio iuſticie
erit licita ⁊ etiaꝫ laudabilis propter aliquē
bonum finem ad quem etiā ordinatur. Re
prehenditur tamen mercator cupidus qui
non intendit niſi ad lucrum: ⁊ qui tm̄ occu-
patur circa mercationes ꝙ negligit ſpiri-
tualia: ⁊ qui ponit finem ſuum in lucro ⁊ di-
uitijs ⁊ non attendit ad incertitudinem vi
te ſue. Unde dicitur Jacobi quarto. Dicitis
mercabimur ⁊ lucrum faciemus: qui igno-
ratis quid ſit vobis in craſtinum. In qui
bus quidem verbis de mercatoribus de-
ſcribuntur tria.

Primo mercatorum actus: cum dicitur.
mercabimur.

Secundo mercationum fructus: cum ſub
ditur. ⁊ lucrum faciemus.

Tertio ipſoruꝫ euentus: quia ignoratiſ ⁊c.
Actꝰ ergo pōt eſſe iuſtꝰ: fructꝰ pōt eē licitꝰ.
ſꝫ euentꝰ eſt incertꝰ ⁊ dubiꝰ. Circa primū
attendendū eſt ꝙ homo poteſt licite ⁊ etiaꝫ
illicite mercari. ſ. emēdo vel vendēdo. Et h̊
ꝑcipue ꝯſiderat̄ ex quattuor. Primo ex mō
ſcꝫ vt pure ⁊ ſine vicio fiat. Nā ſi fieret cum
mendacijs ⁊ cū fraudibꝰ ⁊ doloſitatibꝰ erit
ꝓfecto illicita mercatio. Et quia vix fit ho-
die mercatio ſine fraudibꝰ vel ſaltē ſine mē
dacijs videtur impleri illō Apoc. xiij. Et fa
ciet inqt ne q̄s poſſit vēdere aut emere niſi
hēat characterē beſtie aut nomē beſtie aut
numerū nominis eiꝰ. Beſtia eñi q̄ avaſtan
do d̄: diabolū repreſentat. cuiꝰ quidē cha-

racter eſt fraus vel falſitas eiꝰ: quia ipe mē
dax eſt ⁊ pater eius, vt dicitur Joh. viij. Si
ne hoc ergo charactere fraudulentie vel mē
dacij: non videntur hodie vendere vel eme
re mercatores: ⁊ tamen ſubditur in Apoc.
xiiij. ꝙ qui accipit characterē .ſ. beſtie ī fron
te ſua aut in manu ſua bibet de vino ire dei.
Secundo vero cōſideratur an ſit brutalis
⁊ illicita mercatio ex precio rei empte vl' vē
dite. quia ſi ſit iuſtū preciū erit mercatio lici
ta. ſi vero non iuſtū: illicita. Dicitur autem
iuſtū preciū quādo eſt ſm valorē rei. Quia
emptio ⁊ venditio introducta eſt pro com
muni vtilitate vtriuſqꝫ partis. ſcꝫ ementis
⁊ vendentis dū vnus indiget re alterius ⁊
econtrario. Et qd introductū eſt pro cōmu
ni vtilitate: non debet cedere in grauamen
magis vni ꝙ̄ alteri. Unde ſm equalitatez
rei debet contractus inter eos inſtitui. Quā
titas aūt earū rerū que veniunt in vſuz ho
minū mēſuratur ſm preciū datū. ⁊ ad hoc
ſm philoſophū inuentum eſt numiſma. Et
ideo ſi preciū excedat quātitatē valoris rei
vel res excedat preciū: non ſeruatur equali
tas iuſticie. ⁊ ideo rem carius vendere vel
vilius emere ꝙ̄ valeat ſm ſe iniuſtū ⁊ illici
tū eſt. Tertio conſideratur an ſit illicita vel
licita mercatio ex vicio: ſcꝫ rei vendite. Nā
aliquando res que venditur habet vicium
ſiue defectū quantū ad ſpeciē rei. Et ſi talez
defectum venditor cognoſcat eſſe in ipſa re
quā vendit: tunc in ipa venditione fraudez
cōmittit: ex qua redditur venditio illicita.
⁊ non ſolū peccat iniuſte vendendo: ſed etiā
ad reſtitutionē tenetur. vt ſi vendat auruz
falſum vel crocū falſum pro vero. vel vinuz
mixtum pro puro ſcienter. Sed ſi venditor
ignorat viciū: tunc non peccat vendendo,
quia licet faciat iniuſtū: naturaliter tamen
operatio eius non eſt iniuſta. Sed quando
cognouerit ipm viciū: tunc tenetur ad recō
penſandū damnū emptori. Itez ſi venditor
eſtimat rem ſuā quantū ad ſpeciē minꝰ pre
cioſam ꝙ̄ ſit vt ſi vendat aurū pro aurical-
cho: emptor ſi illd cognouit iiuſte egit ⁊ ad
reſtitutionē tenetur. Sed ſi illud tunc non
cognoſcat quando emit: licet tunc non tene
atur. tenetur tamen cū ad eius noticiā ve-
nerit. Aliquando res que venditur habet de
fectū ⁊ viciū quantū ad quātitatē: puta qn̄
non vtitur recto pondere vl' menſura: ⁊ tūc
etiā eſt fraudulenta ⁊ illicita venditio. Un̄
Deut. xxv. dominus prohibuit dicens. Nō
habebis ī ſacculo tuo diuerſa pondera ma-
ius ⁊ minus: nec erit in domo tua modius
maior ⁊ minor. ⁊ poſtea ſubditur. Abomi-
natur eñ dominꝰ eū qui facit hoc: ⁊ auer-
ſatur omnē iniuſticiā. Aliquando vero res
vendita habet defectū quantū ad qualitatē
vt ſi morboſum pro ſano vendatur. ⁊ ſic de
alijs ſimilibus. quod ſi quis ſcienter fecerit
fraudulenter ac illicite vendit. ⁊ ideo ad re-
ſtitutionē tenetur. Quarto conſideratur an
mercatio vendentis vel ementis ſit licita vel
illicita ex cōmodo vel damno conſequente
prout ſcilicet per accidens cedit in vnius
cōmodū ⁊ in alterius detrimentū. puta cuz
vnꝰ indiget habere rem aliquā ⁊ alter mul
tū leditur ſi ea careat. In tali eñ caſu iuſtū
preciū erit ſi iuſtus eſtimator aſpiciat non
ſolū ad rem que venditur: ſed etiā ad dam-
nū quod venditor incurrit ex tali venditio
ne. ⁊ ideo licite poteſt vendi res talis magis
ꝙ̄ valeat. quia licet ſm ſe minus valeat: nō
tamen minus valet habenti. Si aūt ex ipa
re vendita multū iuuetur emptor ⁊ vendi-
tor ea carendo non damnificatur: tūc ſi eā
ſuperuenderet illicita vēditio eſſet. quia vti
litas que accreſcit alteri non eſt ex venditio
ne: ſed ex conditione ementis. Nullus autē
quod ſuū non eſt alteri vendere debet: licet
damnū quod patitur vendere poſſit. ille ta-
men qui multum iuuaretur ex accepta re al
terius poteſt aliquid ſua ſponte ſupereroga-
re vendenti cuz hoc euidenter pertineat ad
eius honeſtatem. Eſt etiam quādoqꝫ mer-
catio indecens propter ſtatū: puta ſi clerici
vel principes fiant mercatores. ſicut dicit
Apocal. xviij. Mercatores tui erant princi
pes terre. Secundo in auctoritate allega-
ta deſcribitur mercationū fructus: cum dici
tur. ⁊ lucrū faciemus. ⁊ hoc eſt quod non ſi
nit mercatores imo homines eſſe lapſos.
Queſiuit eñ Adrianus imperator a ſecun-
do philoſopho. quid eſt quod non ſinit ho-
minē eſſe lapſum: reſpondit lucrū. Sed no
ta ꝙ mercator nō lucraretur ſi nō vēderet
rem emptā plus ꝙ̄ empta ſit. Hoc aūt ſibi
licet. vel quia in aliquo rem meliorauit: vel
quia preciū eſt meritū ſm diuerſitatē loci
vel temporis: vel propter periculū cui ſe ex-
poſuit merces trāſferēdo. vñ cariꝰ vendere
pōt. Chryſoſtomꝰ tñ dicit ſup Mattheū ꝙ
quicūqꝫ rem cōpat vt integrā ⁊ īmutando
vendendo lucret: iſte eſt mercator q̇ de tem
plo dei eijcit. Sꝫ hoc ītelligit de mercatore

qui vltimũ finem mercationis in lucro con
ſtituit. Qđ precipue apparet: quia vẽdẽdo
plus rem in nullo mutatam: non videt̃ pre
miũ ſui laboris accipere. Poteſt autẽ inten
di lucrum licite nõ ſicut vltimus finis: ſꝫ ꝓ
pter alium finem neceſſariũ vel honeſtum:
puta ad domus ſue ſuſtentationem vel ad
ſubueniendũ indigentibus vel ad publicã
vtilitatem patrie. ſcꝫ vt res neceſſarie ad vi
tam nõ deficiant patrie: ⁊ lucrum expectat
non quaſi finem ſed velut ſtipendium labo
ris. ¶ Tertio deſcribit̃ euentus intentus cũ
additur. ⁊ ignoratis quid ſit vobis in cra
ſtinũ. ſiue q̃tum ad perſonas: ſiue q̃tũ ad
mercationes. Nam quãtum ad perſonas ſi
hodie viuat cras poteſt mori. quãtum ad
mercationẽ qui hodie eſt diues cras poteſt
depauperari ⁊ perdere merces ⁊ lucrũ. ⁊ ta
les euentus futuri a nobis ignorant̃. quia
non poſſumus eos cognoſcere in ſe cum nõ
dum ſint: nec in ſuis cauſis que ſe habẽt ad
vtrũlibet nec ſunt determinate ad vnũ. ⁊ lꝫ
ſint iſti effectus determinati in diuina pre
ſcientia: tamẽ ip̃a occulta ẽ nobis niſi inq̃
tum deus hominibus voluerit reuelare. Et
ideo dicit̃ Prouer. xxvij. Ne glorieris ĩ cra
ſtinũ. ignorãs quid ſupuẽtura pariat dies.
Eccl's. viij. Multa hominis afflictio. quia
ignorat preterita: ⁊ futura. ſ. cõtingẽtia nul
lo poteſt ſcire nũcio. ¶

¶ Tertio deſcribitur bo
nus mercator defunctus a domicilio fina
li. quia in domo dñi. Notandũ ꝙ dom⁹ dñi
vocatur habitatio paradiſi: in qua licet nõ
ſit mercatio vel mercator: tamen ille q̃ fuit
mercator ſi mercationẽ ſuam ſine pc̃tis ex
ercuit ⁊ alias bene vixit vel ſaltem ſi in fine
bene penituit: illuc ad habitandũ in perpe
tuũ ꝑgit poſt mortẽ corporis. Qualis autẽ
ſit illius dom⁹ habitatio. p̃s. oſtendit dicẽs
Bti qui ha. ĩ do. tu. do. in ſecula ſe. lau. te. In
quib⁹ quidem verbis celeſtis glorie mãſio
quadrupliciter cõmendat̃. Primo ex copio
ſitate in eo ꝙ dr̃ btĩ. Beati enĩ dicũtur illi⁹
dom⁹ habitatores. q: hñt copiã ⁊ abũdan
tiã oĩm bonoꝝ. Nam ſm Boetiũ. Beatitu
do eſt ſtatus omniũ bonoꝝ aggregatione
perfectus. Et hãc beatitudinẽ habent q̃ ha
bitant in domo dñi. ꝓpter qđ dicit p̃s. Bea
tus quẽ elegiſti ⁊ aſſũpſiſti inhabi. in atri.
tu. ¶ Scđo cõmendatur ex ſatietate: cũ ſub
ditur qui habitant in domo tua dñe. Nã et
ſi auarus habeat abundantiã rerũ propter
parcitatẽ non comedit nec accipit de rebus
q̃tum vellet. vnde dicit̃ Eccl's. vi. Vir cui
dedit deus diuitias ⁊ ſubſtantiã ⁊ honorẽ
⁊ nihil deeſt anime ſue ex omnibus que de
ſiderat: nec tribuit ei poteſtatem deus vt cõ
edat ex eo: ſed homo extraneus vorabit il
lud. Et ideo talis licet habeat bonoꝝ abun
dantiã: non habet tamen ſatietatem: ſed in
domo domini celeſti quilibꝫ replebitur ⁊ ſa
tiabitur. ſm illđ p̃s. Replebimur in bonis
domus tue. Tertio cõmendatur ex perpe
tuitate. q: in ſecula ſeculoꝝ. In his enĩ ſecu
lis notatur perpetuitas laudis: q̃ eſt hoĩm
beatoꝝ ⁊ etiam angeloꝝ. Sed ſecula homi
nũ habent augmentũ ſuceſſiuũ. quia iugi
ter ingrediũtur homines celum ⁊ addũtur
laudantibus. Et inceperunt ſecula hominũ
ab aſcenſione chriſti quando p̃mo ingreſſi
ſunt homines celum. Sed angeloꝝ ſecula
inceperunt ab origine mũdi. Et boni ange
li qui permãſerũt poſtq̃ beatificati ſũt: ſem
per omnes ſimul fuerunt beati ⁊ laudantes
deum: neutra tamen ſecula finientur. Vel
dicuntur ſecula ſeculorum: quia preſentia
ſecula que temporalia ſunt ſũt figura ſecu
lorum ſequentiũ. que ſcilꝫ ſunt perpetua. q̃a
continua fit ſucceſſio temporum preſentiũ.
quia ſicut ſol mouetur ab oriente ⁊ iterum
redit ad orientẽ: ⁊ iteratio etiam facit ean
dem circulationẽ. ⁊ ſic circulatio ſemper ſuc
cedit circulationi: ita ⁊ tempus tempori: pu
ta dies diei: ⁊ ann⁹ anno. Talis inquã ſuc
ceſſio temporum que ſemper iteratur q̃daꝫ
vmbra eſt perpetuitatis ſeculoꝝ ſequẽtiuꝫ:
in quibus ſancti ſemper laudant deuꝫ: quia
ab initio ſeculoꝝ preſentiũ ſemꝑ angeli lau
dauerunt deum: ⁊ in perpetuũ laudabũt et
homines beati ſimul cum eis: ideo dicũtur
laudare ⁊ gaudere in ſecula ſeculorum. ſicut
etiam homines dãnati ſimul cum diabolo
dicũtur torqueri in ſecula ſeculoꝝ in perpe
tuũ. ſm illud Apoca. xx. Diabolus q̃ ſeduce
bat eos miſſus ẽ ĩ ſtagnũ ignis ⁊c. Quar
to cõmendatur ex iocunditate: quia lauda
bunt te. Ex cõtinuo interiori gaudio quod
habebunt de deo ⁊ a deo: procedet exterior
vox ꝯtinua laudis ⁊ gratiarũ actionis. ſm
illud Eſaie. li. Gaudiũ ⁊ leticia inuenietur in
ea: gratiarũ actio: ⁊ vox laudis. Gaudiũ. ſ.
interi⁹: ⁊ leticia exterior: gratiarũ actio pro
ereptione a malis: ⁊ vox laudis ꝓ adeptis
bonis. Ad q̃ nos perducat ⁊c.

In funere aliciuꝰ artificis. Ser. XXXI

**Omnis artifex et** omnis ars non inuenietur in ea amplius. Apoca. xviij. Artes hominū ſunt neceſſarie propter paſſibilitatē ⁊ corruptionem corporis. Sicut ars textoria neceſſaria eſt ad faciendū indumenta q̄ ſcꝫ protegunt corpus humanū ne patiatur a frigore. Et ars piſcatoria ⁊ coquinaria ē neceſſaria ad preparendum cibos: quibus paſſio famis repellitur ⁊ interior defectꝰ: ⁊ corruptio ꝓhibetur. Et ars medicine neceſſaria eſt cōtra paſſiones ⁊ corruptōes egritudinū. ⁊ ſic de alijs. Unde ⁊ Galenꝰ dicit ꝙ ſi eſſet imortale ⁊ impaſſibile corpus nō indigeret arte conſeruāte ipm̄. Hinc eſt ergo ꝙ in alia vita: que eſt impaſſibilis ⁊ incorruptibilis ſicut in beatis: vel ſaltem icorruptibilis ſicut in dānatis: nō habent facere artifices neqꝫ artes. Et ob hoc dicitur in verbis propoſitis ꝙ omnis artifex ⁊c. In quibꝰ quidē verbis circa defunctos artifices ꝯſiderare poſſumꝰ tria.

Primo laudis preconiū. ſcꝫ in artifice vel arte: cum dr̄ omnis artifex ⁊c.

Scd̄o mortis exterminiū: ꝓpter qd̄ non inuenieť amplius.

Tertio operis premiū: qr in ea.

**Circa primum nota ꝙ** differentia eſt inter opus morale ⁊ opꝰ artificiale. Nam opus morale non poteſt homo facere bonū niſi bonꝰ. Et ratio eſt: quia ex eadē cauſa procedit ꝙ homo ſit bonus ⁊ ꝙ faciat opus moraliter bonū. ſcꝫ ex virtute. Et ideo philiſophus dicit ꝙ virtus eſt que bonū facit habentem ⁊ opus eius bonū reddit. Figura huius habetur. Matth. vij. vbi dicitur ꝙ bona arbor fructus bonos facit. ⁊ non poteſt mala arbor bonos fructus facere. Sed opus artis poteſt facere bonū etiā qui non eſt bonus. Licet enī philoſophus adnumerat artem inter virtutes ītellectuales: tamen non dicitur eſſe virtus: qr faciat hominē bonū. ſicut facit virtus moralis: ſed ſolum quia facit facultatem operandi. ſed virtus moralis vtrunqꝫ facit. Et hinc eſt ꝙ in artifice nō attendimꝰ ad bonitatem hominis: ſed ſolum ad bonitatē operis: ⁊ de hac laudatur artifex. vnde dicitur Eccli. ix. In manu artificum opera laudabuntur. In quibus quidem verbis artificū conditio notificatur ex quatuor.

Primo ex inſtrumento naturali. quia in manu.

Secundo ex habitu intellectuali q̄ eſt ars a qua denominātur artifices. vnde dicit artificum.

Tertio ex effectu artificiali: cum additur opera ſcꝫ artis.

Quarto ex fructu honorabili. qr laudabūtur. reputat enī ſibi artifex ad fructū ⁊ honorem ꝙ eius opera laudentur.

Circa primū attendendum eſt ꝙ manus eſt naturale inſtrumentū ⁊ coniūctum quo artifices operantur. Canticoꝝ. vij. Sic monilia que fabricata ſūt manu artificis. Ubi per monilia intelligūtur virtutes ſiue habitus virtutū. que tunc manu fabricamꝰ quādo virtutum opera facimus. quia habitus virtutū moraliū. ſm̄ philoſophum ex actibus acquirūtur. qr frequēter agendo iuſta efficimur iuſti. ⁊ ſic de alijs virtutibus. Notandum eſt etiam ꝙ in ipſa diſtinctione manus oſtenditur que virtutum opera facere debeamus. Eſt enī manus homīs per q̄nqꝫ digitos diſtincta. Quorū primus qui eſt groſſior vocatur pollex: ex eo ꝙ inter ceteros virtute plus polleat. Unde ī hoc digito deſignatur iuſticia. eo ꝙ inter virtutes morales plus polleat. Unde philoſophꝰ dicit. xv. ethicoꝝ ꝙ iuſticia eſt preclariſſima virtutū: ⁊ neqꝫ lucifer neqꝫ heſperus eſt ita clarus. Unde etiam Auicēna in tertio libro medicine ſue dicit ꝙ iſte digitus. ſcꝫ pollex eſt iuſticia omniū digitorum. quia ſcꝫ oīs alij digiti cum ei applicantur ad quandam equalitatē reducunť. Ille ergo habet pollicem manus qui iuſta operatur. Iſte digitꝰ ſm̄ conſtantinū ex tribus oſſibus componitur: que referuntur ad triplicem iuſticiā ſcꝫ diſtributiuam que competit diſpenſatoribus: vindicatiuam que competit correctoribus: ⁊ comitatiuam que competit mercatoribus. Secundus digitus vocatur index quia per ipſum res indicamus ⁊ demōſtramus. ⁊ hoc pertinet ad prudentiam que nobis que agenda ſunt demonſtrat ⁊ ordinat Et tres partes huius digiti ſignificāt tres partes prudentie. que ſunt memoria reſpectu preteritoru m: intelligentia reſpectu preſentiū: ⁊ prouidentia reſpectu futurorum. Tertius digitus qui eſt medius: dicitur im

pudicus. eo ꝙ duȝ manus aliquid turpe tãgit hic digitus cum ſit maior ceteris illud prius attingit. Unde ſignat temperantiaȝ que impudicitiam ⁊ voluptatem carnis tãgit reprimendo ⁊ moderando. Et tres partes huius digiti ſignificant triplicem tẽperantiam. quarum vna eſt in abſtinentia ciborum: ſecũda ſobrietas potationuȝ: tertia continẽtia venereorũ. Quartꝰ digitus vocatur anularis. quia in ipſo anulus deferẽ. Sicut autem eſt anulus in digito: ita eſt in opere fortitudo que neceſſaria eſt precipue in continuãdo ⁊ perſeuerando. eſt eñ anulus ſicut corona digiti: quia ſola perſeuerãtia coronatur. Et tres huius digiti ſignificant triplicem fortitudinem. Una eſt in aggrediendo quod pertinet ad fiduciam. alia in ſuſtinendo quod pertinet ad patientiaȝ: ⁊ tertia in conſũmando quod pertinet ad ꝑſeuerantiam. Quintus digitus dicitur auricularis. eo ꝙ cuȝ ipſo aures ſcalpimꝰ. ⁊ hic ſignificat obedientiam. quia ſcriptum ē in pſ. In auditu auris obediuit mihi. Et tres partes huius digiti ſignificant ꝙ obedientia eſt homini tripliciter neceſſaria. Primo reſpectu dei. ſcȝ vt homo obediat diuine voluntati. Secundo reſpectu proximi. ſcilȝ vt obediat ſuperiori poteſtati. Tertio vt obediat proprie rationi. ſcilȝ vt ſit ſenſualitas ſubiecta rationi. De iſtis ergo digitis manus dicitur Danielis. v. Apparuerunt digiti quaſi manus hominis ⁊c.

B ¶ Secũdo deſcribitur conditio artificum ex habitu intellectuali qui eſt ars: qui ab arte qui eſt habitus intellectualis denominãtur artifices ⁊ ideo dicitur artificum. Sȝ quia artifices poſſunt ⁊ bene ⁊ male vti arte ſua. notandũ ꝙ quidam ſunt artifices diaboli. Diabolus enim fallax ⁊ mendax eſt. Johan. viij. Mẽdax eſt ⁊ pater eius ſcȝ mendacij. Unde q̃cunqȝ faciunt artem ſuam cum falſitate et mendacijs ſunt de arte diaboli. Nam quidam artifices ſunt qui interdũ faciunt opera ſua falſificata. ſicut illi qui faciunt auruȝ vel argentum alchimicum ⁊ vendunt ipm̃ pro vero: vel ſicut ſpeciarij qui ponunt in confectionibus vel ſyrupis mel vel puluerem zuccari pro bono zuccaro. Et ſimile eſt de quocunqȝ artifice falſificante opera ſua. ſicut quidam falſificant crocum. ⁊ quicũqȝ alij ſint qui faciunt vt vendant res falſas pro veris. Iſti ſimiles ſunt artificibus illis qui faciebant deos falſos. id eſt idola ꝓ veris dijs. Oſee decimotertio. Fecerunt ſibi conflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinem idolorum. factura artificum totum eſt. Ad hoc peccatum idolatrie reducuntur artes magorum ⁊ necromanticoruȝ. quia etiam ſunt artes diaboli: quibus deus maxime irritatur ad vindictaȝ. Unde de manaſſe dicitur ſecundi Paral. trigeſimotertio ꝙ obſeruabat ſõnia: ſectabatur auguria: maleficis artibus inſeruiebat. Habebat ſecum magos ⁊ incantores. multaqȝ mala operatus eſt coram domino vt irritaret eũ. Sũt etiam de arte diaboli artifices mendaces qui non ſeruant pacta que promittunt. et ideo infideliter agũt. pſalmiſta. Auerterũt ſe ⁊ non ſeruauerunt pactum ⁊c. Item diabolus quicquid facit cum pctō facit. Et ſic quidam artifices neſciunt quaſi de arte aliquid facere vel vendere ſine pctō: dicendo mẽdacia: vel vendendo rem pluris q̃ valeat: vel vendendo rem falſam ⁊ vicioſam ꝓ bona. ⁊ non manifeſtando vicium occultũ. vel ſi ſit vicium damnabile vel damnoſum vel periculoſum: tenetur de damno vel periculo. vel ſi non ſit vicium periculoſum nec dicunt vicium quod eſt in re nec diminuũt de precio. Unde omnes tales diabolus tollet et portabit in infernum niſi correxerint ſe. Hoc figuratum eſt quarti Regum vigeſimoquarto. vbi habetur ꝙ rex babylonis id eſt diabolus tranſtulit in captiuitateȝ ſcilicet peccati ⁊ in infernuȝ omnem artificeȝ. ſcilicet qui cum predictis peccatis facit artem ſuam. Quidam vero ſunt artifices dei. ſicut illi qui pure ⁊ fideliter faciunt artem ſuam: ⁊ de arte ſua ⁊ lucro faciunt etiaȝ eleemoſynas: nec propter occupationem artis dimittunt ſpiritualia bona que facere tenẽtur. Et de tali poteſt dici illud Sapientie decimotertio. Arte ſua vſus eſt diligenter.

Tertio deſcribitur in auctoritate allegata conditio artificuȝ: ex effectu artificiali in eo ꝙ dicit. opa. Artifex eñ qui nihil opatur nihil lucraẽ. Prouer. x. Egeſtatẽ opata ē manus remiſſa. Sic etiã in quo nõ facit opera virtutũ nõ mereẽ. ⁊ idō dr̄ Eccl'i vlti. Operamini opus veſtruȝ ante tempus: ⁊ dabit vobis mercedẽ veſtram in tempore ſuo. Et dicit ante tempus. ſ. mortis: quia poſt non eſt tempꝰ opandi. ſed recipiendi. Et idō ↄſulit Sapiẽs Eccl's. ix. Quodcũqȝ facere pōt

manus tua inſtanť operare: quia nec opus
nec ratio nec ſapientia nec ſcientia erunt a-
pud inferos quo tu properas. ¶ Quarto de-
ſcribitur ex fructu honorabili: cum additur
laudabuntur. Ubi aduertendum eſt ꝙ ope-
ra artificū non debent laudari niſi ṗmo be-
ne videanť ⁊ inſpiciãtur. Unde ſi eſſent in
tenebris ita ꝙ non poſſet videri illud quod
melius ⁊ precioſius eſt in eis: non deberẽt
laudari. Et ſic eſt etiã de operibus morali-
bus. quia modo fiunt ita in tenebris ꝙ nõ
apparet id quod melius ⁊ principalius eſt
in eis. ſcȝ intentio a qua ſequẽs opus deno-
minatur, ſcȝ bonū vel malum. Et ratio eſt:
quia intentio eſt finis. quia ſcȝ finis eſt illō
quod ṗmo eſt in intentõne operantis. ſicut
ſanitas infirmi eſt illud quod ṗmo intendi-
tur a medico: ⁊ ꝓpter hunc finem adhibet
medicamina ſanatiua: ſed vnūquodqȝ de-
nominatur a fine ſicut dicit phūs. vnde cu-
ius finis bonus eſt ipſum quoqȝ bonū eſt.
Quia igitur intentio eſt de fine; ideo ab in-
tentione ipſius finis opus denominať. Et
ꝓpterea Greg. dicit ꝙ ſi praua ē intẽtio q̃
ꝓcedit: ꝑuerſum eſt oē opus qō ſequiť etiã
ſi rectuȝ eē videatur. Quia igitur licet opus
videať intẽtio tamen nõ videť. nõ poſſūt
opera hominū in vita iſta bene laudari: ſed
apparente claritate diuini iudicij illumina-
būtur abſcondita tenebraꝝ ⁊ manifeſtabū-
tur ſecreta cordium ⁊ intentionū: ⁊ tūc erit
vera laus ⁊ perfecta operū factorum. Un-
de aplus. i. Corinth. iiij. Nolite ante tẽpus
iudicare quouſqȝ veniat dominꝰ qui illumi-
nabit abſcondita tenebrarum ⁊ manifeſta-
bit conſilia cordiū ⁊ tūc laus erit vnicuiqȝ a
deo. Prouer. vltimo. Laudent eam in por-
tis opera eius. De porte ſūt duo iudicia ho-
minū. vnū particulare quod fit in morte: et
aliud generale poſt reſurrectionem genera-
lem in fine mūdi. In quibus ex ipſis operi-
bus factis apparebit quis ſit laudabilis vel
non. Sed primuȝ eſt deo manifeſtum no-
bis autem occultum: ſed ſecundū erit omni-
bus patulum. ¶

## ¶ Secundo in themate

ponitur mortis exterminiū. quia non inue-
nietur amplius. Manifeſtuȝ eſt enī ꝙ iſte
dum viueret frequenter de arte ſua require-
batur: ſed nunc poſtq̄ eſt per mortem ſub-
latus: nullus requiret eum amplius ⁊ ſi re-
quireret non inueniret. vnde dicere poſſit
illud pſ. Queſiui eum ⁊ non eſt inuẽtus lo-
cus eius. In quibus quidem verbis deſcri-
buntur duo.

¶ Primo hoīs viui conſideratio: cum dicit
queſiui eū. ſ. mentis ꝯſideratione.

¶ Scōo hoīs defuncti ſubtractio. qꝛ nõ eſt
inuentus locus eius.

¶ Circa primū notandum ꝙ multum debe-
ret homo viuens querere ⁊ mente conſide-
rare de amico defuncto vel conſanguineo
vbi ſit. quia ſi ſciret ꝙ eſſet in celo deberet ſi-
bi congratulationem. quia eſt extra omneȝ
miſeriam ⁊ eſt in abundantia omnis boni.
Et de quibuſdaȝ eſt certum ꝙ ſunt ibi ſicut
de pueris decedentibus poſt baptiſmū qui
ſine macula ſunt ante thronū dei. Unde de
talium morte non deberet homo lugere ſed
potius gaudere. De quibuſdam vero ꝓba-
bile eſt ꝙ ibi ſint. ſicut illi quoꝝ mortem bo-
na vita preceſſit. quia ſicut dicit Auguſtinꝰ
Mala mors putanda non eſt: quã bona vi-
ta preceſſit. Item ſicut illi qui de ſuis pecca-
tis plenam ⁊ veram penitenciam oſtende-
runt. vnde dominus dixit. Penitentiaȝ agi-
te appropinquabit enim regnum celorum.
Si vero eẽt in inferno: tunc deberet de ſta-
tu eius concipere magnū horrorem ⁊ ꝓ ſe
magnū timoreȝ: ne ſcilicet ipſe ſic vadat ad
tantam penam: que talis ac tanta eſt ꝙ hic
eſtimari non poſſit. Et de quibuſdam cer-
tum eſt ꝙ ibi ſint ſicut infideles qui ſine fi-
de moriuntur. quia qui non credit iam iudi-
catus eſt. Et ſic hi qui moriūtur heretici vł
impenitentes et deſperati vt qui occidunt
ſeipſos. Si autem ſint in purgatorio. ſicut
cõmuniter accidit de his qui moriuntur e-
tiam penitentes; quia raro penitentia tan-
ta eſt ꝙ ſtatim faciat ad celuȝ euolare. quia
ſi penitentia non eſt perfecta in vita iſta:
tunc oportet ꝙ compleatur in purgatorij
pena. et de tali defuncto debet habere com-
paſſionem. quia pena cuiuſcunqȝ in purga-
torio exiſtentis tanta eſt ꝙ nulla pena hu-
ius vite poteſt ei comparari. ſicut Augu-
ſtinus dicit. et ideo debet eum iuuare cuȝ
elemoſynis et miſſis et alijs ſuffragijs. Et
iſto modo debent querere de conſangui-
neo vel amico ſuo defuncto vt poſſit dice-
re illud Canticoꝝ tertio. Queſiui quem di-
ligit anima mea. Secūdo poniť in aucto-
ritate adducta hominis defuncti ſubtractio
qꝛ nõ eſt īuentꝰ ampliꝰ locus eiꝰ. ſ. in mun-
do iſto. Nō eſt error illorū q̃ dixerūt ꝙ poſt

magnū annū: qui erit ſm quoſdā errantes
poſt completum circulū celi ſtellati, ſcʒ poſt
trigita ſex milia annoꝝ ab initio mūdi: tūc
fiet reiteratio hominū, qꝛ redibunt ijdē ho
mines ad eaſdem artes, ita ꝙ adhuc plato
leget athenis. Sʒ cōtra hoc eſt auctoritas
ſcripture diuine que dicit. ij. Regum. xiiij.
Omnes morimur ⁊ quaſi aque dilabimur
in terram que nō reuertūtur. Unde ſm ve
ritatem fidei catholice: qui defuncti ſūt nū-
ꝗ̄ reuerſuri ſunt ad hanc vitā mortalē. Sa
pientie. ij. Non eſt agnitus qui ſit reuerſus
ab inferis. ⁊ paulo poſt. Non eſt reuerſio fi
nis noſtri. Et hoc verū eſt ſm cōmunem le
gem: licet de ſpeciali gratia ⁊ diuino mira-
culo aliqui reſuſcitati fuerīt a xp̄o vel ab an
tiquis prophetis, vt ab helya ⁊ helyſeo, vt
patet de lazaro ⁊ alijs, ſed priuilegiū parti-
culare non facit legem cōmunem. ⁊ lʒ oms
defuncti ſint reſurrecturi: non tamen ad vi
tam mortalem: ſed cū īmortalitate. Et quia
domin⁹ dicit ꝙ hoc fuit angelis caſus qd̄ ē
hominibus mors. ideo ſicut dicit̄ de ange-
lis cadentibus Apocal. xij. ꝙ locus eorum
nō eſt inuentus amplius in celo. ita dici po
teſt de morientibus ꝙ locus eoꝝ nō eſt in-
uentus amplius in mundo. Ex quo ſequit̄
ꝙ nunꝗ̄ amplius perfruentur nec mūdi di
uitijs nec delicijs: nec eius honoribus po-
tientur. D

Tertio ponit̄ in thema

te aſſumpto premiū operis: cum dicitur. in
ea. Ubi nota ꝙ duplex eſt locus retributio-
nis defunctoꝝ hominū. ſ. locus inferni qui
figuratus eſt in ciuitate babylonica: ⁊ ibi ē
retributio maloꝝ in duplici pena. ſ. damni
de amiſſione glorie: ⁊ etiam ſenſus ex ardo
re gehēne. Propter penam ergo ſenſus au
dientur ibi clamores luctus ⁊ triſticie. Sʒ
ꝓpter penam dāni deficient ibi voces lau-
dis ⁊ leticie. Et hoc figurate dicitur Apoc.
xviij. vbi metaphorice loquit̄ de pena dam
natorum ſub figura ciuitatis babylonice di
cens. Clamauerunt flentes ⁊ lugentes. Ue
ve ciuitas illa magna. ⁊ dicit bis ve ꝓpter
duplicem penam ꝓ̄dictam. Et poſt ſubdit̄
infra. Hoc impetu mittetur babylō ciuitas
illa magna ⁊ vltra non inuenietur. Et vox
citharedoꝝ ⁊ muſicorum ⁊ tybia canentiū:
⁊ tuba nō audietur in ea. Sʒ locus retribu-
tionis iuſtoꝝ eſt locus paradiſi: qui figura
tus eſt in ciuitate. ſ. hieruſalem. de qua ecō
trario dicitur. Eſa. li. Gaudiū ⁊ leticia inue
nietur in ea: gratiarum actio: ⁊ vox laudis.
Gaudium ſcilʒ ab interiori de anime beati
tudine: leticia de exteriori corporis glorifi-
catione: gratiarū actio pro ereptione a ma
lis: ⁊ vox laudis pro repletiōe in bonis. ps.
Qui eripuit de interitu vitā tuaʒ: q̄ coronat
te in mīa ⁊ miſerationib⁹. Et hec eſt coro-
na eterne glorie. Ad quā nos ⁊c.

In funere alicui⁹ iuuenis. Ser. XXXII

## Memento creatoris

tui in die iuuentutis tue: anteꝗ̄
veniat tempus afflictiōis Eccl̄s
vltimo. Cum homo a deo habeat animā ⁊
corpus ⁊ exteriora bona. i. tpalia. In his q̄
dem que ad animaʒ ꝑtinent dicit Seneca
ꝙ nihil eſt dignius memoria. Inter cuncta
inquit humana nature cōmoda: nihil digni
us memoria reperitur. Nam in aīa nobiliſ-
ſima pars eſt intellectus ſiue ratio. memo-
ria autem non quidem ſenſitiua quā habe
mus cōmunem cū brutis: ſed intellectus q̄
eadem potentia eſt cū intellectu ⁊ ratione.
Sed dicitur ratio vt eſt inquiſitiua: intelle
ctus vt eſt apprehenſiua: ſʒ memoria vt eſt
retentiua. Et qꝛ retinere maioris virtutis
videt̄ eſſe ꝗ̄ inquirere vel apprehēdere: ideo
memoria dicitur eē digniſſimū q̄d ī anima
Sed in his que ſpectāt ad corpus nihil eſt
charius vita. ⁊ ꝑcipue quādo ē magis flo-
rida vt in etate iuuenili. Sʒ in exteriorib⁹
ꝑcipue appetitur ꝓſpera fortuna. Hortat̄
ergo nos Salomon in auctoritate ꝓpoſita
vt oīa iſta tria cum aſſunt nobis in illum re
ferre ſtudeamus a quo ipſa ꝑcepim⁹. ſcʒ in
noſtrū creatorē: dicēs vnicuiqʒ iuueni. Me
mento creatoris ⁊c. A In quib⁹ quidem
verbis tria facit.

Quia primo oſtendit ꝙ debem⁹ referre in
deum noſtram memoriaʒ: cum dr̄. Memē
to creatoris tui.

Scd̄o noſtram iuuenilē vitā: cū ſubditur.
in die iuuentutis tue.

Tertio ꝓſperā fortunā: cū ſubinfert. ante
ꝗ̄ veniat ⁊c. id eſt dū es in ꝓſperitate.

Hortat̄ ergo nos pri-

mo ad memoriā creatoris noſtri: qꝛ nihil ē
cuius homo ita faciliter obliuiſcat̄. Et cau-
ſa poteſt eſſe ⁊ poteſt hoc ꝯtingere ex elatio
ne. Dicit enī Seneca ꝙ memoria beneficio
rū. ſ. receptoꝝ labilis eſt. Homo enī benefi-

cioꝝ que dedit magis recordatur: ꝙ eorū
que recepit. Et ratio eſt q: homo inter cete
ra animalia eſt maioris elationis animi: ⁊
ideo in illud quod eſt excellētius ⁊ honora-
bilius magis ⁊ libentius tendit: ꝙ in illud
quod eſt deſpectibilius a quo libent' auerti
tur. Cum igitur beneficiū dare ſit agere. re
cipere autem ſit pati: ⁊ agere ſit nobilius ꝙ
pati: ⁊ pati ſit deſpectibilius. idō magis ha
bet homo animū ad beneficia data ꝙ ad re
cepta. ⁊ ideo magis recordatur eoꝝ. Unde
dn̄s noſter ait vt dicit' Actuū. xx. ꝙ beatius
eſt magis dare ꝙ accipere. Quia igit' crea
tor omniū ſe habet ad nos ſolum rōne bene
factoris ⁊ nō beneficiati: quia bonorū no-
ſtrorum nō indiget vt dr̄ in p̄s. ideo huma
nus anim⁹ tanꝙ elatus ⁊ īdignatiuus faci
liter auertitur ab eo ⁊ obliuiſcitur eius. Un
de dicitur Deut'o. xxxij. Deum qui te genuit
dereliquiſti: ⁊ oblitus es dn̄i creatoris tui.
Sed poſſet aliquis dicere ꝙ hoc nō ꝓcedit
ex vicio elationis: ſed ex virtute magnani-
mitatis. q: ſm̄ philoſophū in. iiij. ethicoꝝ.
Una ꝓprietas magnanimi eſt ꝙ nō ē me
mor beneficioꝝ. ⁊ ſic obliuiſci benefactōis
vel beneficij: non eſt ex elatione: ſed ex ma-
gnanimitate. Sed intelligendū eſt ꝙ philo
ſophus dicit magnanimū nō eſſe memorē
beneficioꝝ ꝙtum ad hoc ꝙ nō eſt ſibi dele
ctabile ꝙ beneficia recipiat: non aūt ꝙtū
ad hoc ꝙ benefactori ſit ingratus. quoniā
maiora ſibi recompenſare ſtudet qd̄ ꝑtinet
ad perfectionē gratitudinis: in cuius actu
vult ſupexcellere. Sed circa deum creatorē
qui eſt p̄ma cauſa omniū bonoꝝ iſtud non
habet locum. q: tanto quis eſt excellentior
⁊ virtuoſior: ꝙto plus recipit de influentia
ſue bonitatis ⁊ poteſtatis ⁊ ſapientie ſiue vir
tutis: que tria includūtur in nomine creato
ris. Implicat enī diuinā poteſtatē: quia ſo-
lius dei eſt creare vt dicit Augu. v. de trini.
capl'o. xiij. Item implicat diuinā bonitatē
q: enī bonus ideo creauit res vt ait Augu.
ij. de ciuitate dei. Item implicat ſapiētie ve
ritatem. q: oīa in ſapientia feciſti ait ꝓphe
ta. Ex quo ergo hō accipit a deo totū ſuum
eſſe ⁊ ingenuū ſiue nobile eſſe. q: creatura
rationalis ⁊ accepit bonū eſſe ſiue gratifica
tum: ⁊ accepturus eſt ſi ꝑſeuerauerit in bo-
no beatū eſſe: merito debet habere deum in
memoria. alioqn ſi oblitus fueris eris igra
tus: ⁊ ex ingratuitate mereberis vt tibi gra
tia ſubtrahat'. Et ecōtrario. memoria bene-
ficiorū dei faciet te apparere gratum: ⁊ ip̄a
gratitudo ampliorē impetrabit grāz. Figu
ra hui⁹ habetur Thobie. i. Quoniā memor
fuit dei in toto corde ſuo: dedit ei deus gra
tiam. In quibus quidē verbis oſtēditur ꝙ
Thobias memoriā ſuā referebat in deum.
Primo quidem actualiter: quia memor
fuit dei.
Scd̄o integraliter: q: in toto corde ſuo.
Tertio vtiliter: q: dedit ei deus gratiam.
Circa primū notandū ꝙ illud qd̄ facit ho
minē eſſe memorē dei eſt amor charitatis
ſed quod maxime facit īmemorē eſt amor
cupiditatis. Nam eoꝝ ad que magis affici
mur magis recordamur ⁊ min⁹ obliuiſcim̄.
Unde ph'ūs in libro de memoria ⁊ remiſcē
tia ponit. ꝙ vnū de adiuuantib⁹ memoriā
eſt vt homo affectū adhibeat ad ea que di-
ſcit. Et ideo obliuio dei precipue cauſat' ex
modico affectu ad ip̄m: eo aūt min⁹ homo
afficitur ad deum quo magis afficitur ⁊ cu
pidus eſt ad mūdum. Propterea dr̄. i. Io-
han. ij. ꝙ qui diligit mūdū nō eſt charitas
patris in eo. Et Iaco. iiij. Qui voluerit eſſe
amicus hui⁹ ſeculi: inimicus dei conſtituit'
Unde Augu. dicit ꝙ venenū charitatis eſt
cupiditas: que tollendo amorē dei tollit me
moriā dei. Amor aūt charitatis facit homi
nē dei recordari: ⁊ in ip̄amet dei memoria
delectari. ſicut homo conſueuit delectari in
recordatione rei amate. Unde p̄s. ait. Me
mor fui dei ⁊ delectatus ſū. Et aliquando
pre abundantia delectationis interioris ꝓ
rumpunt ſancti viri exterius in vocē diui-
ne laudis. ſicut vinū quādo bullit in vaſe a
liquādo eruptat exteri⁹. p̄s. Memoria abū
danti. ſua. tu eructa. Eſt enī memoria dei vt
vinū faciens feruere cor purum. Unī Oſee
xiiij. Memoriale eius ſicut vinū libani. Li
banus enī interpretatur candidatio propt'
candorem nimiū qui erat in monte libani.
vnde ſignificat candorem. i. puritatem cor
dis. Unde vinū libani eſt amor cordis pu-
ri: quod feruere ⁊ eruptare facit memoriā
dei. Secūdo oſtenditur in auctoritate ad
ducta ꝙ habebat memoriā dei integralit':
quia in toto corde. Ubi notandū ꝙ aliquā-
do vocatur cor intētio mentis. vn̄ de hypo-
critis: qui ea que faciūt non faciūt recta in-
tentione quia nō ꝓpter deum ſed ꝓpter fa
uorē mūdi: dicitur in p̄s. Generatio q̄ non
dixerit cor ſuū. Qui ergo ſic eſt memor dei
ꝙ omnē intentionē ſuam dirigat in deum:

Ille dicitur memor eſſe dei in toto corde ſuo ⁊ talem hominē trahit ad ſe.i.ad ſuam gratiam ⁊ ad ſuam gloriā. Job.xxxiiij. Si direxerit ad deum cor ſuū:ſpiritū eius ⁊ flatum ad ſe trahet. p̄s. In toto corde meo exquiſiui te. ¶ Tertio oſtenditur de Thobia ꝙ habebat memoriā dei vtilit᷑.q2 ex h̄ dedit ei deus gratiam. Et ratio eſt.quia memoria dei quādoq3 humiliat hominē maxime quādo iudicia eius ad memoriā reducit.ſicut faciebat p̄s.qui dicebat. Memor fui iudicioru3 humilitas aūt ad gratiam diſponit:ſicut inclinatio vaſis ad hauriēdū aquā. Unde Jacobi.iiij. Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam. B

## ¶ Secundo in themate

aſſumpto oſtendit᷑ ꝙ debemus referre in deum noſtrā iuuenilem vitā:cum dicitur.in diebus iuuentutis tue. Ubi aduertendū eſt precipue in etate iuuenili neceſſariū eſt habere memoriā dei. Et ratio eſt duplex. Primo q2 in iuuētute eſt homo de viuendo magis preſumptuoſus. Scd̄m em̄ philoſophū in.ij.libro rhetoricoꝝ. hec eſt vna differentia inter iuuenes ⁊ ſenes:q2 ſenes ſunt difficilis ſpei.q2 de pluribꝰ parum vel male ſperant. Qd̄ contingit eis ꝓpter tria. Primo ꝓpter experientiam.experti ſunt em̄ ꝙ plura eoꝝ que fiunt mala ſūt.nā multa eueniunt in deterius. ꝓpter quod ſenes oīa referunt in peiorē partem ⁊ de facili credunt. Secūdo contingit propter timiditatē.ſunt em̄ formidoloſi:quia ſunt frigidi ⁊ deficiūt in natura.⁊ timor eſt quedam infrigidatio Sed ſicut audacia facit ſperare: ſic timiditas deſperare. Tertio contingit:quia ſenes magis viuūt memorie ꝙ ſpei.nam reliquū vite eorum eſt modicum:quia modicu3 habent viuere:quod aute3 eſt preteritū ē multum.quia multu3 vixerunt. Cum ergo ſpes ſit futuri.memoria vero preteritorū: ſenes modicum ſperant ⁊ multum memorantur Juuenes aūt econtrario vt dicit ph̄s de facili ſperant. q2 ſm̄ plurima viuūt ſpei.cum em̄ memoria vt dictū eſt ſit preteriti:⁊ ſpes futuri.iuuenibus autem futurū ſit multum quia ſm̄ ordinem cōmunem nature multū debent viuere.preteritum autē eſt breue.q2 modicum vixerunt. ideo iuuenes modicu3 viuūt memorie. quia modicum habent de vita in preterito:ſpei autem. quia multum ſperāt ſe debere viuere ⁊ multa ſe facturos Et propter ſpem preſumūt de miſericordia dei ⁊ inuoluūt ſe in peccatis ⁊ obliuiſcūtur dei. Sed in tali ſpe frequēter fruſtrātur.q̄a credentes ſe diu viuere quādoq3 citius moriuntur ſiue morte violenta.ſm̄ illud Hier.xi. Juuenes morientur in gladio. ſiue morte naturali.ſc3 aliqua infirmitate. ſm̄ illud Eſa.xl. Deficient pueri ⁊ laborabunt:⁊ iuuenes in infirmitate cadent. Neceſſaria eſt ergo eis memoria dei:que ſuo timore refrenat eorum preſumptionē. quia etia3 ſi multis annis deberent viuere. finaliter tamen oportebit eos venire ad eius iudiciū: ⁊ tūc cogentur cognoſcere ꝙ vana fuerit eorum vita ⁊ ſpes. Et ideo dicitur Eccl's.xi. Et ſi annis multis vixerit homo ⁊ in his omnibus letus fuerit:meminiſſe debet tenebroſi temporis.ſc3 mortis vel iudicij:⁊ dieꝝ multorum.ſc3 poſt iudicium vel mortem. quia erunt dies eternitatis:qui cu3 venerint vanitatis arguentur preterita. Letare ergo iuuenis in adoleſcentia tua. id eſt ſi letatꝰ fueris:⁊ in bono.ſcil3 quod tibi placeat: ſit cor tuū in diebus iuuentutis tue ⁊ ambula.i.ſi ambulaueris:ī vijs cordis tui.i.in voluptatibus cordis:⁊ in intuitu oculorum tuoꝝ.ſ. delectando in viſibilibus:⁊ hoc in exteriori homine. ſcito ꝙ pro omnibus his adducet te deus ad iudicium. Secunda ratio quare precipue in iuuentute eſt neceſſaria memoria dei eſt:quia iuuentus reddit hominem magis pronū ad peccandū. Unde neceſſaria eſt iuuenibus memoria dei que ſuo timore a peccatis refrenet. Unde Thobias monebat filium ſuū iuuenē dicens. Omnibus diebus vite tue in mente habeto deum ⁊ caue ne aliquādo peccato ꝯſentias. Thobie.iiij. Cauſa aute3 quare iuuenes magis ſunt ꝓni ad peccata eſt:q2 fortiꝰ impugnāt᷑. Unde ex ꝑſona iuuenis fortis dicit᷑ in p̄s. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea:eteni3 nō potuerunt mihi. In quibus verbis p̄mo deſcribitur pugna:quia ſepe expugnauerunt ⁊ Secūdo victoria etem̄ nō potuerūt mihi. Pugne aūt difficultas oſtēditur ex tribus.

¶ Primo ex tentationū frequētia:q2 ſepe.
Scd̄o ex tētationū violētia:q2 expugūerūt.
¶ Tertio ex etatis inexperientia: quia a iuuentute mea.

¶ Circa primu3 notandum ꝙ diabolus vidēs iuuenes eē ꝓnos ad diuerſas ⁊ plures paſſiōes vt ad ꝯcupiſcētiā ciboꝝ ⁊ venereo

ſum ꝛ ludoꝛū ꝛ iras ꝛ huiuſmodi: ideo ſepe
tentat eos. modo de vna paſſione modo de
alia. ꝛ ideo ſepe facit eos cadere modo ī pec
catū luxurie: modo in peccatū gule: modo
in peccatū ire. ꝛ ſic in diuerſa peccata Figu
ra huius habet Matth. xvij. in illo demo-
niaco de quo dicit ibi Male patitur. naꝫ ſe
pe cadit in igneꝫ: ꝛ crebꝛo ī aquā. Et Mar
ci. ix. dicit de eodem ꝙ accidit ei ab infan-
tia. ꝛ frequēter eum in ignem ꝛ in aquā mi
ſit. ſ. ſpūs malus vt eum perderet. Per ignē
intelligūtur paſſiones iraſcibilis: per aquā
paſſiones cōcupiſcibilis ad quas iuuenes
ꝓni ſunt. Secūdo pugna qua impugnan
tur iuuenes habet difficultatem ex īpugnā
tium hoſtiū violentia: que notatur cū dicit
expugnauerunt. Ubi nota ꝙ demones ob-
ſident ꝛ expugnant animā cum exercitu vi
cioꝛum in quo exercitu ſupbia quaſi vexil-
lum poꝛtat. p̄s. Poſuerunt ſigna ſua ſigna.
Grego. Euidentiſſimū ſignū repꝛoboꝝ eſt
ſuperbia: ꝛ electoꝝ humilitas. Quā cū quiſ
ꝗ habet in ſe apte cognoſcit ſub cuiꝰ pote-
ſtate ſeruiat rectoꝛis. Inuidia ſagittas tra
hit detrahendo alijs. Hiere. ix. Extenderūt
linguā ſuam quaſi arcum mendacij ꝛ nō ve
ritatis. ꝛ poſt. Lingua coꝝ dolū locuta eſt.
Ira autem quaſi pyꝛata lapides iactat blaſ
phemie ꝛ impꝛoperia. ij. Regum. xvi. Se-
mei malidicebat dauid mittens lapides ad
uerſus eum. ſed ip̄e deterius ſe ꝑcutit in ca
pite ꝙ aliū in veſte. Eccl'i. xxvij. Qui in al-
tum mittit lapidem: ſuꝑ caput eius cadet.
Accidia foſſatū euacuat ab aquis gratie.
Judith. vij. Holofernes fecit pꝛecludi aque
ductū. ne veniret in ciuitatem coꝛdis aqua
gratie letificans. p̄s. Fluminis impetꝰ leti
ficat ciuitatem dei. Auaricia foſſata implet
per terrenoꝝ cumulationē. Daniel'. xi. Ue-
niet rex aquilonis ꝛ cōpoꝛtabit aggerem. ſ.
diuitiarū ꝛ capiet vꝛbes munitiſſimas. Lu
xuria ignem ſuccendit. Job. xxxi. Ignis eſt
vſqꝫ ad ꝯſūptionē: ꝛ al's ꝑditionē: deuoꝛans
Gula hunc igneꝫ nutrit ꝛ accendit apponē
do ligna cibarioꝝ. iiij. Regum. xxv. Nabu-
zardaꝫ p̄nceps ſeruoꝝ incendit domū. Qui
ergo ſic expugnatur debet clamare ad dn̄m
dicēs illud p̄s. xxxiiij. Expugna impugnā
tes me. Apprehēde arma ꝛ ſcutū: ꝛ exurge
in adiutoꝛiū mihi. Tertio notatur diuerſi
tas pugne in iuuenibꝰ ex etatis inexꝑiētia
cuꝫ dicit a iuuentute mea. Multa em̄ ſunt
terribilia ꝛ difficilia militibꝰ inexꝑtis quā

do vadunt ad pugnaꝫ que facilia ꝛ intrepi-
dabilia vident militibus exꝑtis. Et ratio ē
ſicut dicit philoſophus in ethicis. Experiē
tia videtur eē quedam foꝛtitudo. Nā ſicut
dicit vegetius de arte militari. Nemo ſe fa
cere metuit: qui ſe bene didiciſſe confidit.
Juuenes auteꝫ inexperti ꝛ inexercitati ſūt
ꝛ in coꝛpoꝛalibꝰ ꝛ in ſpiritualibus. Et ex ta
li inexperiētia ſicut dicit philoſophus in ſe-
cūdo rhetoꝛicoꝝ ꝯtingunt eis duo. Primū
eſt ꝙ non ſunt maligni moꝛis ſed facilis
moꝛis: quia de facili perſuadetur eis. ſcꝫ qꝛ
inexperti ſunt ꝛ nōdum viderūt multas ne
quitias. Secūdū eſt quia ſunt de facili cre-
ditiui. Cuius etiam ratio eſt inexperientia
quia nōduꝫ ſunt in multis decepti. Et hinc
eſt ꝙ diabolus qui eſt maligniſſimꝰ ꝛ exper
tiſſimus ſuis callidis ꝛ fraudulētis tentati
onibus ꝛ ꝑſuaſionibus faciliter d̄cipit eos
ꝛ capit in peccatis. vt ducat eos in carcereꝫ
inferni. Unde conquerit eccleſia Threnoꝝ
pꝛimo dicens. Juuenes mei abierunt in ca
ptiuitatem. Unde ſuadetur Eccl'i. xxx. Nō
des illi parteꝫ. al's poteſtatem. ſ. diabolo in
iuuentute tua. Quādo aliquis malicioſus
ꝛ callidus poteſt obtinere ꝑtem in poſſeſſio
ne alicuiꝰ ſimpliciorꝛis viri: tantū ſcit poſtea
facere ꝙ habet poſtea totum. Ita ꝛ diabo-
lus quādo poteſt inclinare ꝛ obtinere ocu-
lum vel coꝛ in iuuene. Sed optima defen-
ſio eſt cuſtodia quaꝫ habebat ille qui dixit
Matth. xix. Omnia hec cuſtodiui a iuuen-
tute mea. Nam de p̄ceptis dicitur. ſi ſerua-
ris ſeruabunt te. Secūdum p̄ncipale qō
notatur in auctoꝛitate adducta eſt tentatio
nū victoꝛia. de qua dixit. Etem̄ non potue-
runt mihi. ſ. pꝛeualere. ꝛ hoc deo ſua gratia
confoꝛtante ꝛ ꝓtegente. Apl'us philip. iiij.
Omnia poſſum in eo qui me cōfoꝛtat. Hie
re. i. Non p̄ualebunt aduerſum te quia ego
tecū ſum. Hanc dei ſocietatem habent iuue
nes qui ſunt foꝛtes ad reſiſtendū. Jaco. iiij
Reſiſtite diabolo ꝛ fugiet a vobis. ſicut te-
lum percutiēs in rem ſolidaꝫ ꝛ foꝛtem ꝛ re-
ſiſtenteꝫ reſilit et refugit ſed ī molleꝫ pene
trat ꝛ intrat. ſic etiā ꝛ diabolus. Sed debēt
etiam iuuenes tenere manu. i. opere gladiū
verbi dei. i. Machabe. iij. Protegebat ca-
ſtra gladio ſuo. i. Jo. ij. ſcribo vob̄ iuuenes.
quoniam foꝛtes eſtis: et verbuꝫ dei manet
in vobis: ꝛ vicistis malignū.

Tertio oſtenditur ī the

mate ꝙ debemus offerre deo noſtrā proſpe-
rā fortunā: vnde dicit. anteꝙ̄ veniat tem-
pus afflictionis. id eſt ante tempus aduer
ſitatis, quia gratius eſt deo ꝙ ſeruias ei ⁊
memor ſis eius quando bene eſt tibi. quia
videtur magis ſponte fieri ⁊ ex maiori amo
re: ꝙ̄ quod fit in aduerſitate. Eccl'i. xxxij.
Grandinem preibit coruſcatio: quia debet
homo coruſcare virtutibus ⁊ clareſcere co-
ram deo anteꝙ̄ veniat grando periculi ⁊ in
fortunij. Uel ante tempus afflictionis: id ē
ante tempus ſenectutis vel mortis. Tem-
pus eñ ſenectutis dicitur tempus afflictio
nis: quia ſicut dicit Horatius. Multa ſenē
circumueniunt incōmoda. Nā in ſene ſicut
dicit Greg. in quadā omelia ſuper Ezech.
ſtatura curuatur: ceruix exaltata deprimi-
tur: frequentibus ſuſpirijs pectus vrgetur:
virtus deficit: loquentis verba anhelitus in-
tercidit: ⁊ ſi languor deficit ſenibus ipſa ſa-
lus egritudo eſt. poſt ſenectutē ſequitur af-
flictio mortis. Unde Ezechiel. vij. Afflictio
tua. ſ. ſenectutis afflictio ecce venit ſcȝ mor
tis. Sed ſi ante tale tempus homo memor
fuerit dei vt abſtineat a peccatis ⁊ ſollicitet
de operibus bonis licȝ viſus fuerit poſtea af
fligi per ſenectutē vel exterminari per mor
tem: tamē anima eius peruenit poſt hoc ad
eternā pacē. Unde Sapie. iij. Eſtimata ē
afflictio exitus illorum: ⁊ quod a nobis eſt iter
exterminij. illi autem ſunt in pace. Ad quam
nos perducat ⁊c.

In funere vnius ſenis. Ser. XXXIII.

Mortuus eſt in ſe-
nectute bona prouectecȝ etatis
⁊ plenus dierum. Geneſ. xxv.
In omnibus humanis euentibus pruden-
tes viri reſpiciunt ad vltimū: id eſt ad exi-
tū. Unde Boecius dicit ꝙ rerū exitus pru-
dentia metitur. ⁊ ideo de hoc faciunt totam
vim. ſicut in mercatione non fit vis de em-
ptione vel de portatione: ſed de lucro. quia q̄
litercunqȝ ſit empta vel portata dūmō inde
mercator bene lucretur deputatur bona mer-
catio. Et in agricultura non fit vis de ara-
tura vel ſemente: ſȝ de meſſe. Et in cura me
dici non eſt vis de dieta vel potione: ſed de
ſanatione. Sic non de hominis natiuitate
vel augmento vel nutritiōe vel fortunā deus
curat ſed de morte. ſ. qualiter homo moriatur
quia ibi eſt tota vis. ſ. ſalutis vel dānatiōis
Uerūtamē ſm modū reputantur bene mori

qui moriuntur in bona etate ⁊ proſperitate.
ſicut refert verbū propoſitū de abrahā dicēs
ꝙ mortuus eſt ⁊c. In quibus quidem
verbis deſcribuntur duo.

Primū eſt corruptio generalis: quia mor
tuus eſt. ſicut generaliter oēs hoīes moriūtur.

Secundū eſt conditio ſpecialis. quia in ſe
nectute bona ⁊c. ad quā nō oēs perueniunt.

Circa primū attenden
dū eſt cū dicitur quia mortuus: ꝙ mors ſi-
ue mori oībus eſt cōe. quia Eſt cōe mori: mors
nulli parcit honori. Nec etiā vlli ſexui. Un
aſſimilatur mors illi animali quod dicitur
yena que dicitur variare ſexū: quia eadem
aliquando inuenitur maſculus aliquando
femina. Dicitur inſuper de yena ꝙ habȝ col
lū vipere: dorſum elephantis: vocē hoīm ſi
gnat. in quantitate aūt ⁊ voracitate repre-
ſentat lupū: ⁊ in pilis colli equū. Aſſimilatur
ergo mors yene quantū ad ſexus varieta-
tē. quia ſcȝ aliqñ maſculos aliquādo femi-
nas inuadit nulli ſcȝ ſexui parcēs: que etiā
habet de ſimilitudine vipere propter moriē
di celeritatē. quia frequenter moriūtur ho-
mines inopinate ⁊ per mortes violentas ⁊
caſuales ante tempus mortis naturalis. ſi-
cut accidit ipſi vipere: que cū tempus pariē
di filios aduenerit filij non expectantes na-
ture operationē eius latera rodunt ⁊ cū ma
tris interitu exeūt. Ita multi ante tempus
ſcȝ ſenectutis vel mortis naturalis diſrum
puntur per mortem. Elephanti vero aſſimi-
latur propter bellicoſitatē. quia elephans ē
animal aptū ad bellū: ſed bellū ſiue pugna
mortis eſt maxima. Eſt eñ ibi pugna natu
re que per mortē diſſoluitur. eſt eñ pugna
anime que exire de domo propria ⁊ i regio
nem ſibi ignotam ingredi compellitur. Eſt
enim ibi in peccatore pugna cōſcientie: que
ſupra ſe habet iudicē iratū: ⁊ intra ſe pecca
torū remorſum: ⁊ ſub ſe infernū preparatū
⁊ iuxta ſe aduerſariū truculentū: ⁊ terribile
eſt venire ad talem pugnam. Vocē autem
hominis ſignat propter fallacitatem. fallit
enim hominem propter incertitudinē. quia ne
ſcit homo finem ſuum. vt dicitur Eccl's. ix.
Lupo autem aſſimilatur propter voracita-
tem. omnes enim deuorat mors ⁊ nunꝙ̄ ſa
tiatur. Collum autem equi habet propter re
frenabilitatem: quia imponit frenum ⁊ ter
minum malicie humane. ſcȝ quantum ad
culpā. quia amplius mala facere nequeūt.

vnde ipſi non dimittunt ꝑccata: ſed pecca
ta dimittunt eos. Joh. viij. Jn ꝑccato ve-
ſtro moriemini. B

## Secundo deſcribitur

conditio ſpecialis: qꝛ in ſenectute bona ⁊c.
Non enim omnes homines ad etatē ſeni-
lem perueniunt: quia plures moriuntur in
iuuentute ꝙ in ſenectute. ſicut plures occi-
duntur agni ꝙ pecudes. ⁊ ita cito frangit
vas nouū vt antiquū. ⁊ facilius ſcindit ar-
bor iuuenis ꝙ antiqua. Cōmēdatur tamē
in propoſita auctoritate antiquitas etatis
ex tribus.

Primo ex ſenſuū integritate: quia in ſene
ctute bona.

Secundo ex tempoꝝ longeuitate: quia ꝓ-
uecte etatis.

Tertio ex virtutum operoſitate: quia ple-
nus dierum.

Circa primū nota ꝙ corporaliter dicitur
ſenectus bona quādo non tollit ſenſuꝫ nec
interiorē puta memoriā: nec exteriorē ſicut
auditū: vel viſum ⁊ huiuſmodi. Sed vlteriꝰ
loquendo tria precipue ſunt que ſenectutē
hominis faciūt dici bonā. Primū eſt bona
vita preterita. Et huius ratio eſt: quia ali-
quid dicitur bonū triplici d̄ cauſa. ſcꝫ aut qꝛ
venerabile, ſicut bonū honeſtū puta virtus
aut quia delectabile vt cibus: aut quia vtile
ſicut medicina vel nūmus. Sed bona vita
preterita reddit primo ſenectutē venerabi
lem. ſm illud Sapie. iiij. Senectus venera
bilis eſt non diuturna: neqꝫ numero anno-
rū computata. cani ſunt ſenſus hominis: ⁊
etas ſenectutis vita īmaculata. Jtē bona vi
ta preterita reddit ſenectutē delectabilē. Eſt
eñ differentia inter bonū ⁊ malū. quia ma
lū eſt delectabile in fieri: ſed triſtabile in fa
cto eſſe. vnde mali replentur penitudine. ſ.
poſt factū. Bonū aūt eſt difficile in fieri: ſed
delectabile in facto eſſe. vnde finis maloruꝫ
eſt agere: finis bonoꝝ eſt egiſſe. Et ideo ſe-
nex qui bonā vitā duxit dū recordatur bo-
noꝝ que fecit multū delectatur. Jtē bona vi
ta preterita reddit ſenectutem vtilem. quia
quanto diuturnior eſt vita bona: tanto ma
gis fructuoſa. ſicut palma quāto annoſior:
tanto fructuoſior. Job. xxix. Sicut palma
multiplicabo dies. ergo ille ſenex moritur i
ſenectute bona plenus dierū diuitijs ⁊ glo-
ria. Secundū quod facit ſenectutē bonaꝫ
eſt memoria. quia ſm phm iuuenes viuūt
ſpei: ſenes aūt memorie. Unde ſenes ex bo-
na memoria habent ſanius conſiliū: ſcꝫ ꝓ-
pter experientiā: que ſm phm fit ex multis
memorijs. Unde. ij. Paral. x. reprehenſi-
bilis oſtenditur Roboā qui dereliquit con-
ſiliū ſenū. Et ſm beatū Greg. ſenes habēt
dulce colloquiuꝫ. Unde dicit in dyalogo ꝙ
ſenū locutio ſemꝑ ſibi dulcis ſiue amabilis
fuit. Et ideo dicitur Eccli. viij. Non te pre-
tereat narratio ſeniorū. ipſi eñ didicerunt
a patribus ſuis. quoniā ab ipſis diſces in-
tellectū: ⁊ in tempore neceſſitatis dabis re-
ſponſum. Tertiū quod facit ſenectutē bo-
nā eſt bona natura: id eſt bona complexio
nature quando ſcꝫ talis eſt ꝙ ſenſus nō ob
tundit. ſicut dicitur de beato Auguſtino ꝙ
in ſenectute ſua erat itegro aſpectu atqꝫ au
ditu ⁊ membris omnibus ſui corporis inco
lumis. Et de moyſe dicitur Deut. xxxiiij. ꝙ
moyſes erat centū viginti annoꝝ quando
mortuus eſt. non caligauit oculus eius: ⁊
dentes illius non ſunt moti. Jtē quando ta
lis eſt complexio ꝙ in ſene vires non pro-
ſternit nec animū eius deijcit per puſillani-
mitatē. ſicut dixit Caleph Joſue. xiiij. Qua
dragintaquinqꝫ anni ſunt ex quo locutꝰ eſt
dominus verbuꝫ iſtud ad moyſen quando
ābulabat iſrael ꝑ ſolitudinē. Hodie. lxxxv.
annoꝝ ſum ſic valens vt eo valebā tempo-
re quando ad explorandū miſſus ſum. Jl-
lius in me temporis fortitudo perſeuerat tā
ad bellandum ꝙ ad gradiendū. Sed quia
in pluribus ſenibus vires deficiunt: orabat
ipſe pſalmographus pſalmo ſeptuageſimo
deū dicens. Ne ꝓijcias me in tꝑe ſenectutis
cū defecerit virtꝰ mea ne derelinquas me. C

Tertio in themate impreſentiarum aſ-
ſumpto cōmendatur antiquitas ex tempo-
rū longeuitate. quia prouecte etatis. Pro-
uecta eñ etas eſt vltima etas: que vocatur
prouecta id eſt procul vecta. erat eniꝫ tunc
Abrahaꝫ de quo ad litteram thema loquit
centū ſeptuaginta quinqꝫ annoꝝ. Uariant
eñ etates hominis ſm ſimilitudinē varie-
tatis lune. quia luna maxime dominat ter-
reſtribus. ⁊ ideo ſm Ptolomeū ſumuntur
varietates etatū ex circulo lune. Luna eniꝫ
quadrupliciter variatur. Quia quando pri
mo intenditur quouſqꝫ fit media eſt calida
⁊ humida. ſcꝫ in effectu. Et talis ē in ſe pri-
ma hominis etas que dicitur puerilis: que
eſt etas augmentatiua que eſt communit
vſqꝫ ad tertiū ſeptenniū: id eſt. xxi. annum.

vel in quibuſdã fortioris complexionis vſ-
q; ad vigeſimũquintũ. Secũdo luna ab me
dia vſq; ad plenilunĩũ eſt calida ⁊ ſicca. Et
talis eſt ſecunda etas que dicitur virilis: ⁊
eſt etas ſtatiua. quia adhuc in ea nec humi
dũ nec calor deficit. ⁊ ideo adhuc ſtat ⁊ ſub-
ſtantia ⁊ virt⁹: licet deficiat in hac etate vir
tus augmentatiua. Et hec etas durat vſq;
ad. xxxv. annũ: vel. xl. ſi ſit homo fortis cõ-
plexionis. Tertio luna cadens a plenilunio
quouſq; efficiatur dimidia eſt frigida ⁊ ſic-
ca. Et talis eſt tertia etas que dicitur ſene-
ctus. ⁊ eſt ſolũ virtus diminutiua: quia cũ
humido euaporante continue etiã expirat
calidũ: ⁊ ſic diminuitur virtus vite. Et tali
etati attribuũtur quattuor. Primũ eſt ꝙ ſe
nes huius etatis ſunt conſtantes. quia fri-
gidũ ⁊ ſiccũ bene retinent. Secundũ eſt ꝙ
fortiter apprehendunt propter defectũ cali
di cõmiſcentis operationes rationis. Ter-
tiũ eſt ꝙ ſunt ſapientes propter multorũ
experientiã ⁊ verſutiã que ex frigido ⁊ ſic-
co confortatur. Quartũ eſt ꝙ in eis ceſſat
diſſolutio iocoꝝ ⁊ venereoꝝ propter imobi
litatẽ frigidi abſcindentis motũ: ⁊ ſicci qđ
non de facili mouetur extra ſeipſum. Et hec
etas ſcdm quoſdã durat vſq; ad. lxx. annum.
Quarto luna a medio vſq; ad nouilunium
eſt frigida ⁊ humida. Et talis eſt quarta e-
tas que dicitur ſeniũ ſiue decrepita. in qua
eſt diminutio tã ſubſtãtie q̃ virtutis. ⁊ hec
etas eſt etas prouecta: que durat vſq; in fi-
nẽ vite. Mors igitur nõ parcit etati: quia
quoſdã aufert in iuuentute. quod quando-
q; vtiliter fit ne a mundi malicia corrum-
pantur. Unde de tali poteſt exponi illud Sa
pientie. iiij. Raptus eſt ne malicia mutaret
itellectũ eius: aut ne fictio deciperet animã
illius. Et loquit̃ de malicia demonũ: ⁊ fictio
ne mundi. Quoſdã vero mors rapit in eta
te virili ⁊ non in iuuenili. Et aliquando vti
liter dimittuntur vt in melius imutentur. ſi
cut apoſtolus dicebat. i. Corinth. xiij. Cum
aũt factus ſum vir euacuaui que erant par
uuli. Quoſdã vero mors vſq; ad ſenectutẽ
vl' ſeniũ ſiue vſq; ad ꝓuectã etatẽ reliq̃t: ſic̃
quidã fructus relinquuntur vſq; ad plenã
maturitatẽ. vt ſint dulciores ⁊ ſapidiores ⁊
meliores. ſicut de Joſue dicitur. Joſue. xiij.
ꝙ ioſue ſenex prouecteq; etatis erat. ⁊ tunc
dulcior in conuerſatione ⁊ ſapientior in o-
peratiõe ⁊ melior in regiminis ꝓuiſiõe fuit.
Quarto cõmẽdatur homo antique eta
tis in themate aſſumpto de virtutũ operoſi
tate: cũ dicitur. plenus die[rũ]. Plenus enim
dierũ dici poteſt qui dies ſuos bene occupa
uit: quia licet non maneat tempus: manet
tamen temporis fruct⁹. id eſt meritũ ⁊ laus
eoꝝ quaſi in temporis decurſu bene operati
ſunt. Et de talibus dici poteſt illud pſ. Dies
pleni inuenientur in eis. ſicut dies autum-
ni ſunt pleni fructibus: ⁊ ſic ipſi bonis ope-
ribus. E contra autẽ qui tempus ſuũ in ma
lis expenderunt vel ocioſe deduxerunt: dicũ
tur eos habere vacuos ſcilꝫ a mercede. Job
vij. Habui menſes vacuos: ⁊ noctes labo-
rioſas enumeraui mihi. Habent eñ operã
tes bona in nocte peccati operationes qui-
dem laborioſas: ſed tamen a mercede eter-
ne retributionis vacuas. Sed ſicut menſis
excedit noctem: ita ⁊ eterna retributio quã
perdunt excedit laborem bonorum operum
que faciunt. Ad quam retributionem eter-
nam nos perducat deus ⁊c.

In funere vnius puelle. Ser. XXXIIII

Non eſt mortua pu
ella: ſꝫ dormit. Matthei. ix. Duo
errores periculoſi fuerunt de ho-
mine antiquitus dicti. Primus fuit eorum
qui dixerunt ꝙ anima non viuit poſt corp⁹
ſed cum ipſo corpore pariter reſoluitur. Et
iſti ſubmoto honore immortalitatis quem
deus ſcdm animam intellectualem eis dedit
fecerunt ſeipſos ſimiles beſtijs dicentes il-
lud Eccl's. iij. Unus eſt interitus hominis
⁊ iumentorum: ⁊ equa vtriuſq; conditio.
Sicut moritur homo: ſic ⁊ illa moriuntur.
Similiter ſpirant omnia ⁊ nihil habet ho-
mo iumentis amplius. Unde de eis pſ. di-
xit. Homo cũ in honore eſſet non intellexit
comparatus eſt iumentis inſipientibus: ⁊
ſimilis factus eſt illis. Secundus fuit eoꝝ
qui dato ꝙ ponerent animam immortalẽ
dixerunt tamen impoſſibile eſſe eorũ reſur
rectionem: attendentes tm̃ ad ordinẽ ⁊ ad
potentiam nature: ſcdm quã non inuenitur
poſſibile vt fiat regreſſus de corporali priua
tione mortis ad priſtinũ vite habitum. Sꝫ
non aduerterunt quomodo hoc ſit poſſibile
⁊ facile dei omnipotentie. ⁊ ideo hoc per dei
oĩpotentiã fiendũ eſſe beatus Job ꝑ reuela
tionem ipſius dei certiſſime cognoſcens ait
Job. xix. Scio ꝙ redemptor me⁹ viuit ⁊c.
Et idcirco dñs noſter ieſus chriſt⁹ volens
vtrũq; errorẽ ꝺ puella iã ĩ corꝑe mortua au

ferre: ait verbū ppoſitū. Non eſt mortua
puella: ſcʒ in anima ꝙuis corpore ſit defun=
cta. ſed dormit id eſt mortua eſt in ſpe reſur
rectionis, quia ſicut poſſibile eſt homini ex
citare dormientem: ita facile eſt deo reſuſci
tare morientē. ¶ In quibꝰ quidē verbis
circa puellā defunctā oſtendit tria.

¶ Nā primo oſtendit ſpiritus corruptibili=
tatē: cū ait. non eſt mortua, ſcʒ ſm animā.

¶ Secundo obitus celeritatē: quia puella
erat. ſcʒ defuncta in puellari etate.

¶ Tertio defectꝰ repabilitatē: qꝛ dormit, id ē
ſicut dormiens pōt ⁊ dʒ aliqñ excitari: ita
ipa defuncta reſuſcitari. vñ p xp̄m fuit mox
reſuſcitata.

## ¶ Circa primū notandū

eſt ꝙ ſicut aliqñ accidit de arbore ꝙ in ra=
mis ⁊ in ſtipite que apparent videntur ſic=
ca ⁊ mortua: tñ in radice que non apparet
remanet virtꝰ vite, ꝓpter quod ſucciſo li=
gno arboris cū ramis fit ex radice pullula=
tio arboris noue. Sic etiā mortuo homine
ſm corpus remanet anima que eſt radix vi
te: ita ꝙ virtute dei iterū reunit eidē corpi
ꝟtute dei reformato. ſm illō Phil. iij. Qui
reformabit corpꝰ humilitatis noſtre confi=
guratū corpi claritatis ſue ⁊c. ⁊ tūc pullula
bit novꝰ homo: idē tamen numero propter
identitatē anime ⁊ materie corporalis. Et
ideo poteſt ſpiritꝰ hoīs dicere illō pſ. cxvij.
Non moriar ſed viuā. ¶ In quibus quideʒ
verbis duo facit.

¶ Quia primo remouet a ſe priuatiōis ma=
liciā: cū dicit. non moriar.

¶ Secundo aſſerit perfectionis permanen=
tiam: quia viuam.

¶ Circa primū attendenduʒ eſt ꝙ homo lʒ
ſm corpus non poſſit euadere mortē ꝓpter
quod dicitur in pſ. Quis eſt hō qui vivit ⁊ nō
videbit mortem, quaſi dicat nullꝰ. ſm aīam tamē
cōem mortē euadere pōt. ſcʒ ⁊ nature ⁊ cul=
pe ⁊ gehenne. Bene ergo eſt aīe qꝛ euadit
mortē nature: ſed meliꝰ ſi euadat mortē cul
pe: ſed optime ſi euadat mortem gehenne.
Euadit ergo anima mortē nature, qꝛ cor=
rupto corpe non corrūpit aīa. Et hoc habʒ
aīa hominis ex eo ꝙ eſt nature ⁊ ſubſtan=
tie intellectualis. Nā intellectuales ſubſtan
tie ſicut dicit beatus Dionyſius habent in=
deficientiā ab omni materia ⁊ morte mun
de exiſtentes. ⁊ ideo in morte ſeparantur a
corpore ſicut perpetuum a corruptibili, ſicut
phus dicit. Et de hoc habetur argumentuʒ
ab experientia veritatis. ¶ Nā frater quidaʒ
de ordine fratrū predicatoꝝ cū eſſet mortuꝰ
anteꝙ ſepulture corpus eius traderet ap=
paruit de ſero in corporali tamen effigie cui
dā fratri amico ſuo vigilanti ⁊ legenti: quē
cū ille ante ſe ſtantē vidiſſet qui eū eſſe mor
tuū ignorabat: letificatus de eius preſentia
dixit. Bene venias. quando veniſti ad con
uentū? Benedictus deus ꝙ video te ſanuʒ
quē audiuerā pridie grauiter infirmatum.
Cui reſpondit ille dicens. Vere infirmatus
fui: ⁊ iſto ſero corpore ſum defunctus: ⁊ mo
do fratres de conuentu vbi erā circa corpꝰ
meū mortuū. pſalmos ⁊ orationes dicunt.
Ille igitur hoc audiens ⁊ aliquantulū terri
tus aſſumpta tamē fiducia: ei dixit. Si ita
eſt vt dixiſti: placeat tibi vt mihi reſponde=
as de tribus. Primū eſt quid ſentit anima
in ipa ſeparatione a corpore. Secundū eſt
an ſit verū ꝙ anima poſt egreſſum a corpo
re ſtatim aſſiſtat diuino iudicio: ⁊ qualiter
iudiciū illud fiat. Tertiū mihi pādas quid
iudicatū ſit de te. Ille aūt ad ſingula queſita
reſpondens ait, Ad primū reſpondeo quid
mihi circa hoc acciderit referēs. quia ea ho
ra qua morti appropinquans incepi corpo
re reſolui: diabolo immittente imaginari ce=
pi ac credere ꝙ deberē ex toto deficere ⁊ taʒ
in anima ꝙ in corpore corrumpi: ſed ange
lo dei occulte ſuadente a meipſo hora regreſ
ſus dixi. Vbi nunc fides mea eſt quaʒ vſqʒ
nunc inuiolatā tenui de anime immortali=
tate ⁊ alterius vite ſtatu? Et ſtatim me in
huius fidei confeſſione firmato viſa eſt fie
ri reuolutio quedā ſubita ac ſi totus mūdꝰ
ab imo verteretur ad ſummū. Et ſic me ſo=
lam animā a proprio corpore ſeparatam ⁊
in me conſiſtentē cū leticia veritatis tranſ=
acte mee fidei repperi. De ſecundo vero re=
ſpondeo ꝙ cū eſſem ſeparꝰ a corpore: quod
dam immenſum lumen intellectuale deſup
in mente mea reſplēduit, ex quo diuine ma
ieſtatis preſentiā intellexi: ſub cuius virtu
te luminis omnia quecunqʒ egerā ⁊ meri=
ta vel demerita ante mentꝭ mee oculos ſubi
to ſunt adducta, ⁊ ipſo oſtendente lumine
egoipſe cognoui ⁊ cuius glorie premio ex
meritis eſſeʒ dignus: ⁊ cui etiā purgatorij
pene ex meis negligentijs ⁊ defectibus ap=
plicandus. ⁊ poſt hoc dictū lumē diſparuit.
De tertio vero tibi pando ꝙ ſum propter
meos defectus adiudicatus purgatorij pe=

ue ad certum tempus: ſed propter ſanctam
amicitiam ꝛ charitatē quā habui tecū: con
ceſſum fuit mihi a domino vt tibi appare-
rem ꝛ ad illā penā abbreuiandā miſſarū ꝛ
deuotarū orationū tua ꝛ alioꝝ per te ſuffra-
gia poſtularē. quod ꝛ nunc a charitate tua
pie ꝛ fidenter expoſco. poſt quod vale dicto
diſparuit. Et iſte poſtmodū vt fidelis ami-
cus ꝛ per ſe ꝛ per alios fratres per dies mul
tos petita ſuffragia nō deſtitit ei dare. Ual-
de aūt letificatus remanſit ꝙ tam de īmor-
talitate anime ꝙ̄ de ſtatu alterius vite ꝛ de
amici etiā ſalute certificatus eſt. Et ſic etiā
verificatū oſtendit quod dicitur Matthei
xxij. ꝙ non eſt deus mortuoꝝ ſed viuentiū
ſcʒ animarū. ❡ Poteſt ꝛ ſecundo anima
euadere mortē culpe quā incurrit perdendo
vitā gratie. ſm illud Jacobi primo. Pecca
tū cū conſummatū fuerit: ſcʒ per conſenſuʒ
quia inchoatur in cogitatione: procedit in
delectatione: conſummatur in conſenſu: ge-
nerat mortē. Sed hanc morteʒ euadet aut
que innocentiā ſeruauerit aut que per peni-
tentiā ſe emendauerit. Ezech. xxxiij. Si di-
xero impio morte morieris: ꝛ egerit penitē
tiā a peccato ſuo: feceritqʒ iudiciū ꝛ iuſticiā
vita viuet ꝛ non morietur. Itē poteſt eua-
dere mortē gehenne que dicitur mors eter
na. ſcʒ viuendo in gratia ꝛ per fidē formatā
Unde Joh. xi. Omnis qui viuit: ſcʒ vita gra
tie: ꝛ credit in me: ſcʒ fide formata charita-
te qua ſcʒ credendo ꝛ diligēdo ꝛ operando
in eū tendimus. ꝛ ideo in eum credere dici
mur. talis inquā non morietur in eternum.
Secundo notatur permanentia perfectōis
perfectio enī viuentis eſt ipſum viuere: ꝛ iō
dicit. ſed viuā ſcʒ vita īmortali. nā ſm ani-
mā habʒ vitā īmortalē nature. ꝛ poteſt etiā
viuere vita gratie ꝛ tandeʒ vita glorie que
erit vita tota intellectualis. Et hanc petebat
pſ. dicens. Intellectū da mihi ꝛ viuā. E.

## ❡ Secūdo in themate aſ

ſumpto tangit dominus obitus celeritatē:
quia ſcʒ adhuc puella erat de qua prius di-
xerat. filia mea modo defuncta eſt: ꝛ ita ac-
celerata erat ei mors: non expectās eius ſe
nectutē. erat enī in puellari etate. ſicut ē mo
do iſta: ꝛ que ſpectabatur forte vt cito iret
ad ſponſum carnalē: modo ire compulſa eſt
ad videndū iudicē celeſtē ſcʒ chriſtū. Et fe-
liciter erit ei ſi inuenta fuerit habere in re il
lud quod puella ſonat in nomine. Nā puel-
la ſicut dicit Iſidorus eſt nomen etatis in-
tegritatis ꝛ honeſtatis. ꝛ dicitur puella qua-
ſi pura ſicut pupilla. Unde beata puella que
ad chriſtū vadit parua per humilitatē: inte
gra per virginitatē: honeſta per pudiciciā:
pura per ſinceritatis mundiciā. Uel parua
in ſui eſtimatione: integra ſine carnis cor-
ruptione: honeſta in moribus: pura in ope-
ribus. Talis debet eſſe quelibet anima: que
procedit per mortē ad ſponſum videndum
in gloria. Quod figuratur Actuū. xij. vbi di
citur ꝙ proceſſit puella ad videndū. Ubi de
anima que egreditur bene diſpoſita ſub fi-
gura puelle deſcribuntur tria.

❡ Et primum eſt mortis profectus: quia ꝓ
ceſſit.

❡ Secundum eſt morientis virtus: quia pu
ella.

❡ Tertium eſt felicitatis intuitus: quia ad
videndum.

❡ Circa primuʒ notandū ꝙ anima ſancta
ꝛ pura quando hinc egreditur debet proce-
dere: quia cum leta proceſſione ducitur ad
ſponſum celeſtē ſcʒ cū choris ꝛ laudibꝰ ſan-
ctoꝝ ꝛ angeloꝝ. Hoc figuratū eſt Judicuʒ
xxi. in filiabus ſylo que interpretantur trā
late: de quibus ibi dicitur. Cūqʒ videritis fi
lias ſylo: id eſt animas ſanctas de corpore
tranſlatas ad ducendū choros ex more ꝓ-
cedere. Sed iſta proceſſio leta perfectius fi
et in die iudicij: quādo ſicut dicitur Joh. v.
Procedent qui bona fecerūt in reſurrectio-
nem vite: qui vero mala egerunt in reſurre
ctioneʒ iudicij. ſcʒ damnationis. Et ſic erit
duplex proceſſio. Una bonorum: alia malo
rum. vna ad vitam: alia ad mortem eternā

❡ Secundo deſcribitur virtus ꝛ ornatus q̇
debet eſſe in anima hominis morientis. ſcʒ
in puella. Nam puelle ſm complexionem
ſunt calide ꝛ humide. Et ſic anima vt ſit be
ne diſpoſita debet eſſe calida per dilectioneʒ
ꝛ humida per deuotionem: ita ꝙ frequenter
lachrymis ex deuotione abundet: in quas
deuotionis lachrymas precipue reſoluitur
perſona deuota audiendo vel meditādo ver
ba diuina. Unde Canticoꝝ quinto dicit pu
ella: id eſt anima deo deuota. Anima mea li-
quefacta eſt vt dilectus locutus eſt. Nā in
liquefactione anime notatur calor dilectio
nis reſoluens: ꝛ humor deuotiōis decurrēs
Item puelle ſm corporis diſpoſitioneʒ ſunt
tenelle graciles flexibiles ꝛ pulchre. Et ſic
anima debet eſſe tenella per beniuolentiam

gracilis per abſtinentiā: flexibilis per obedientiam: ⁊ pulchra per mundiciam. Figura huius habetur. iij. Regū. i. vbi dicitur de Abiſac ſunamite. Erat autem puella pulchra nimis. quia non erat ſordida: id eſt in peccatis fedata. De tali enim dicit deus pater filio ſuo ſponſo illud Leuitici. xxi. Sordidam ⁊ repudiatam non accipies: ſed puellam de populo meo. ſcꝫ ſanctorum. Tales ſunt anime que venduntur diabolo pro vino delectationis peccati. ſm illud Johel. iij. Puellam vendiderunt pro vino vt biberēt Tales anime que egrediuntur ex corpore ducuntur captiue a diabolo ad carcerem inferni. ſm illud. iiij. Regū. v. Captiuas duxerunt puellas: ſcꝫ latrūculi ſyrie: per quos demones deſignantur. Non ergo tales vult rex ſiue ſponſus celeſtis: ſed vult eas pulchras per mundiciam mentis ⁊ corporis. ſm illud Heſter. ij. Querantur regi puelle virgines atqꝫ ſpecioſe. Virgines: ſcꝫ per cōtinentiam carnis: ⁊ ſpecioſe per mundiciaꝫ mētis. Talis figuratur in Rebecca. de qua dicitur Geneſ. xxiiij. Erat autem Rebecca puella decora nimis virgoqꝫ pulcherrima. Tertio notatur in auctoritate adducta felicitatꝭ intuitus. quia proceſſit ad videnduꝫ ſcꝫ chriſtum ſponſum ſuum: quem in vita hac videre non poterat Exodi. xxxiij. Non videbit me homo ⁊ viuet. In hac viſione ē tota merces ſm Auguſtinū. quia tunc ſicut dicitur. i. Joh. iij. ſimiles erimus ei ⁊ videbimus eum ſicuti eſt. Et in hac viſione erit perfecta ſatietas ⁊ pax anime. In curꝰ figura dixit ſymeon Luce. ij. Nunc dimittis ſeruum tuū domine ⁊c. Et de hac viſione dicit Gregorius in moral. Cum peruenerimus ad te fontem vite ⁊ dulciſſimam ſpeciē: erit nobis ex viſione tua inſerta ſitis ſimulqꝫ ſatietas: ſed longe aberit a ſiti neceſſitas: ⁊ a ſatietate faſtidium. quia ſitientes ſatiabimur ⁊ ſatiati ſitiemus. D

Tertio in themate aſſumpto oſtenditur defectus reparabilitas: cum dicitur. ſed dormit. quaſi dicat. licet defecerit per mortem: reparari tamē poteſt ꝑ reſurrectionem. ſicut ille qui dormit euigilari poteſt per excitationem. pſ. Nunquid qui dormit nō adijciet vt reſurgat? Ubi notandum eſt ꝙ mors beatorum aſſimilatur ſomno ſiue dormitioni propter tria. Prio quidem propter quietis ſuauitatem. quia nullorꝫ laborꝫ dormiens meminit: ſed tunc dulciter requieſcit. Et ita viri iuſti per ſomnum mortis requiem a laboribus capiunt. Apoc. xiiij. Beati mortui qui in dn̄o moriūtur ⁊c. ⁊ ad eterne pacis dulcedinē perueniunt. ſm illud pſ. In pace in idipſm dormiā ⁊ requieſcā. Secundo propter dormientis ſecuritatē. quia ſcꝫ dū homo dormit nullius aduerſarij potentiā pertimeſcit. Et ita iuſti per ſomnū mortis de omniū aduerſariorꝫ manibus eripiuntur ⁊ eterne ſecuritatis fiducia ꝑfruūtur. Leuiti. xxvi. Dormietis ⁊ non erit qui exterreat. In hoc tamen diſtat ſecuritas mortis iuſtorꝫ a ſecuritate dormientiū. quia ſecuritas ſomni eſt ex inſenſibilitate: ſed mortis ſecuritas eſt ex libertate. de qua in pſ. Laqueus contritꝰ eſt ⁊ nos liberati ſumꝰ. Unde Job. xi. Si dormit ſaluus erit. Tertio propter figure dormientis mutabilitateꝫ. quia extra videtur mortuus qui maxime intus viuit. Et ſic iſti cū mortui ſm carnē ſunt: tunc vera vita viuunt. Et ideo dicitur ex perſona iuſti mortui Can̄. v. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. id eſt mens eſt in contemplatiōe eterne veritatis: in qua vita eterna eſt. Ad quā nos perducat ⁊c.

In obitu mulieris nobilis ⁊ pulchre. Sermo. XXXV.

Omnis caro fenū ⁊ omnis gloria eius quaſi flos feni. i. Petri. i. Dicitur ꝙ pauo quando extenſis alis ſuis videt pulchritudinē pennarū ſuarum: in imaginatione ſua quodāmodo extollitur de ſua pulchritudie: ⁊ facit rotā ſuā. Sed quando inclinato capite pedum ſuorꝫ turpitudinē aſpicit: totus deijci ⁊ humiliari videtur. Ita mulier pulchra vel nobilis quando cogitat nobilitatē ⁊ pulchritudinē corporis ſui: cōponit ſe extollitur ⁊ progreditur vt a cunctis aſpiciat. Sed ſi inclinaret caput: id eſt mentē ad reſpiciendū turpitudinē pedū: id eſt vilitateꝫ finis corporis ſui quod cito reſoluetur ī putredinē ⁊ vermes: multū humiliaretur ⁊ deſpiceret ſeipam. quia gloria ⁊ flos carnis cito deficit. Et ideo dicitur in verbo propoſito ꝙ omnis caro fenū ⁊c. A In quibus quidem verbis vanitas glorie carnalis deſcribitur ex tribus.

Primo ex infirmitate generali: quia omnis caro.

Secundo ex corruptibilitate naturali: qꝛ
fenum.

Tertio ex felicitate inſtabili: quia omnis
gloria ꝛc.

Circa primum nota ꝙ
magna differentia eſt inter mulieres ſan-
ctas ⁊ mulieres vanas. Quia mulieres ſan
cte gloriantur ſolū de interioribus que per-
tinent ad animā: ſcꝫ de pulchritudine ⁊ or-
namento virtutuꝫ. Unde de muliere ſancta
dicitur in pſ. Omnis gloria eius abintus i
fimbrijs aureis. que ſunt opera in charita-
te facta: circūamicta varietate. ſcꝫ aliarum
virtutū. Sed vane mulieres gloriantur ſo-
lū de exterioribus: ſcꝫ que pertinent ad car-
nem. vt de pulchritudine membroꝝ: de orna
tu veſtimentoꝝ: de magnitudine temporali
maritoꝝ vel propinquoꝝ. Et ratio hu' di-
uerſitatis eſt: quia vane mulieres ſtudent
plus placere mundo ꝙ̄ deo: ſed hmōi car-
nalia ſunt ex quibus efficiuntur gratioſe mū
do: vt pulchritudo ⁊ ornatus ⁊ ſimilia. ⁊ iō
in talibus maxime gloriantur. Sed ſancte
mulieres non appetunt placere mundo ſed
deo: ſed deo ſciunt ſe non placere propt' iſta
carnalia: ſed magis ex taliū affectu ei diſpli
cere. ſm illud Roma. viij. Qui aūt in carne
ſunt: id eſt in carnalium affectu: deo placere
non poſſunt. Unde in talibus nolunt glori-
ari: quia ſciunt eſſe contemptibilia deo. vn-
de magis in ſpiritualibus gloriātur que ſci
unt ei eſſe accepta. Naꝫ ea que ſunt magis
accepta mundo deus contemnit. vt pulchri
tudinē vel nobilitatē carnalē ⁊ magnitudi
nem temporalē. Et econtra ea que mundo
contemptibilia ſunt deus magis eligit. vt nul
lus glorietur de carnalib'. Ūn dicit .i. Cor. i.
Infirma mundi elegit de' vt confundat for
tia: ⁊ ignobilia mundi ⁊ contemptibilia ele
git deus ⁊ ea que non ſunt. vt ea que ſunt de
ſtrueret. vt non glorietur omnis caro in cō
ſpectu eius. In quibus quidē verbis apo-
ſtolus mundi gloriā repellendā eſſe oſten-
dit quoad quinqꝫ.

Nā primo quideꝫ oſtendit quare non eſt
gloriādū de fortitudinis firmitate. ſcꝫ quia
infirma mundi elegit ꝛc.

Secundo quare non eſt gloriandū de ori-
ginis nobilitate. qꝛ ignobilia mundi ꝛc.

Tertio quare non eſt gloriandū de diuitia
rū copioſitate: quia contēptibilia elegit ꝛc.

Quarto quare non eſt gloriandū de fame
claritate: qꝛ de' elegit ea q̄ nō ſ't ꝛc.

Quinto quare non eſt gloriandum de pul
chritudinis formoſitate: vt non glorietur
omnis caro ꝛc.

Circa primum attendendum eſt ꝙ non
eſt gloriandum in ſanitate vel fortitudine
corporis: quia infirma mundi ꝛc. Quod q̄-
dem ex hoc apparet: quia nonnunꝙ̄ ſani-
tas carnis cauſat infirmitatem mentis: ⁊
fortitudo corporis parit debilitatem ſpirit'.
Sunt enim quidam fructus qui habent ex
teriorem corticem durum ⁊ fortem: ſed in-
teriorem medullam teneram ⁊ molleꝫ. ſicut
nuces ⁊ amigdala ⁊ pini fructus ⁊ ſimilia.
Et ſic quidam habent corpus robuſtum ⁊
ſanum: ſed ſpiritum debilem ⁊ infirmuꝫ. Et
de talibus fuit Saul: qui corpore fortis erat
⁊ anima debilis. qꝛ a carnis voluptate vin-
cebatur. Econtra quidam fructus ſunt qui
habent exteriorem ſubſtantiam debilem ⁊
mollem: ſed interiora oſſa dura ⁊ fortia. ſi-
cut ceraſa ⁊ pruna. Et ita quidam habent
corpus paſſibile ⁊ infirmum: ſpiritum vero
fortem ⁊ promptum. Et de talibus erat apo
ſtolus qui dicebat. ij. Cor. xij. Cū infirmor
ſcꝫ corpore: tunc fortior ſum ⁊ potens. ſcilicꝫ
ſpiritu. Et hoc ideo eſt: quia peccatū eſt qđ
reddit ſpiritum ſiue animam debilem ⁊ in-
firmam. Sed infirmitas corporalis preſer
uat ab infirmitate peccati. quia infirmitas
vna preſeruatur ab alia. ō qua apparet exē
plum etiaꝫ in corpore. Sicut pueri quibus
in partibus capitis accidunt vulnera ⁊ apo
ſtemata ⁊ adeſt fluxus narium: preſeruan-
tur ab epilentia: vt dicit Auicenna. quia ſic
purgatur humiditas cerebri: que ſi nō pur-
garetur induceret epilentiam. Sic etiam ꝑ
infirmitates corporis purgantur ⁊ remouē
tur interdum tentationes ⁊ male diſpoſitio
nes mentis: que facerent hominem niſi ſic
purgaretur ruere in peccata. Ex his ergo ſa
tis apparet ꝙ infirmitas corpis gignit for
titudinem mentis .ij. Corinth. xij. Uirtus
in infirmitate perficitur. Et tunc accidit qđ
dicitur Mathei vigeſimoſexto. Spiritus
quidem promptus eſt: caro autem infirma
ſcꝫ ad faciendū bonū ⁊ ad tolerandū malū.

Secundo non eſt gloriandū de originis
nobilitate. quia ignobilia elegit deus quaſi
non curans de nobilitate carnis. Unde fre-
quenter ignobiles ſunt meliores ⁊ ſanctio-
res nobilibus. quia etiam ipa nobilitas eſt
eis occaſio ambitiōis ⁊ ſupbie: ⁊ multi etiā

degenerant a ſue nobilitatis oꝛigine. Uide
tur em̄ ipſa nobilitas ad ambitionē honoꝝ
inclinare. Unde phs dicit in ſcdo rheto. ꝙ
nobilitas eſt facere eū qui habet ipaꝫ ama
toꝛē honoꝛis. Et ratio eſt: quia omnes cuꝫ
habent aliquid de aliquo conſueuerunt ac⸗
cumulare ad illud. eſt em̄ naturale ꝙ imper
fectū deſiderat perfici. ideo etiā modicū di⸗
uites volūt fieri ditioꝛes. ⁊ ita honoꝛabiles
amant eſſe honoꝛabilioꝛes. nobilitas ergo
exiſtens quedā honoꝛabilitas pꝛoximoꝛuꝫ
facit ipſos nobiles eſſe amatoꝛes maioꝛuꝫ
honoꝝ. Et ex tali appetitu ſequitur inuidia
ad eos qui ſunt in honoꝛe: ⁊ aliquando in⸗
ſidie ad abijciendū eos: ⁊ aliquando faciūt
ſciſmata ⁊ ſcandala in ciuitatibus vt ipi ho
noꝛes aſſequantur. ſicut fecit catilina rome
pꝛout Saluſtius refert. Itē nobilitas aliqn̄
facit eos ſuperbos ⁊ deſpectiuos qui ſunt ſi
miles pꝛogenitoꝛibus ſuis pꝛout phs dicit
ibidē. Et ratio ē quia dignitas ⁊ nobilitas
ſunt magis honoꝛabilia: ⁊ etiam magis ia
ctabilia longe facta ꝙ̄ pꝛope. Ideo quanto
magis deſcendit generatio: tanto nobilitas
facit ſuperbioꝛes. pꝛopter quod filij nobiliū
ſe reputant melioꝛes patribus ſuis. qꝛ cum
ſit dare initiū quo parentes ſui ceperunt di
tari: ⁊ ipſi ſunt magis longe a paupertate
ꝙ̄ aliqͥs pꝛogenitoꝝ: ideo magis ſe iactant
⁊ ſimiles pꝛogenitoꝛuꝫ deſpiciunt. Unde ⁊
dux calabꝛie dum peteret dominiū terre ſeu
caſtri ſancti geminiani: ⁊ illi de terra offer⸗
rent ei dominium terre pꝛout dederant pꝛo
auo ſuo regi Karolo qui fuit germanꝰ ſan⸗
cti Ludouici regis francoꝝ. Ille reſpondit.
Pꝛoauus meus quando dediſtis illi domi
niū nondū erat rex: ſed tm̄ comes pꝛouin⸗
cie: nec erat pꝛimogenitus regis cui regni
deberetur ſucceſſio. Ego aūt ſum dux ⁊ regꝭ
pꝛimogenitus. ⁊ ideo plus honoꝛis debetis
mihi facere ꝙ̄ illi: nec contentus fuit eoꝛuꝫ
oblatione: ſed magis maius volebat domi
nium habere in eis: quod illi non dederunt.
Itē quia illi ſunt nobiles qui ſunt de genere
digno ⁊ virtuoſo. generoſum autē eſt non
degenerare a naturali oꝛigine ſiue nobilita
te: ideo multi nobiliū efficiuntur degeneres
recedendo a nobilitate ⁊ virtutibus ſuoꝛuꝫ
pꝛogenitoꝝ. ſicut accidit quandoqꝫ aliqui⸗
bus terris ꝙ ex bono frumēto naſcitur ma
lum bladū. Itē dato ꝙ nobilitas poſſit pꝛo⸗
deſſe quantū ad bona aſſequenda vel ma⸗
la euadenda in vita iſta tamen ad bona vl̓
mala alterius vite nihil pꝛodeſt. Quid em̄
pꝛodeſt exiſtenti in inferno ſua vel filioꝛuꝫ
nobilitas: Unde Iob decimoquarto. Siue
nobiles fuerint filij eius ſiue ignobiles: nō
intelliget. Attamen anima eius in ſemetip⸗
ſa lugebit. ¶ Tertio vero oſtendit ꝙ nō
ſit gloꝛiandum de diuitiarum copioſitate:
quia contemptibilia elegit deus. ſcꝫ pauper⸗
tatem ⁊ mendicitatem. vnde frequenter il⸗
li qui ſunt pauperes ſunt iuſti: ⁊ illi qui ſunt
diuites iniqui. Et iō etiā Auguſtinꝰ dicit ꝙ
omnis diues aut iniquus eſt aut heres ini⸗
qui. Ipſa etiam diuitiarum copia inclinat
homines ad diuerſa vicia: pꝛout etiā oſten
dit ipſe Auguſtinus. Sunt enim pꝛimo di
uites contumelioſi ⁊ elati. quia eoipſo ꝙ di
uitias habent videntur eis habere omnia
bona. quia ſcꝫ videntur vulgaribus omnia
eſſe appꝛeciabilia pꝛecio diuitiarū ac ſi om
nia menſurentur numiſmate. ⁊ ideo poſſi⸗
dentes numiſmata credunt ſe omnia poſſi⸗
dere. ⁊ ideo volunt omnes excellere: quod
eſt ſuperbie. Iterum vt excellentes videan⸗
tur inferunt contumelias alijs ⁊ iniuſticias
faciunt. Item diuites ſunt delitioſi ⁊ iacta⸗
bundi. Nam qui multas habent diuitias.
videntur eis eſſe felices: ⁊ ad felicitatē inſi
nuandam multis vtuntur delitijs. Iactabū
di etiam ſunt ⁊ alioꝛum infeſtatoꝛes. quia
ſemper videntur imoꝛari ⁊ inſiſtere circa il⸗
lud quod ipſi admirantur ⁊ amant. ⁊ quia
putāt alios emulari ⁊ amare que ipſi amāt
videndo alios non conſequi talia amata ⁊
admirata vt ipi conſequantur iactant ſe ex
hoc ⁊ alios infeſtāt. ⁊ hoc inſuper auget eo⸗
rum iactantiam: quia vident ꝙ etiam ſapi
entes vt religioſi ⁊ alij litterati viri indi⸗
gent eoꝛum diuitijs: ⁊ opoꝛtet ꝙ recurrant
ad eos pꝛo elemoſynis vel mutuis. Unde
Symonides poeta refert ꝙ vxoꝛ Heronis
interrogata vtrum melius eſſet fieri diuitē
vel ſapientem: reſpondit ꝙ melius eſt fieri
diuitem: quia cōtingit videre ſapientes fre
quentare ad ianuas diuitum. Sunt etiam
diuites ſuperbi ⁊ ambitioſi. quia reputāt ſe
dignos pꝛincipari ⁊ habere illa quoꝛū gra⸗
tia dignum eſt pꝛincipari. Et breuiter con
cludendo: moꝛes diuitis ſunt moꝛes felicis
ſꝫ inſenſati. Et quia diuitie ſunt oꝛgana ad
felicitatem: ⁊ oꝛganum ſemper indiget dire
ctione: ⁊ dirigere eſt habentis pꝛudentiam.
Diues ergo non virtuoſus eſt felix. quia ha
bet illud in quo aliquo modo reſeruatur fe⸗

licitas: eſt tamen inſenſatus quia nō habet
intellectum ꝛ prudentiā: que directiua ſūt
talis felicitatis. Pauperes ergo contempti
biles ſunt mūdo. Eccl's.ix. Sapientia pau
peris contempta eſt. ſunt tamen honorabi-
les deo magis ꝙ diuites: quia iſti carēt ſpi
ritualibus diuitijs: quib' pleruꝗ pauperes
abundant. Unde Jacobi.ij. None deus ele
git pauperes in hoc mundo diuites in fide
ꝛ heredes regni: quod promiſit deus diligē
tibus ſe. Quarto oſtenditur in auctori
tate adducta ꝙ nō eſt gloriandū in opini-
onis ſiue fame claritate. quia deus elegit ea
que nō ſunt. ſ. in fama vel nomine apud mū
danos vt deſtruat ea que ſunt ſalſ in fama
id eſt vt deſtruenda ꝛ ānihilanda eſſe oſtē
dat. Unde apoſtolus Roma.iiij. Uocauit
ſcꝫ deus ad iudicium ſuum: ea que nō ſunt
in nomine apud mundū: tanꝗ ea que ſūt
ſcꝫ famoſa apud mundanos: ꝛ tunc opera
iuſtorum que apud mundanos non fuerūt
in precio condemnabūtur vel deſtruentur.
Quinto oſtenditur ꝙ non eſt glorian
dum de corporis ſpecioſitate: cū dicitur. vt
non glorietur omnis caro in conſpectu ei'.
Licet enim mulieres pulchre in conſpectu
hominū carnalium appareant glorioſe: ta-
men in conſpectu dei apparēt plurimū igno
minioſe. Et ratio eſt: quia homines vident
ſolum ea que foris patent: deus autem in-
tuetur cor: ſed pleruꝗ qui habent corp' pul
chrum habēt cor peccatis fedum. ꝛ ideo ho
minibus nitent ꝛ deo diſplicent. Unde ſunt
ſimiles ſepulchris dealbatis que d'foris ap
parent hominibus ſpecioſa ꝛ intus plena
ſunt ſpurcitijs. i. Macha.ij. Glorie eius. ſ.
qui gloriatur de pulchritudine carnis ſter-
cus ꝛ vermis eſt. Stercus ꝙtum ad illud
quod in corpore continetur. vermis ꝙtum
ad illud in quod corpus reſoluitur. ꝛ ſubdi-
tur. Hodie extollitur ꝛ cras non inuenietur:
quia conuerſus eſt in terram ſuā ꝛ cogita-
tio eius periet. F

Secūdo dſcribitur in
themate aſſumpto vanitas glorie carnalis
ex corruptibilitate naturali. quia caro cor-
ruptibilis eſt vt fenū. Ubi nota ꝙ huma-
na caro ſiue homo carnalis aſſimilatur fe-
no triplici ratione. Primo propter mutabi
litatem nature. Nam ſicut dicit gloſa ſuper
illud Eſa.xl. Omnis caro fenum. Fenū na-
ſcendo habet virorem: creſcendo decorem:
ꝛ vltimo habet florem: ſed tandem deſicca
tum ſolis ardore redigitur in puluerē. Itē
fenum preciſum ꝛ ſiccum nutrimento eſt a
nimalium deputatum. ps. Producens fe-
nū iumentis. Sic etiam humana caro na
ſcendo habet virorem vite. ps. Cum exorti
fuerint peccatores ſicut fenū. Et dicit pec-
catores: quia omnes naſcimur infecti pec-
cato. Sꝫ creſcēdo habet humana caro ſiue
corpus decorem forme: ꝛ poſt augmentū
etiam aliquando habet florem fortune ꝛ tē
poralis glorie. ps. Florebunt de ciuitate ſi-
cut fenum terre. ſed poſt hoc fenum ſolis ar
dore ſiccatur. id eſt feruenti infirmitate vel
tribulatione exinanitur: ꝛ in puluerem p mor
tem redigitur. Eſa.xl. Exiccatum eſt fenū
ꝛ cecidit. Item hoc fenum ſcꝫ corpus huma
nū per mortem preciſum ꝛ per totalem tri-
bulationem preſentis vite ſiccatum: ſicut
quando eſt in ſepulchro clauſum vel huma
tum: efficitur nutrimentum animalium. id
eſt eſca vermiū. ps. Comedit omne fenum
terre eorū. Unde verſus dicit. Poſt homi-
nem vermis: poſt vermen fetor ꝛ horror.
Sic in non hominē vertitur omnis homo.
Unde Bernardus dicit ſuper can. Cur car
nem tuā precioſis rebus impinguas ꝛ ad
ornas: quā poſt paucos dies vermes deuo
raturi ſunt in ſepulchro. ꝛ animam tuā bo
nis operibus non adornas: que etiam deo
ꝛ angelis preſentāda eſt in iudicio. Cur er
go animam tuam vilipendis ꝛ ei carnē pre
ponis: dominā ancillari: ꝛ ancillam domi-
nari magna abuſio eſt. Secundo caro vel
homo carnalis aſſimilatur feno propter va
rietatem fortune. Nam fenū ꝙdiu viret et
frondet mōtes ꝛ prata veſtit ꝛ ornat: ꝛ ſua
venuſtate intuentium oculos reficit ꝛ dele
ctat: ſed feruente ſole humiditas eius con-
ſumitur: ꝛ herba que ridere videbatur a ſua
gloria totaliter ſpoliatur. ꝛ pabulum ignis
efficitur. Sic fortuna hominis viret quan-
do eſt cū corporis incolumitate ꝛ venuſta
te. Frondet quando eſt cum diuitiarū vber
tate vel quando eſt cum conſanguineorum
ſeu amicorum circunſtantium pluralitate.
Sed tunc montes veſtit quando eſt cū ho-
norum ꝛ dignitatum ſublimitate. Tunc au
tem veſtit prata quando eſt cum fame di-
latatione ꝛ claritate. Talē ergo fortune ve-
nuſtatem vniuerſorum oculi cum admira-
tione intuētur: in eis intuitu amici reficium
tur ꝛ delectantur: ſed feruente ſole. id eſt for

ſti perſecutione deiiciente vel aduerſitate de
primente vel veniente infirmitate conſu-
mēte: humiditas eius. id eſt nature vel for
tune vigor conſumitur ⁊ ſua gloria per pri-
uationem honoris vel per ruinam mortis
totaliter ſpoliatur: pabulum ignis. id eſt fu
roris perſequentis vel gehenne infernalis
aliquando efficitur. Unde Jacobi pͥmo. Ex
ortus eſt ſol cum ardore ⁊ areſcit fenum: et
flos eius decidit: ⁊ decor vultus eius depe
riit. Tertio caro aſſimilatur feno propter
inflāmabilitatē concupiſcentie. quia ſicut
periculoſū eſt feno vel ſtupe eſſe iuxta ignē
ita viro eſſe ⁊ conuerſari iuxta mulierem.
Bernardus. Cum muliere ſemper eſſe ⁊ eā
non cognoſcere maius eſt ꝙ̄ mortuos ſuſci
tare. Et ſi qꝺ̄ minus eſt non potes quomo-
do quod maius eſt credam? Apocalip. viij.
Omne fenum viride combuſtum eſt. id eſt
omnis voluptas carnis igne concupiſcen-
tie inflāmata. B

## Tertio in ꝑpoſito the-

mate deſcribitur vanitas carnalis glorie ex
proſperitate inſtabili. quia omnis gloria e-
ius ſcilicet carnalis vite quaſi flos feni. vt
flos ergo feni eſt proſperitas vite carna-
lis de qua non eſt gloriandū. Nam flores
in auſtro vento diſſoluuntur. auſter autem
calidus ſignat infirmitatis feruorem: que
incolumitatem ⁊ proſperitatem carnalis vi
te reſoluit: ⁊ gloriam eius retūdit. Job. xiiij
Quaſi flos egreditur ⁊ conteritur. Flores
enim dum humore modico nutriunt: ſubi-
to ſolis incendio deſiccantur: ⁊ omnis eorū
pulchritudo deperditur conteritur ⁊ dele-
tur. ⁊ ſimile accidit de corporibꝰ humanis.
Item flores in vento boreali diuelluntur.
ventus autē boreas aſper ⁊ fortis: ē mors
per quā carnalis vita diuellitur. Item flo-
res dicūtur quaſi fluores: quia cito defluūt
⁊ ad materiam primam redeunt. Sic ho-
minū vita cito defluit: ⁊ per mortem huma
nū corpus in propriam materiā. id eſt in
terram rediit. pſ. Hō ſicut fenum: dies eiꝰ
tanꝙ̄ flos agri ſic efflorebit: quoniam ſpiri
tus pertrāſibit. ⁊c. Ergo non eſt gloriandū
in carne: ſed in ſpiritu. id eſt in ſpirituali te
ſtimonio bone conſcientie. ſm̄ illud ſecūde
ad Corinthios pͥmo. Gloria noſtra hec eſt
teſtimoniū conſcientie noſtre. quo ſcilicet
ſecuri perueniemus ad gloriam beatitudi-
nis eterne. Ad quā ⁊c.

## In funere vnius ſancte mulieris. Sermo XXXVI

Facta ſum coram eo
quaſi pacē reperiens. Cāti. viij.
Homo vel mulier in vita iſta nō
poteſt reperire pacem. Et ratio eſt: quia ꝙ̄-
diu homo appetit aliquid ⁊ deſiderat nō eſt
in pace donec habeat illud. ⁊ ideo nullus in
hoc mundo eſt in plena pace: quia ſi habet
vnum deſiderat aliud. Sed quando homo
nihil appetit qꝺ̄ non habeat ⁊ habebit oīa
appetibilia tunc erit in pace. ſed hoc erit in
futuro quando omne quod deſiderari po-
teſt habebitur: ⁊ inuenietur in deo qui ē ip
ſa beatitudo. Unde Boetius dicit ꝙ beati-
tudo eſt ſtatus omniū bonorū aggregatio
ne perfectus. Et ideo quando aliqua ſancta
mulier tranſit ex hoc mundo ⁊ vadit ad vi-
tam eternam: vere poteſt dicere verbū pro
poſitum. Facta ſum coram eo ⁊c. In ꝗ
bus quidem verbis oſtendit ſe poſt morte
mulier ſancta tria bona eſſe aſſecutā.

Primo quidem firmam ſtabilitatē in eo
ꝙ dicit. facta ſum.

Secundo honorificam ſublimitatē: quia
coram eo.

Tertio quietam tranquillitatem: quia pa
cem reperiens.

## Circa primū aduerten

dum eſt ꝙ ad oſtendendam ſui ſtatus im-
mutabilitatem ⁊ perfectam ſtabilitatem: di
cit facta ſum. Illud enī quod factum eſt iā
non eſt in fieri: quia quod factum eſt iā q̇e
ſcit in ſuo eſſe. quod autem eſt in fieri eſt in
motu quouſqꝫ perficiatur: quia ſm̄ philoſo
phum motus eſt actus imperfecti. In omī
enim re que mouetur ad hoc eſt motꝰ eius
vt ipſa perficiatur ⁊ ſuam perfectionem aſ
ſequatur. Unde quia anima noſtra nondum
habet ſuam perfectionē: ideo tota vita no
ſtra que ab anima eſt. eſt motui ⁊ varietati
ſubiecta. Juxta illud Job. xiiij. Homo natꝰ
ꝺ muliere bre. vi. tem. re. mul. mi. ⁊ poſt. Fu
git velut vmbra ⁊c. Unde auguſtinꝰ. Feci-
ſti nos dn̄e ad te: ⁊ inquietum eſt cor noſtrū
donec requieſcat in te. Uniuerſaliter autē
in quāta varietate ⁊ mutabilitate ſit homo
in vita iſta: oſtendunt nobis tria. ſ. tempus
corpus: ⁊ opus. Tempus quidem quia di-
uerſimode variatur. ſ. ex vere in eſtatem: ex
eſtate in autūnū: ⁊ ex autūno in hyemē: ⁊

et hyeme in ver: ⁊ nūc facit nubilum nunc
ſerenū. Item corpus noſtrum continue va
riatur ⁊ mutatur. ſiue ſm alteratione de ſa
nitate ad infirmitatē ſiue ſm augmentum
⁊ diminutionē in iuuentute creſcens. in ſe=
nectute decreſcens. diminutionē.ſ.patiens
in ſubſtantia ⁊ virtute. Item eſt in homine
varietas operum ex mutabilitate volunta
tis:quia ſicut volūtas diuerſificatur ⁊ in di
uerſa mouetur:ſic⁊ opa noſtra diuerſa ſūt
vt pote procedentia ex ipa voluntate mobi
li ⁊ imperfecta. vnde modo eligit vnū mo=
do aliud. Et ſic mens ⁊ voluntas eius in di
uerſa rapitur ⁊ inclinatur ⁊ diuerſimode va
riatur. Et totum hoc eſt quia nondum eſt ꝑ
fecta ⁊ in ſua perfectione completa. Unde
ſolum beata anima que vltimo fini eſt con=
iuncta poteſt dicere perfecta ſum. Sed con
iunctio anime ad vltimū finem qui deus ē
fit in viſione diuine eſſentie: ⁊ tunc anima
ab omni mutabilitate exempta eſt in perfe=
cta ⁊ ſtabili ſalute. Unde tunc poteſt dicere
illud Geneſ.xxxij. Uidi dominū facie ad fa
ciem:⁊ ſalua facta eſt anima mea. In qui
bus quidem verbis de ſtatu eterne beatitu
dinis ad quam anima ſancta poſt mortem
peruenit deſcribūtur duo. Primū eſt bea=
titudinis eſſentia. quia beatitudo eſſentia=
liter conſiſtit in viſione diuine eſſentie: que
dicitur viſio faciei.⁊ de hoc dicit. vidi domi
nuꝫ facie ad faciem. Ibi eniꝫ facies dei que
eſt diuina eſſentia vnitur faciei anime.id ē
menti vt ſcꝫ dei facies. id eſt ipa dei eēntia
ab humana facie.id eſt mente non per ſpe=
culum ⁊ in enigmate:ſed per ſeipam videa=
tur ⁊ non per aliquā ſimilitudineꝫ ſui. ſicut
nunc res corporalis ab oculo non per ſuaꝫ
ſubſtantiam ſed per ſuam ſimilitudinem vi
detur ⁊ lapis etiam non eſt in anima ſꝫ ſpe=
cies lapidis vt dicit philoſophus per quam
ſcꝫ ſpeciem ipe lapis itelligitur. Unde apo=
ſtolus.i.Corinth.xiij. Uidemus nūc ꝑ ſpe=
culum ⁊ in enigmate: tunc aūt facie ad faci
em. Sed nota ꝙ iſtam viſionem beatā de=
bet precedere perfectiſſima puritas ⁊ cōſe=
quitur eam letiſſima iocunditas. Nam etiā
res corporalis ꝙtūcunqꝫ ſit lucida:tāto cla
rius videtur ab oculo ꝙto magis eſt mun=
dus ⁊ purgatus: ⁊ ſic ꝙto mens hominis
magis purgata hinc exierit: tanto ibi ipſuꝫ
deuꝫ limpidius videbit. Propterea dicitur
Matthei.v. Beati mundo corde quoniam
ipſi deum videbunt. Et non ait mundo cor=
pore:ſed corde.quia non valet mūdicia cor
poris abſqꝫ mundicia mentis. Unde Mat
thei.xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypo=
crite qui mūdatis quod deforis eſt calicis
⁊ ꝑapſidis:intꝰ autem pleni eſtis rapina ⁊
imundicia. Ergo illi qui exeunt hinc cū cor
de imundo ⁊ ſordibus peccatoꝝ pleno non
videbunt deum: ſed diabolum qui ſpiritus
immūdus eſt.⁊ tunc accidet eis quod dicit
Sapientie.v. Uidentes turbabunt timore
horribili. ſicut videndo lupum ouis tota ꝑ=
turbatur.⁊ tremit. ſed adhuc ipam viſionē
diuine faciei conſequetur gaudioſa leticia ſi
cut viſio dilectiſſimi amici diu deſiderata le
tificat. Job.xxxiij. Uidebit faciem eius i iu=
bilo ⁊ iuſticiam reddet ei.id eſt premiuꝫ iu=
ſtorum operum merito tanto. vbi faciem
dei videbit in maiori iubilo. Secūdo oſtē
ditur in auctoritate adducta beatitudinis
efficacia in perfecta anime ſalute, quia ſal=
ua facta eſt anima mea. Felicitas vite pre=
ſentis non animaꝫ ſaluat ſed perdit. Unde
Mar.viij. Quid proderit homini ſi lucret
mundum totum ⁊ detrimentum anime ſue
faciat? Quādo in corpore abundant humo
res mali ⁊ deficiūt boni eſt ſignum mortis.
Sed quando econtrario abundant humo=
res boni ⁊ deficiunt mali eſt ſignum ſalutis
Sic quando homo abundat in bonis tem=
poralibus ⁊ deficit in ſpiritualibus: eſt ſi=
gnum perditionis anime. Sed quādo ecō=
trario abundat in virtutibus ⁊ bonis ſpiri
tualibus licet deficiat in temporalibus: eſt
ſignuꝫ ſalutis:⁊ ꝙ deus tali anime aſſiſtat
vt eam ſaluam faciat. quia ex quo habꝫ vir
tutes que ſunt arma ſpiritualia:poteſt ſe de
fendere ab hoſtibus anime. Et ideo prophe
ta dicebat in ps. Qui ſcilꝫ deus aſtitit a de=
xtris pauperis vt ſaluā faceret a perſe.ani=
me. Quando enim dominus dat alicui pec
catori abundantiaꝫ temporalem qui tamē
de ſpiritualibus virtutibus eſt oīno ſpolia=
tus:dicitur ei aſſiſtere a ſiniſtris:quia in ſi=
niſtra illius diuitie ⁊ gloria ſcilicꝫ tempora
lis. vt dicitur Prouer.iij. Sed quando pau
peri in temporalibus dat diuitias ſpiritua=
les gratie ſue ⁊ virtutum:tunc dicitur ei aſ=
ſiſtere a dextris.⁊ hoc ſignum eſt ꝙ vult de
fendere ⁊ ſaluare a perſequentibus animā
ſuaꝫ. ps. A dextris eſt mihi dominus ne cō
mouear. B

## Secundo in themate

aſſumpto oſtendit anima ſancte mulieris ſe aſſecutā eſſe poſt mortē honorificā ſublimitatem ſue dignitatē in eo qđ dicit, coraʒ eo. Si enī magni honoris ⁊ dignitatis reputetur a mūdanis hominibus aſſiſtere coram imperatore vel regi: q̄to maioris eſt aſſiſtere regi regum ⁊ dn̄o dominantiū. Figura huius habetur .iij. Regū .x. in ſalomone cui dixit regina ſaba. Beati ſerui tui qui ſtant coraʒ te ſemꝑ. vnde multo magis hoc poteſt dici deo. Et ſcḋm hoc in his ṽbis poſſumus notare tria pertinentia ad beatoruʒ dignitatem.

Primo felicitatis ſtatū: qꝛ beati.

Secundo humilitatis meritum: quia ſerui tui.

Tertio dignitatis premiū, quia ſtant corā te ſemper.

Circa primū notandum ꝙ illi dicūtur beati qui ſunt in ſtatu felicitatis eterne. Si inueniretur vna maxima dom⁹ in qua eſſet omne pulchrum: omne delectabile: ⁊ omne bonū qđ homo poſſet appetere ⁊ nihil contrariū: certe beatum ſe reputaret qui mereretur eſſe illius habitator, qꝛ beatus eſt qui habʒ quicq̄d vult ⁊ nihil mali vult, dicit Auguſtinus: ſed talis eſt dom⁹ dei, de qua dominꝰ dixit Iohā. xiiij. In domo patris mei manſiones multe ſunt. i. diuerſi beatitudīs grad⁹, qꝛ gloria ⁊ diuitie in domo eius, gloria enī tanta eſt ꝙ excludit omnē miſeriam ⁊ triſticiam: diuitie tante ſunt ꝙ excludunt omnē inopiaʒ. ⁊ ideo bene dicit in p̄s. Beati qui habitant in domo tua dn̄e in ſecula ſeculorum laudabūt te. Secūdo in auctoritate adducta nota humilitatis meritum. qꝛ ſerui tui ſcʒ dei. Illi enī ſunt veri ſerui dei q̄ ſtudent ei debite ſeruire. Tales enim ſunt q̄ ſeruiūt ei cum hilaritate: cum puritate: cum humilitate: cum ſinceritate: ⁊ cum continuitate. Primo dico cum hilaritate, vt ſcʒ oſtēdatur non coacte ſed voluntarie ſeruire, q̄a deus non vult coacta. Dicit autem ph̄us in magnis moralibus. Si triſtatur aliq̄s bona operari coactus operatur qui autem ex coactione operatur: nō eſt virtuoſus. ⁊ propterea in p̄s. dicitur. Seruite dn̄o in leticia Item debet ſeruire cum puritate, quia ſcilʒ mūdus dn̄s mūdos vult habere miniſtros p̄s. Ambulās in via īmaculata hic mihi miniſtrabit. Itē cum humilitate, que ſcʒ ſubijciat hominem diuine voluntati ⁊ eius mandatis. ⁊ quia hoc iuſtum ē. ſcḋm illud .ij. Machabe. ix. Iuſtum eſt ſubdituʒ eſſe deo. ideo humilitas iuſticia vocatur. Unde ſuꝑ illud Matthei .iij. Decet nos implere omnē iuſticiam. dicit glo. id eſt omnē humilitatē. Itē debet ſeruire cum intentionis ſinceritate. ſ. vt ip̄e deo placeat ⁊ nō mundo, ſicut ſeruus qui operatur coraʒ dn̄o opatur ſicut credit ei magis placere. Item debet ſeruire cū cōtinuitate perſeuerantie, vt nō ſit ſicut ſeru⁹ fugitiuus aliquādo recedens a ſeruitio dn̄i ſui. Et de omnibus iſtis dicitur Luce p̄mo Seruiam⁹ illi. in quo notatur hilaritas: in ſanctitate in quo puritas: ⁊ iuſticia in quo humilitas: coram ip̄o in quo intentiōis ſinceritas: omnibus diebus vite noſtre in quo perſeuerātie ꝯtinuitas. Tertio notatur in auctoritate adducta dignitatis premiū. q̄a ſtant coram te ſemper. Ubi nota premij firmitatem, quia ſtant nō cadunt: īmo nunq̄ cadere poſſunt ab illius beatitudinis ſtatu Unde dicitur de beatis Apocalip. vij. Uidi turbam magnā quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gētibus ⁊ tribubus ⁊ populis ⁊ linguis: ſtantes ante thronū in conſpectu agni amicti ſtolis albis ⁊c. Secundo nota premij claritatem quia coram te. ſ. dn̄o. p̄s. Placeam coram dn̄o in lumine viuentiū. Res pulchra tunc placet quando videtur in lumine, beati auteʒ pulcherrimi erunt ⁊ in lumine erunt. ⁊ ideo placebūt. p̄s. Placebo domino in regione viuoruʒ. Item nota premij eternitatem quia ſemper, ſemper enim faciem dei videbunt: ex qua viſione ſemper ſimul cum angelis beati erunt. De quibus dicitur Matthei. xviij. Angeli eorū in celis ſemper vident faciem patris mei ⁊c.

Tertio in themate aſſumpto oſtendit ſe aīa ſancte mulieris poſt mortē corꝑis eſſe aſſecutā quietā tranquillitatē, cū dicit. quaſi paceʒ reperiēs. Ex quo enī quelibet res ꝑuenit ad finē intentū non mouet amplius ſed quieſcit. Unđ aīa poſt mortē corporalē creatori ſuo ꝯiuncta: in eo tanq̄ in vltimo fine oē ei⁹ deſideriū requieſcit: et tunc poteſt anima ſancta dicere deo illud Prouer. vij. Deſiderans te videre reperi. in eo enī reperit pacē perfectā. p̄s. In pace in idipſuʒ dormiā ⁊ requieſcā. Sʒ notandū ꝙ ad illaʒ perfectā pacem ꝑuenitur poſt laboreʒ bonoꝝ operū. Unde Rom. ij. Gloria honor ⁊ pax omni operanti bonuʒ.

In quibus quidē verbis merces que reddi
tur laborantibus ⁊ bene operantibus com⸗
mendatur ex quatuor. Primo ex claritate:
qꝛ glorioſa. Nam ſm Ambroſiuꝫ dꝛ gloria
quaſi clara cū laude noticia. Videm⁹ em̄ ꝙ
quādo aliquis laudat̄ de ſubtilibus operi⸗
bus corā magnis ⁊ pluribus ſolet inde glo
riari. Certe illi ita q̄ intendunt bonis operi
bus cōmendabūtur coram magnis. ſ. corā
deo ⁊ angelis ⁊ coraꝫ tota celeſti curia. Sa
pientie. iij. Bonoꝝ laborum glorioſus ē fru
ctus. maxime qn̄ perſeuerauit in bono ope.
Job. xxxvi. Cōplebūt dies ſuos in bono: et
annos ſuos in gloria. Secūdo cōmendat̄
ex dignitate: qꝛ honor. Nota quādo vir⁹ bo
nus artifex ⁊ famoſus venit ad aliquā ma⸗
gnam curiā ſolet honorari: ⁊ nō ſuſtinet̄ ꝙ
ſedeat in terra. Sic qui erit famoſus in bo⸗
nis operibus q̄ ſunt nobilia opera: honora
bitur in curia paradiſi cum beatis angelis:
nō ſicut illi qui fecerūt opera mala peccato⸗
rum. Eccl'i. xiiij. Omne opus corruptibile
in fine deficiet: ⁊ qui operatur illud ibit cuꝫ
illo. Et omne opus electum iuſtificabitur. ⁊
qui operatur illud honorabitur in illo. p̄s.
Gloria ⁊ honore coronaſti eum dn̄e. Ter⸗
tio cōmendatur ex tranquillitate: quia pax
Ibi enim erit omnis modus pacis: quia a
ſupiori: ⁊ ab inferiori ⁊ ab interiori ⁊ ab ex
teriori. A ſuperiori. id eſt a deo. Eſa. ix. Pa
ter futuri ſeculi princeps pacis. ſub tali em̄
patre ⁊ principe nō poterit perturbatio ac⸗
cidere. Iteꝫ ab inferiori. id eſt a mundo. qꝛ
omnis mundus ⁊ omnis creatura mundi
erit eis ſubiecta ad leticiam ⁊ delectationeꝫ
p̄s. Delectabunt̄ in multitudine pacis. Itē
ab interiori. quia ſcꝫ impletum erit om̄e aīe
deſideriū. ⁊ q̄ꝫtum ad intellectuꝫ ſicut eſt de
ſiderium ſciendi: ⁊ q̄tum ad appetitum ſi⸗
cut deſideriuꝫ habendi. Philip. iiij. Pax dei
que exuperat omnem ſenſum cuſtodiat cor
da veſtra ⁊ intelligentias veſtras ⁊c. Item
ab exteriori. quia erunt adinuicem ⁊ cū an⸗
gelis dei in magna cōcordia: nec ab impijs
vel demonibus poterunt moleſtari. Unde
Eſa. xxxij. Sedebit populus me⁹ in pulchri
tudine pacis: in tabernaculis fiducie: et in
requie opulenta. Quarto deſcribitur a cō⸗
gruitate. quia omni operāti bonū. Hoc em̄
congruū eſt ⁊ iuſtum vt bene operanti red
datur premiū ſuum. nam merces non ocio
ſis ſed operantibus debetur. ⁊ ideo qui ope
rari noluerit mendicabit in alia vita. Pro⸗
uerbioꝝ. xx. Noluerunt manus eius opera
ri: mendicabit ergo eſtate: in alia ſcꝫ vita et
nō dabitur ei. ſed alij remunerabunt̄ ⁊ gau
debunt quia ſeruierunt deo de ſuo officio.
Unde Prouer. xiij. Anima operātis impin
guabitur. ſcꝫ gratia in p̄ſenti ⁊ gloria in fu
turo. Ad quā nos ꝑducat ⁊c.

In funere vnius pauperis mendici.
Sermo XXXVII

# Factū eſt vt morere

tur mendicus: ⁊ portaret̄ ab an⸗
gelis in ſinū abrahe. Luce. xvi.
Plerūqꝫ accidit ꝙ ea que ſunt apud mūdū
vilia ⁊ deſpecta ſunt apud deum ⁊ angelos
ſuos honorabilia ⁊ accepta. Cuius figura
habetur Exodi. viij. de ouib⁹ quas egyptij
abominabantur. ⁊ ideo dixerunt filij iſrael.
Abominationes egyptioꝝ īmolabim⁹ dn̄o
deo noſtro. Sic accidit etiaꝫ de pauperib⁹
qui a diuitibus mundi deſpiciuntur. Eccl'i.
xiij. Execratio diuitis pauper. ſed a deo ple
rūqꝫ ⁊ angelis honorantur. ſicut accidit de
lazaro mendico ⁊ paupere. de quo ad litte⸗
ram dictum eſt verbum propoſitum. ſꝫ trāſ
ferri poteſt ad quēcunqꝫ morientem bonū
pauperem ⁊ mendicum. Nam ille lazarus
a diuite epulone ⁊ ſuis familiaribus fuit de
ſpectus ⁊ derelict⁹. quia cupiebat ſatiari de
micis que cadebant de menſa diuitis et ne
mo ⁊c. et tamen poſtea mortuus fuit ab an
gelis dei honoratus ⁊ aſſumptus. quod for
te impletum eſt etiam de iſto paupere. Fa⸗
ctum eſt inquit vt ⁊c. In quibus qui⸗
dem v̄bis deſcribūtur tria de ip̄o.

Et primū eſt eius humilis cōditio.

Secūduꝫ eſt eius vtilis reſolutio. qꝛ factū
eſt vt moreretur.

Tertiū eſt eius honorabilis remuneratio
quia portaret̄ ab angelis.

Circa primū aduerten
da eſt differentia inter pauperē ⁊ mendicū
quia mendicus dicitur a mene quod eſt de
fectus ⁊ dico dicis. vnd̄ mendicus quaſi de
fectum ſuū dicens. ſcꝫ elemoſynas queren⸗
do. ⁊ ideo qui elemoſynas querunt dicūtur
mendicantes. pauper autem dicitur quaſi
parum habens de ere. Poteſt ergo eſſe ali⸗
quis mendicus ⁊ non pauper ſicut qui que
rit elemoſynam ⁊ non habet indigentiam.
⁊ iſte talis peccat. Primo quidem: quia fin
git paupertateꝫ quā nō habet. ⁊ ita eſt men

dax ⁊ hypocrita. Item quia non mendicat
ex neceſſitate ſed ex cupiditate et auaritia.
Item eſt vt fur: quia contractat quaſi rem
alienam inuito dño. Nam licet iſte qui dat
elemoſynam voluntarie det: tamē credit da
re pauperi. ⁊ ſi ſciret eum eſſe talem qualis
eſt. ſcꝫ nō indigentem nō vellet dare ei: nec
vellet eum habere. ſ. quia voluit ⁊ credidit
dare pauperi. nō tamen debet ſic recepta ꝓ
pterea illi q̄ dedit reſtitui: ſed veris indigē
tibus ⁊ pauperibus exhiberi. Aliquis natu
ra quādoqꝫ eſt pauper ſed non mendicus.
ſicut ille qui licet indigeat victum ſuū acqui
rere: mendicare tamen erubeſcens. vel pro
prijs manibus laborando vel diuitibus ſer
uiendo: licito ⁊ honeſto modo acquirit vel
lucratur neceſſarium ſibi victum. ⁊ talis im
plet preceptum domini dicentis. In ſudore
vultus tui veſceris pane tuo. Aliqui vero
vtrūqꝫ habent. ſcꝫ paupertatem ⁊ mendici
tatem. ſicut quidam religioſi qui ſunt volū-
tarie pauperes ⁊ neceſſario mendicantes.
Et quidam etiam ſunt ex neceſſitate paupe
res ⁊ mendicantes. Et ex perſona cuiuſlibꝫ
talis pauperis dicitur in ps. Ego aūt men-
dicus ſum: ⁊ pauper: ⁊ domin⁹ ſollicit⁹ eſt
mei. In quibus quidem verbis tria debe-
mus cōſiderare.

¶ Primo quidem effectum humane indigē
tie: que ſcꝫ facit ⁊ cogit hominem mendica
re. ⁊ ideo p̄io dicit ego autē mendicus ſuꝫ.

¶ Secūdo defectum temporalis ſubſtantie.
qꝛ pauper ſum.

¶ Tertio ꝓſpectum diuine prouidentie: q̄a
dñs ſol. eſt mei.

¶ Circa primū notandum eſt ꝙ aliqui. ſunt
qui mendicant ex cupiditate. ſ. diuitias ha
bendi. ⁊ talis mendicitas illicita eſt oībus
ſed magis eſſꝫ deteſtabilis in religioſis. Et
ideo dicit Auguſtin⁹ in libro de operib⁹ mo
nachorūꝫ. Multos hypocritas ſub habitu
monachorūꝫ vſqueq̄ deſperſit calidiſſim⁹
hoſtis circūeuntes prouīcias. ⁊ poſtea ſub-
dit. Omnes petunt omnes exigunt aut ſū-
ptus luctuoſe egeſtatis aut ſimulate preciū
ſanctitatis. Quidā vero mendicant ex ocio
ſitate. ſ. vt ocioſe viuant. Contra quos dicit
apoſtolus. i. Teſſal. iiij. Operemini mani-
bus veſtris ſicut precepim⁹ vobis. vbi glo
ſa. opus eſt agendum ⁊ non ociandūꝫ. Vn-
de piger qui efficitur mendicus ex eo ꝙ ſuo
tempore noluit laborare q̄tum ex ſe nō me
retur elemoſynam accipere. ⁊ ideo. d᷑ Pro-
eſt timendū. Propterea dicitur Prouerb.
xxiiij. Uir ſapiens fortis eſt: ⁊ vir doctꝰ ro=
buſtus: ⁊ validus. ¶ In quibus quide͂ ver=
bis tangitur triplex virtus hoīs ſapientis.
¶ Nā primo quide͂ vir ſapiens habet virtu
te͂ cōte͂nendi ꝓſpera. ⁊ ideo dicit ꝙ fortꝭ eſt.
Et ratio eſt: quia ſapientia illuminans in=
tellectū facit virtutes ⁊ bona ſpiritualia ap
parere amabilia ⁊ appetibilia: ſed volupta=
tes ⁊ proſpera huius mundi facit apparere
conte͂ptibilia ⁊ mortifera. Et ideo facit ani
mū forte͂ ad contemnendū ea. Quādiu enī
ferrū manet frigidū eſt forte ⁊ nō poteſt fa
ciliter plicari: ſed qn̄ iu igne caleſcit emolli=
tur ⁊ plicaꝛ. ⁊ ſaxū quia durū ⁊ forte eſt nō
emollitur aqua. Sic ꝙdiu cor non incale=
ſcit igne auaricie eſt forte ad contemne͂duꝫ
terrena. Animus etiā quando facit ſapere
ſpiritualia facit deſpicere carnalia. quia gu=
ſtato ſpiritu deſipit omnis caro. ⁊ faciendo
etiā percipere eterna facit contemnere tem
poralia: quia vileſcunt temporalia cū conſi=
derantur eterna. Et ita facit animū fortem
ad contemnendū talia. Job.ix. Si ſapiens
corde eſt ⁊ fortis robore. Sapie͂s ad diſcer
nendū noxia: ⁊ fortis ad contemnendū ea.
quia frequenter appetitꝰ ad talia vehemen
tiſſime iuclinaꝛ. quia ſicut dicit Auguſtinꝰ
Aliquando etiā ſi noceat prodeſſe creditur
qd̄ delectat. ⁊ ideo requiritur fortitudo ani=
mi ad vince͂dū tale͂ appetitū.ſ. delectationū
carnis vel mundi ¶ Secundo vero vir ſa=
piens oſtenditur habere virtute͂ tolerandi
aduerſa. cū dicitur vir doctus.ſ.a dn̄o robu
ſtus eſt.ſ.ad tolerandū aduerſa. Et bene di
cit doctus patienter. Uerbo quide͂ cū dixit
Matthei.v. Beati q̄ ꝑſecutione͂ patiuntur
ꝓpṫ iuſticiā: qm̄ ipoꝝ ⁊c̄. Exemplo vero cū
dixit Joh̄.xv. Non eſt ſeruꝰ maior dn̄o ſuo.
ſi me perſecuti ſunt ⁊ vos perſequentur. ps̄.
Qui docet meas ad preliū ⁊ digitos meos
ad bellū. ſic ille q̄ docet aſcremire. hoc bellū
per patientiā ⁊ bona opera vincitur. Et ideo
ſicut dicit Auguſtinus. Perfectio chriſtia=
niſtatis eſt bona facere ⁊ mala pati. ⁊ talis
eſt fortitudo ⁊ robur quo peuenimus ad vi
tam eternā. In cuius figurā dixit Moyſes
Joſue: Deuṫ.xxxi. Confortare ⁊ eſto robu=
ſtus. Tu em̄ introduces populū iſtū in ter=
rā quā daturuꝫ ſe patribus eoꝝ iurauit do=
minus. que terra vitā eternam figurabat.
Robuſtius aūt pugnat miles qui expectat
de victoria ditari. ſic debet homo robuſtius
contra aduerſa pugnare per patientiam vt
acquirat eternas diuitias. Un̄ Prouer.xi.
Robuſti habebunt diuitias. Robuſti ſcꝫ in
virtutibus habebūt in futuro diuitias eter
nas que ſole vere diuites faciunt. Prouer.
xxi. Cogitationes robuſti ſemper in abun=
dantia. Tertio quoqꝫ ſapiens oſtenditur
habere virtute͂ vincendi tentationuꝫ certa=
mina. ⁊ ideo dicitur validus: quaſi valens
contra omniū tentationū genera. Terra q̄

eſt bene garnita ⁊ de victualib⁹ prouiſa in-
terius ⁊ bene murata exteri⁹ eſt valida ad
reſiſtendū hoſtib⁹. Sic aīa q̄ eſt plena inte
rius diuitijs virtutū ⁊ eſt clauſa bene exteri
us bona ⁊ diligenti cuſtodia ſenſuū: eſt va-
lida ad reſiſtendū oīb⁹ tentatiōib⁹. vn̄ Pro
uerb. xviij. Subſtantia diuitis vrbs robo-
ris ei⁹: ⁊ quaſi mur⁹ validus circundās eā.
Itē per ſenſus nō ingrediunt ad aīam niſi
imagines rerū. i. fantaſmata ⁊ ſpēs ſiue ſi-
militudines earū: que q̄ſi valide conterunt
quādo male tentationes bene repelluntur.
iiij. Reg. xi. Imagines. ſ. baal. i. diaboli con
triuerūt valide. he imagines ſunt tentatio
nes ⁊ illuſiones diaboli q̄ conteruntur ¶ C

¶ Tertio in themate aſ-
ſumpto deſcribit defunct⁹ ex valitudine ap
parenti. q: ſan⁹. ſ. videbat apparēter quan
do mortuus eſt: vel exiſtēter erat ſi occiſus
fuit ab aliquo. Vn̄ ſanitas corpis ſubito po
teſt perdi ſiue ex vulnere ſeu pcuſſione hoīs
ſiue ex pcuſſione dei ex aliq̄ infirmitate ſu-
bito imiſſa. vn̄ Piere. xiiij. Percuſſiſti nos
ita vt nulla ſit vltra ſanitas. vnde mag⁹ de-
bet hō curare de ſanitate aīe: quā tamē hō
habere nō pōt niſi expellat egritudo pecca
ti p medicinā penitētie ⁊ purgationē con-
feſſionis. Sed ſicut nō valet mortuo medi
cina corpalis ſed ſolū viuētī: ſic nec medici-
na penitētie valet poſt mortē. Et ideo dicit
Eccl'i. xvij. Viuus ⁊ ſan⁹ confiteberis ¶ In
quib⁹ verbis tanguntur tria.

¶ Primo tempus aptū penitentie qd̄ eſt in
vita preſenti. cum dicitur. viuus.

¶ Secundo penitētie cōmoditas. q: ſanus.

¶ Tertio pnīe neceſſitas: cū dr̄ cōfiteberis.

¶ Circa pmū attendendū eſt ꝙ optimū tē-
pus ad penitentiā ⁊ ad peccati confeſſionē
eſt dū hō viuit. Nam putatio arboris q̄ fit
ad remouendū ramuſculos ſupfluos q̄ poſ-
ſent ipedire arboris augmētū vel fructū: nō
prodeſt arbori ad fructū vel augmētū: niſi
q̄diu arbor viuit: ſed poſtq̄ ſuccīſa vel are-
facta eſt nō prodeſt. Confeſſio ergo pecca-
torū que eſt ſicut q̄dā putatio p quā cū gla-
dio lingue amputant peccata q̄ impediunt
fructū ⁊ pfectū ſalutis: faciēda eſt dum hō
viuit. i. ante mortē: quia mortuus confiteri
nō poteſt. vn̄ Eccl'i. xvij. Ante mortē confi-
tere: a mortuo eīn quaſi nihil perit confeſſio
Et rō eſt: q: cōfeſſio fit ad expiationē mor
taliū pctōꝝ. q: de venialib⁹ que poſſunt re-
mitti p ſolam contritionē interiorē nō tene
mur de neceſſitate confiteri neq̄ de neceſſi
tate abſoluta. q: ſic nec de eis peniteri tene
mur. q: illa tenet hō facere de neceſſitate
abſoluta ſine quib⁹ nō eſt ſalus. ⁊ ido ſic nō
tenet hō ad penitentiā peccati venialis: cū
ex hoc mortē nō incurrat: niſi forſitan ex cō
temptu dimittat. Nec etiā tenet ad cōfeſſio
nem venialiū de neceſſitate q̄ eſt ex ſuppoſi-
tione finis. ſ. remiſſionis eoꝝ. q: etiam ſine
cōfeſſione vel actu vel voto exiſtēte poſſūt
venialia remitti: quis pfectionis ſit venia
lia cōfiteri. Quia igit cōfeſſio fit ad expia-
tionē mortaliū pctōꝝ ⁊ mortalia pctā poſt
mortē expiari nō poſſunt: licꝫ venialia poſ
ſunt in purgatorio expiari: ideo ɔfeſſio pec
catoꝝ fieri debet ante mortē. ſ. a viuēte. vn̄
Eccl'i. xvij. Confiteberis viuens ¶ Secūdo
in auctoritate adducta tangit penitēdi cō-
moditas: q̄ eſt dum hō eſt ſan⁹. q: tunc pōt
ſine impedimēto cōfiteri ſi vult. Aliquādo
autē infirm⁹ nō pōt ſanus fieri ſine auxilio
medicine. Et ſic pctōr nō pōt habere ſanita
tem grē ſine auxilio penitētie. Figura hui⁹
habet Job. v. vbi legit ꝙ erat hieroſolymiſ
pbatica piſcina q̄qꝫ portic⁹ habēs. In his
iacebat multitudo magna languētiū. ⁊ iſti
erant incurabiles pꝑter diuturnitatē mor-
bi. Itē cecoꝝ claudoꝝ ⁊ aridoꝝ. ⁊ iſti erant
incurabiles pꝑter naturā morbi. Sed q̄ pri
mus deſcēdiſſet in piſcinā poſt motionē aq̄
ſan⁹ fiebat a quacūq̄ detinebat infirmita-
te. Iſta piſcina ē penitētia. q̄qꝫ autē porti-
cus ſunt q̄qꝫ penitētie opa. q̄ ſunt cōtritio
cōfeſſio carnis afflictio elemoſyna ⁊ oratio
⁊ vltima tria ptinēt ad ſatiſfactionē: ⁊ tūc
cōmouet illa piſcina q̄n pctōr diuina gra-
tia mouet ad faciendū huiuſmodi opa. vel
fuit mota in paſſione xp̄i in cui⁹ virtute pe
nitentia operat ſalutē. Languidi ergo ſunt
aſſueti ⁊ inueterati in pctīs. Ceci ſunt per
ignorantiā peccātes. Claudi q̄ bona nolūt
operari. Aridi vero ſunt terreni q̄ ſunt ſine
pinguedine deuotionis ⁊ charitatis. ſed tn̄
oēs ſanant virtute penitētie. Sed poſtq̄
infirm⁹ ſanat eſt adhuc indiget cuſtodia ⁊
cautela ad ɔſeruandā ſanitatē: ⁊ oportet ꝙ
abſtineat a nociuis. Et ſic poſt penitētiā oꝫ
cauere a pctīs ⁊ occaſionib⁹ pctōꝝ. In cui⁹
figurā dn̄s Job. v. dixit paralytico curato.
Ecce ſan⁹ fact⁹ es: iā ampli⁹ noli peccare:
ne deterius tibi contingat. ¶ Tertio au
tem in auctoritate adducta tangitur peni-

tendi neceſſitas: cū dicitur cōfiteberis. Nā ſi ille qui habet vulnera vult ea curari ⁊ ſanari: oportet ꝙ ea detegat medico. Et ſic oꝫ detegere pctā medico ſpūali .i. ſacerdoti per cōfeſſionē. Anſelm⁹. Pctā ſi celant̄ ſunt inſanabilia. Jacobi .v. Confitemini alterutrū pctā veſtra. vnde dicit gloſa ꝙ loquit̄ de cōfeſſione mortaliū ⁊ venialiū: ſed maiora .ſ. mortalia ſolis ſacerdotib⁹: ſ; leuiora ſocijs cōfiteri poſſum⁹: ſed de mortalib⁹ eſt p̄ceptum: de venialib⁹ vero cōſiliū. Nota quando apoſtema cōuertit̄ ad exteriora poſſibile eſt ad ſanitatē venire: ſ; quādo conuertit̄ ad interiora ⁊ in eis crepat: ſignū eſt mortꝪ corpis. Sic pctm̄ abſconditū cauſa eſt mortis eterne: cōuerſum vero exteri⁹ ⁊ manifeſtatū ꝑ confeſſionē ſpūalis ſanitatis eſt indiciū. Prouerb. xxviij. Qui abſcōdit ſcelera ſua nō diriget̄: qui autē cōfeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea miſericordiā conſequet̄. Et exponitur. Qui abſcōdit ſcelera ſua cōfeſſori ſuo nō diriget̄ .ſ. ad dnm̄. vñ abſcondere ſcelera ſua eſt abſcōdere latrones in domo ſua: vel eſt abſcondere ignē in ſinu: vel eſt bellū conſcribere ꝓ aduerſario cōtra ſe in die iudicij. qꝛ ſm ꝙ in corde vniuſcuiuſqꝫ ſcriptū inuenient̄ ſic iudicabit̄. Sequit̄. qui autē cōfeſſus fuerit .ſ. ei qui pōt abſoluere. cōfeſſus fuerit dico vere pure integre ⁊ ſpōtanee. ſequit̄ ⁊ reliquerit ea .ſ. volūtate ⁊ ope: miſericordiā cōſequet̄ .i. veniā de pctīs ⁊ gloriaꝫ de penitētia. Ad quā nos ꝑducat ⁊c.

In morte vni⁹ ſcti viri. Sermo XLIIII

**Sperat iuſt⁹ in morte ſua.** Prouer. xiiij. Quādo agricola bene coluit agrū ſuū .ſ. arando ⁊ ſeminādo: habꝫ ſpem in meſſe futura. i. Cor. ix. Debet in ſpe qui arat arare: ⁊ qui triturat in ſpe fruct⁹ percipiēdi. Sic iuſtus qui bene purgauit aīam ſuā ⁊ bonoꝝ operū ſemina multa miſit: debꝫ ſperare bonā meſſem .i. bonā mercedē. Nam temp⁹ laboris eſt temp⁹ vite: qꝛ hō ad laborē naſcit̄. vt dr̄ Job .v. ſed temp⁹ meſſis eſt tēpus mortis. Unde dicit̄ Gal. vi. Bonū facietes nō deficiam⁹: tempore autē ſuo metem⁹ nō deficiētes. ⁊ ideo dicit̄ in vbo ꝓpoſito ꝙ ſperat ⁊c.

In quib⁹ quidē verbis circa virū iuſtuꝫ ⁊ bonū cuiuſmodi fuit iſte defunct⁹ tria deſcribuntur.

Nam p̄mo ponitur illud qđ eſt infirmitatꝪ confortatiuum .ſ. ſpes. vnde dicit̄ ſperat. Secundo vero ponit̄ illud qđ eſt voluntatis directiuū .ſ. iuſticia. vnde ſubdit̄ iuſt⁹

Tertio illud quod eſt felicitatis allatiuuꝫ ſcꝫ mors: cum addit̄. in morte ſua.

**Circa primū attenden**dum ꝙ ſpes hoim mūdanoꝝ ⁊ pctoꝝ mendax eſt: qꝛ ponunt ſpem ſuā in his q̄ mentiuntur eis. nā mentiri ē cōtra mentē ire: ⁊ talia cōtra mentē eoꝝ vadunt. Ponūt enī q̄dam ſpem ſuā in humana potentia. ſicut reges ⁊ p̄ncipes mundi ⁊ q̄ in eis cōfidunt: credētes in tali potentia cōſeruari ⁊ defenſari. Sed qꝛ humana potentia fragilis ē ⁊ cito deficit: vel qꝛ violent̄ tollit̄: qꝛ vn⁹ deijcit aliū. ſicut nabuchodonoſor deiecit arfaxat regē perſarū ⁊ medoꝝ qui gloriabat̄ q̄ſi potēs in potentia ſua ⁊ in gloria q̄drigaruꝫ ſuarum. Et ipe nabuchodonoſor pugnauit cōtra eū ⁊ obtinuit Judith .i. Sic alexander deiecit potentiā darij regis perſarū ⁊ medorum ⁊ oīm alioꝝ orientaliū regū: qꝛ cōſtituit prelia multa ⁊ obtinuit oīū munitiōes et interfecit reges terre. vt hr̄ .i. Machab .i. Uel etiā deficit humana potētia: qꝛ per naturalē mortē hoīs terminat̄. ⁊ ideo aſſimilatur baculo arūdineo q̄ frangit̄ dum ei⁹ fortitudini quis innitit̄: ⁊ facit ruere innitētē ⁊ aliquando ledit manū ei⁹. Et ſic humana potentia ⁊ fortitudo plerūqꝫ mentit̄ ⁊ fallit. qꝛ vnde credit ſtare inde ruit. vñ credit ſaluari inde p̄cipitat̄ is q̄ in ea cōfidit. iiij. Regum. xviij. In quo cōfidis vt audeas rebellare: an ſperas in baculo arūdineo atqꝫ confracto egypto. Sup quē ſi incubuerit hō cōminut⁹ ingrediet̄ manū ei⁹ ⁊ pforabit eā. Sic ē pharao rex egypti oīb⁹ qui cōfidunt in eū. Eſa. xxx. Sperantes auxiliū in fortitudine pharaonis: ⁊ habētes fiduciā i vmbra egypti .i. in potentia ſeculi: ⁊ erit vobis fortitudo pharaonis in confuſionē ⁊ fiducia vmbre egypti in ignominiā. Quidā vo ponūt ſpem ſuā in mundi abundantia .i. in copia diuitiarū. que etiā fallax eſt ⁊ mentit̄ qꝛ credit hō in eis inuenire quietē ⁊ īuenit magnā inquietudinē: ſperat inuenire i diuitijs oēm ſufficientiā ⁊ inuenit multiplicem defectū: ſperat habere in eis vitā felicē ⁊ incurrit mortē infelicē. Sic accidit diuiti epuloni Luce. xvi. Quia mortuus eſt diues et ſepultus eſt in inferno. Sic accidit alteri diuiti qui dicebat Luce. xij. Deſtruā horrea mea ⁊ maiora faciā: ⁊ illuc congregabo oīa

que nata ſunt mihi ⁊ bona mea, ⁊ dicá aíe mee. Anima habes multa bona ⁊c. Sic eſt qui ſibi theſaurizat ⁊ nõ eſt in deum diues. Propterea dicebat apl'us, i. Timo, vi, Diuitibꝰ huiꝰ ſeculi precipe nõ ſublime ſapere: nec ſperare in incertũ diuitiarũ. Eccli, xxxi, Beatus diues qui inuentꝰ eſt ſine macula ⁊ qui poſt aurũ nõ abijt nec ſperauit in pecunia ⁊ theſauris. Quidá vero alij ſunt qui cõfidunt in humana ſapiẽtia. ſicut philoſophi confidebãt de ſcientia ⁊ ſapiẽtia ſua: credẽtes ꝑ eá ſe inueniſſe oẽs veritates: ⁊ tamẽ in pluribꝰ errauerunt, quia dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Romañ, i, Oẽs ergo qui ponũt ſpem ſuá in huiuſmodi mũdanis ⁊ caducis finaliter inuenientes ſe deceptos dicent illud Eſa, xxviij, Poſuimus mendacium ſpem noſtram, ſed iuſti qui ponunt ſpem ſuá in deo nõ decipiuntur neqꝫ confunduntᷣ. Eccli, ij. Nullus ſperauit in illum ⁊ confuſus eſt. Sed ſpes iuſtoꝝ confortat infirmitatẽ ⁊ debilitatẽ eoꝝ: ⁊ maxime in aduerſis facit eos patientiá habere. vñ dicitᷣ Romañ, viij, Qd nõ videmꝰ ſperamꝰ ⁊ per patientiá expectamꝰ: ſed ⁊ ſpiritꝰ adiuuat infirmitatẽ noſtrá. ¶ In quibꝰ quidẽ verbis tria de ſpe iuſtorum ponit apl's.

¶ Primo tangit ipſius ſpei obiectũ: cũ dicit qd nõ videmꝰ ſperamꝰ, ſ, eternã btitudinẽ.

¶ Secundo deſcribit ſpei effectum quia facit patienter expectare: ⁊ ideo ſubdit per patientiam expectamus.

¶ Tertio addit ſperantium auxilium: quia ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram. B

¶ Circa primũ notandũ ꝙ ſpes cõmuniter eſt de eo qd nõ videtᷣ. Et ratio eſt: quia ſpes ꝓprie dicitᷣ eſſe nõ de preſenti ſed de futuro Unde ſicut timor ẽ de futuro malo: ita ſpes de futuro bono. Et qꝛ iſtud qd futurum eſt nondũ eſt: ideo nondũ apparet neqꝫ adhuc in ſe videtur. Sed quia futura ꝑexiſtunt in ſuis cauſis: ideo videndo apparere cauſas preſentes ſperamꝰ de effectibꝰ futuris. ſicut videndo nubes denſari in aere ſperamꝰ habere pluuiá, ⁊ videndo ſemina bene nata i agro ſperamꝰ de futura meſſe. Et ſic ex his que videmꝰ ſperamꝰ ea que non videmus. que ſcꝫ meliora ſunt ꝙ̃ ea que videmus. ſicut pluuia melior eſt ꝙ̃ nubes: ⁊ meſſis melior ꝙ̃ ſementis. Sed quaſi cõdenſe nubes ſunt tribulatõnes preſentis vite. que quidẽ etſi lumen ſolis intercipiant quoad terreſtria: non tamen quoad celeſtia: quia in terrenis ⁊ peccatoribus ex ipſis tribulationibus lumen ratõnis offuſcatur ⁊ tollitur per impatientiaꝫ ⁊ iram. Sed viri iuſti ⁊ celeſtes ſemper lumen rationis habent claruꝫ quia per patientiá ⁊ manſuetudinẽ perturbationes tribulationũ ad orbem rõnis aſcẽdere nõ permittunt. vnde ex eoruꝫ nubibꝰ id eſt ex eorũ tribulationibus oritur pluuia id eſt infuſio inuiſibilis gratie ⁊ interioris refrigerij que facit fructificare eorũ terram id eſt eoruꝫ vitam. Item ex ſeminibus eleemoſynarũ ⁊ aliorũ bonorum operum que faciunt: ſperant colligere fructum eterne beatitudinis: vbi ſunt bona eterna. Hoc eſt ergo qd non videmus: ⁊ tamen ſperamus ſcilꝫ eternam beatitudinẽ quá recepturi ſumus: non ſolum ex bonis que facimus: ſed etiam ex malis que patimur. Et licet illius beatitudinis bona que ſperamus ſint modo inuiſibilia: meliora tamẽ ſunt omnibus que videmus. quia iſta temporalia illa eterna. Unde dicitur, ij. Corinth, iiij. Illud qd in preſenti eſt momentaneuꝫ ⁊ leue tribulationis noſtre: ſupra modũ in ſublimitate eternum pondus glorie operatur in nobis: non contemplantibus nobis que videntur ſed que non videntur. Que eñi videntur tẽporalia ſunt: que autem non videntur eterna, ⁊ talium inuiſibiliuꝫ eſt ſpes. ¶ Romañ, viij. Spes que videtur non eſt ſpes. nam quod videt quis quid ſperat: ¶ Secundo in auctoritate adducta ponitur effectꝰ ſpei quia ꝙ̃uis bonum qd ſperatur differatur: tamen facit illud patientᷣ expectare. ⁊ ideo dicit per patientiam expectamus. Agricola eñi non ſtatim poſt ſemẽtem colligit fructum: ſed patienter expectat vſqꝫ ad tempꝰ meſſis vel vindemie. Unde Jacobi, v, Ecce agricola expectat precioſum fructum terre: patienter ferens donec accipiat temporaneum et ſerotinum. Patientes igitur eſtote ⁊ vos ⁊ cõfirmate corda veſtra. quoniá aduentus domini appropinquabit. Quilibet eñi noſtrum agricola eſt ⁊ habet colere agrum cordis ſui. De quo Auguſtinꝰ. Cor noſtrũ ager dñi eſt, excolamus eum celeſtibus diſciplinis. Fructus autem quẽ patienter expectare debemus eſt premium eterne glorie: ſed temporaneus fructus erit gloria anime. ſerotinus erit gloria corporis in reſurrectione. Quando medici dant potiones amaras vt facilius ſumãtur admiſcent zuccarum vel aliud dulce. Sic dominus

amaritudini ⁊ triſticie pſentiū tribulatōnū
admiſcuit gaudiū ſpei eternoꝝ bonoꝝ vt
patienti⁹ tolerent. Unde Roma. xij. Spe
gaudentes: in tribulatiōe patientes. Ter⸗
tio quoqꝫ in auctoritate adducta addit apo
ſtolus ſperantiū auxiliū: cū dicit. ſed ⁊ ſpūs
adiuuat infirmitatē noſtraꝫ. Ita em̄ eſt de
aīa ſicut de gallo ſup cāpanili q̄ mouet ad
oēm ventū: qꝛ nō eſt firmit ſituat⁹. Ita cer⸗
te aīa que eſt ſine gr̄a ſpūſſancti eſt inſtabi⸗
lis ⁊ obedit cuilibet tentationi. vn̄ eſt ſicut
hō qui eſt in ianuis mortis: qui nō pōt reſi
ſtere morbo. quia natura nimis debilitata
in ipō: ⁊ oportet ipm̄ reuoluere de lecto in le
ctum. Ita certe aīa ſine ſpūſſancti gr̄a non
poteſt reſiſtere morbo pcti: ſꝫ per pctm̄ debi
litatur ⁊ voluit de lecto in lectū. de pctō co⸗
gitatiōis in delectationē: ⁊ de delectatōe in
conſenſum: ⁊ inde in operationē: ⁊ inde in
conſuetudinē: ſed ſpiritusſanct⁹ adueniens
dat aīe vigorē reſiſtendi pctis. nec pōt ibi
diabolus aliq̄d accipere: qꝛ bannit⁹ eſt: nec
oculū ad male videndū: nec os ad male lo⸗
quendū: nec manū ad male operanduꝫ: nec
cor ad male appetēdū. Ephe. iij. Det nobis
ſm̄ diuitias glorie ſue virtutē corroborari
p ſpiritū ei⁹ in interiori hoīe. Nota ꝙ bene
indigem⁹ adiuuari. qꝛ caro ꝯcupiſcit aduer
ſus ſpm̄ ⁊ ſpūs aduerſus carnē. vn̄ ſi faci⸗
mus mala ſpūs nō vult: ſi bona caro repu⸗
gnat. Sed ex quo iſta contrarietas in vna
pſona inuenit? Reſponſio. Caro eſt natio⸗
ne terreſtris ⁊ delectādo generat: ſpūs cele
ſtis. qꝛ a deo corpori infundit: ⁊ quilibꝫ tra
hit ad ſuā naturā. vn̄ caro trahit ad delecta
tiones inferiores. ſ. ad auariciā ſupbiā gu⸗
lam ⁊ ad carnis illecebras: multū facit bo⸗
num trahens ad inferiora: ſed ſpūs trahit
ad ſupiora. Ideo Roma. viij. Qui ſm̄ car⸗
nem ſunt: q̄ carnis ſūt ſapiūt: qui vero ſm̄
ſpm̄ ſunt q̄ ſpūs ſunt ſentiūt. ⁊ ideo q̄cunqꝫ
ſpiritu dei agunt hi filij ſunt dei. C

## Secūdo ponitur in the

mate aſſumpto illud qd̄ ē volūtatis forma⸗
tiuū: cū dicit iuſtus. Naꝫ iuſticia ſicut dr̄ in
pncipio digeſtoꝝ eſt conſtās ⁊ perpetua vo
luntas ius ſuū vnicuiqꝫ tribuens. Sed no⸗
tandum ꝙ iuſtus ꝙdiu viuit multas angu
ſtias patit. qꝛ multe tribulatiōes iuſtoꝝ: ſꝫ
tandē per mortē ab om̄i anguſtia liberat.
Et tūc vere poteſt dici illud Prouerb. xi. Iu
ſtus de anguſtia liberatus eſt. In quibus
quidē verbis deſcribuntur de ipſo tria.

Primū eſt conſtātia quā habuit. qꝛ iuſt⁹.
Secundum eſt pena quam ſuſtinuit: cum
ſubditur de anguſtia.

Tertiū eſt gr̄a quā recepit: qꝛ liberat⁹ eſt.

Circa pmū attēdēdū ē ꝙ in hͦ apparet cō
ſtātia hoīs iuſti: qꝛ ppt nullā cauſā declinat
vel diuertit a iuſticia. ſ. nec a iuſticie modo
nec a iuſticie ſpecie nec a iuſticie ordie. hec
em̄ tria ſunt q̄ in om̄i re requirunt. ſ. mod⁹
ſpēs ⁊ ordo. Sunt autē pmo quidā qui di⸗
uertunt a iuſticie modo. ſicut illi quib⁹ deeſt
modeſtia diſcretionis. Quod fit duob⁹ mo
dis. Uno modo quādo iuſticia eſt diminu
ta. videlꝫ quādo magna dimittūt ⁊ faciunt
vim de modicꝭ. Et talis erat iuſticia ſcribaꝝ
⁊ phariſeoꝝ qui decimabāt mentā ⁊ ane⸗
tum ⁊ cyminū ⁊ relinq̄bant q̄ grauiora ſūt
legis iuſticiā. ſ. ⁊ fidē. Talis eſt etiā iuſticia
eoꝝ qui maiorē vim faciunt in obſeruantia
conſiloꝝ ꝙ̄ mandatoꝝ: vel in obſeruātia cō
ſtitutionū ꝙ̄ regulariū votoꝝ. Exemplum
de moniali q̄ maiorē vim faciebat in fracti
one ſilentij ꝙ̄ virginalis clauſtri. His ergo
dicit Matthei. v. Niſi abūdauerit iuſticia
veſtra pluſꝙ̄ ſcribarū ⁊ phariſeoꝝ nō intra
bitis in regnū celoꝝ. Secūdo recedit a mo
do iuſticie quando excedit aliq̄s p indiſcre
tum feruorē. Contra qd̄ Eccl'ſ. vij. dicitur
Noli eſſe iuſtus multū: neqꝫ plus ſapias ꝙ̄
neceſſe eſt. Et de hoc etiā intelligi pōt illud
qd̄ ibi ſequit. Iuſtus perit in iuſticia ſua. ſ.
alios iudicādo indiſcrete. ⁊ hoc eſt iſtorū q̄
facta vel peccata alioꝝ aggrauāt ⁊ ſua alle⸗
uiant. Item iuſticiā indiſcrete exercendo.
Exemplū de illis quib⁹ dixit ſanct⁹ hō ꝙ be
ne pertingeret romā ſi nō feſtinaret. ⁊ de il
lo qui putauit ſe eſſe de numero angeloꝝ ⁊
audiuit ꝙ erat de numero aſinoꝝ. ibat em̄
quattuor pedib⁹ in ſignū humilitatis. ppt
hoc cū dixiſſet p̄s. Iuſt⁹ dn̄s ⁊ iuſt. dil. ſtati
addidit. equitatē vidit vult⁹ ei⁹. equū em̄ ē
qd̄ in nullā ſui partē excedit. A debita vero
ſpecie iuſticie diuertit cui deeſt debita for⸗
ma diſcipline. quod fit duob⁹ modis. Uno
modo quando facit aliud ꝙ̄ illud quod fa⸗
cere debet. ſicut faciūt ſingularit viuētes in
cōmunitate. de quib⁹ dicit Roma. x. Igno
rantes dei iuſticiā ⁊ ſuaꝫ querentes ſtatue⸗
re iuſticie dei nō ſunt ſubiecti. Nota iuſtici
am dei que debet eſſe in nobis eſſe humili⸗
tatem ⁊ obedientiaꝫ. de qua Matthei. iiij.
Sic decet nos implere omnē iuſticiam. ſed

iſti ſingulares non debent eſſe in paradiſo
cum alijs qui nolunt illum mereri cum alijs
Alio modo deeſt debita forma diſcipline qn̄
quis facit qđ debet ſed alio mō ꝙ̄ debet qꝛ
debet quiſqꝫ obedire humiliter. Juxta illud
Luce.xvij. Cum feceritis oīa que precepta
ſuut vobis dicite. ſerui inutiles ſum⁹. quod de
buim⁹ facere fecimus. Sed aliū modū ap-
ponūt qui de ſuis operib⁹ gloriant̄ ſimiles
gallinis que de vno ouo faciunt multuꝫ cla
morē. Nota exemplū de phariſeo. Lu. xviij
ꝙ publicanus deſcendit iuſtificatus ab illo
ꝛ nō ille. His dici poteſt illud Amos.vi. Cō
uertiſtis fructum iuſticie in abſinthiuꝫ. A
debito auteꝫ iuſticie ordine declinat cui de-
eſt recta intentio. debet enīꝫ intentio opus
ordinare. Sed iſta declinatio fit duob⁹ mo
dis. Uno modo qn̄ nō fit ex donatione ſed
ex coactione quādo fit. ſicut quando nō au
det vel nō poteſt aliud facere. de quo Eccl'.
xix. Eſt iuſtus qui ſe nimiū ſubmittit a mul
ta humilitate. ꝛ ſequit̄. Et ſi pre inopia: al's
ab imbellicitate viriū: veretur peccare: ſi in-
uenerit tempus malefaciendi malefaciet.
Horuꝫ ſimplicitas eſt ſicut ſimplicitas vul
pis capte: que cuꝫ ſoluitur ſtatim currit ad
gallinas. tales deberent ſemꝑ ſuppeditari:
qꝛ in eis honores nō mutant imo mōſtrāt
mores. Alio modo quādo fit ex affectu ſed
inordinato. vt quādo fit ꝑpter humanam
laudem. Matth.vi. Attendite vobis ne fa
ciatis iuſticiā veſtram corā hoībus vt vide
amini ab eis. alioqn̄ mercedem nō habebi-
tis apud patrem veſtrum q̄ in celis eſt. Ju-
ſtus ergo qui nō declinat a modo vel ſpecie
vel ordine iuſticie: ſemꝑ tenet viā ſuam re-
ctam. ſm̄ illud Job.xvij. Tenebit iuſt⁹ viaꝫ
ſuam. Secūdo tangitur pena quā ſuſtinet
iuſtus dum viuit: qꝛ frequenter eſt in angu
ſtia. Tangitur enī homo iuſtus ex oī parte
dum viuit. ſ. ex parte poſteriori vel ex motu
culpe p̄terite ne forte ſit remiſſa: vl' vite ſue
preterite ne fuerit bene deducta. Itē ex ꝑte
anteriori: qꝛ neſcit homo finē ſuū. Eccl's.ix
Item ex ꝑte dextera ꝛ ſiniſtra. qꝛ neſcit hō
vtrum amore an odio dignus ſit. ibidem in
ꝑncipio. Nam odiū dei ad ſiniſtram: amor
vero ad dexterā ꝑtinet. Et ideo dicere cogi
tur illud Danielis.xiij. Anguſtie ſunt mihi
vndiqꝫ. ps. Tribulatio ꝛ anguſtia īuenerūt
me. Tribulatio ab exteriori: anguſtia ab in
teriori. Tertio notat̄ in auctoritate addu
cta gratia quā recepit. quia. liberatus eſt.

Ubi notandū ꝙ cōſueuit homo ſe liberare
a periculis corꝑalibus aut ſenſu aut prece
aut precio aut emenda. Sic etiā liberat̄ hō
iuſtus ab anguſtijs ꝛ periculis vite hui⁹. ſ.
aut ſenſu circūſpectionis: aut v̄bo ſupplica
tionis: aut dono erogationis: aut emenda
ſatiſfactionis. Senſu quidē circūſpectōis:
quia qn̄ videt homo ſenſatus ꝛ ſapiēs locū
vel ſtatum in quo preſentit alijs periculum
īminere: tunc fugit ꝛ dimittit illum ꝛ vadit
ad tutiorē locum vel ſtatum. Et ſic facit ille
qui fugit pctm̄ ꝛ vadit ad penitentiā: vel q̄
fugit ſeculum ꝛ vadit ad clauſtrū vt euitet
pcti vel ſeculi naufragiū. Figura hui⁹ habe
tur in Loth. de quo dꝛ Sapien.x. Sapien-
tia iuſtum a ꝑeuntib⁹ impijs liberauit deſcē
dente igne in pentapolim. Item ſapientes
ꝛ ſenſati viri qn̄ vident ſe obſeſſos aliquan
do nauigio declināt inſidias obſidentium.
Tanq̄ enī mare eſt mūdus: obſidentes au-
tem ſunt demones: aīas remigū tanq̄ py-
rate quidam inuadentes. Sed ſapiētes ad
nauē penitentie vel religionis fugiūt: ꝛ ad
portū ſalutis tuti⁹ veniūt. Sapiē.xiiij. Ex
iguo ligno credūt hoīes aīas ſuas ꝛ trāſeū
tes mare per ratē liberati ſunt. Et ſicut iter
dum pyrate proijciūt ignem poſt fugiētes
Sic ꝛ demones ignē aduerſitatꝪ vel tenta-
tionis poſt fugiētes pctm̄ vel ſeculū: ſꝫ dn̄s
ad portū ſuuꝫ confugientes perire nō ſinit.
Eccl'i.li. Liberaſti me ſm̄ multitudinē mīe
noīs tui a rugientibus preꝑatis ad eſcam:
de manib⁹ querentiū aīam meā: ꝛ de portꝪ
tribulationū q̄ circūdederūt me: a preſſura
flāme q̄ circūdedit me: ꝛ in medio ignis nō
ſum eſtuatus. Item liberat̄ iuſtus p̄ce ſeu
verbis ſupplicationis. ſicut ſi reus poſſet ſe
liberare ſupplici p̄ce de manu iudicꝭ q̄ vellet
eū punire nō negligeret facere ꝛ ſic iuſti. ꝛ ſi
aliqn̄ d̄linquūt ꝛ deuꝫ ſe offendiſſe metuūt
ſupplici prece eū placare ſatagūt vt ab eius
ira liberent̄. Unde Prouer.xij. Os iuſtorū
liberabit eos. ꝛ lꝫ deus nō ſtatim exaudiat:
finaliter tn̄ exaudit aſſidue orantē. Eccl'i.li.
Laudabo nomē tuū aſſidue ꝛ exaudita eſt
oratio mea: ꝛ liberaſti me ꝛc. Item liberat̄
iuſtus dono largitatis. ſ. elemoſynarū. Ni-
hil eſt qđ homo non daret vt liberaret ſe de
manu ſarracenoꝝ: q̄to magis de manu de
monū: Prouer.vi. Oēm ſubſtantiā dom⁹
ſue tradet ꝛ liberabit ſe. Nihil etiā eſt quod
nō daret hō ꝑ euaſione mortis tꝑalis: tquā
tō magis ꝑ euaſione mortꝪ eterne vel ſpūa

lis debet elemosynas dare. Thobie. iiij. Ele
mosyna a peccato τ a morte liberat. Itez li
beratur iustus ꝑ emendā satisfactionis: q̄
emenda iusticia vocaꝛ. Prouer. x. Iusticia
liberabit a morte. deus em̄ non iudicat bis
idipm̄. vnde cū homo seipm̄ iudicat in cu
ria ꝓpria liberabitur in curia diuina. Pro
uer. xi. Iusticia rectoꝝ liberabit eos. ꝺ

¶ Tertio in themate assū
pto tangiꝛ illud quod est felicitatis allati
uū. s. mors iusti: cum dr̄. in morte sua ꝑ quā
scilꝫ transit iustus ad eternam felicitatem.
Sperat ergo iustus in morte sua. quia per
eam a corporis carcere educiꝛ: ab omni la
bore eximitur: τ ad eterne vite requiē itro
ducitur. Primo em̄ carcer corporis licet sit
τ bonis τ malis angustiosus τ penosus: tn̄
differentia ē in exitu: qꝛ sicut dr̄ Eccl's. iiij.
De carcere catenisq̨ interdū quis egrediꝛ
ad regnū. τ interdū ad suspendiū. Unde qꝛ
iusti τ sancti viri cum de carcere corporis
vel vite presentis egrediunꝛ vocanꝛ ad re
gnū celeste: ideo multū gaudent de morte.
Et ꝓpterea dicebat ps. Educ de carcere de
us aīam meam. τ ideo dolent de ꝓlongatio
ne vite. sicut idē ps. dicebat. Heu me qꝛ in
colatus meus ꝓlongatꝰ est. Sed mali per
mortē vadunt ad suspendiū dānatōis eter
ne. τ ideo sicut ille qui dꝫ suspendi ꝑ malefi
cio qđ cōmisit nunq̄ vellet audire. veni fo
ras. ita peccatores nūq̄ vellent mori: qꝛ di
ctat eis ꝯsciencia q̄ ꝓpter mala q̄ commise
runt digni sunt morte eterna. Et ideo stu
dent q̄ntuꝫ possunt domū seu carcerē corpo
ris ꝯseruare cū cibis τ vestibus τ delectatio
nibus. vt nō ruat τ cōpellanꝛ exire: τ iō in
eis amara est etiā ipsius mortis memoria.
Sm̄ illud Eccli. xli. O mors q̄ amara ē me
moria tua. Et ista talis dr̄ia q est inꝛ exituꝫ
bonoꝝ τ maloꝝ a carcere corpis fuit figura
ta. Gene. xl. in picerna τ p̄ncipe pistoꝝ pha
raonis. quoꝝ alter. s. pincerna. i. iustus post
triduū. s. natiuitatis vite τ mortis fuit resti
tutus pristine dignitati. s. ad quā primitus
hō creatus est. alter vero. s. pistor figurans
ipm̄ post triduū mali ꝯsensus τ mali opis
τ male consuetudinis eductꝰ a carcere cor
poris suspensus est suspendio eterne dāna
tionis. Et in vtroq̨. s. tam in iusto q̄ in im
pio apparet bonū τ equū iudiciuꝫ mortis.
Eccli. xli. O mors q̄ bonū est iudiciū tuuꝫ.
Item per mortē homo iustus ab oī labore
eximitur. vnde sicut mercenarius prestola
tur finem operis sui vt requiescat. ita vir iu
stus expectat mortē vt requiescat a suis la
boribus. Job. xiiij. Donec optata veniat et
sicut mercenarij dies eius. Apoc. xiiij. Bea
ti mortui q̄ in dn̄o moriūtur τc. Itē iustus
per mortē suam ad vite eterne requiem de
portatur. Hoc figuratuꝫ est Luce. xvi. in la
zaro mēdico. de quo dr̄. Factū est vt more
retur mēdicus: τ portareꝛ ab angelis in si
nū abrahe. per quā eterna requies iustorū
figuratur. Ad quā nos τc.

¶ In funere vnius libenter morientis.
Sermo XLV

In obitu suo nō ē
contristatꝰ: nec cōfusus est corā
inimicis. Eccli. xxx. Differentia
magna est iter iustos τ pctōres tam invita
q̄ ī morte. In vita q̄dē: qꝛ pctōres volūt ha
bere vitā gaudiosā τ dliciosā. Iusti autē du
cunt vitā tristeꝫ τ penuriosam. Et iusti ecō
trario habent mortē letā τ delitiosaꝫ. De h̄
habeꝛ exemplū expressuꝫ Luce. xvi. in diui
te epulone τ lazaro mēdico. Quoꝝ primꝰ. i.
diues duxit vitam in gaudijs τ delitijs. qa
induebaꝛ purpura τ bysso τ epulabaꝛ quo
tidie splendide. Lazarus vero duxit eaꝫ in
penurijs τ tristicijs: cū esset mendicꝰ τ vlce
ribus plenus. Sꝫ in morte deductus est di
ues ad tristiciā τ penuriā inferni: vbi ad re
frigeriū cruciatus sui guttā aque petijt nec
accepit. Unde τ Abraaꝫ dixit diuiti. Recor
dare qꝛ recepisti bona in vita tua. τ lazarus
simil'r mala. nūc aūt hic ꝯsolaꝛ. tu vero cru
ciaris. Itē est alia differentia. qꝛ pctōr sicut
ab inimico. i. diabolo in vita vinciꝛ: ita ab
eo in morte confundiꝛ. Nā ab eo in morte
rapitur corā dei iudicio: ab ipo accusatur τ
ꝯfundiꝛ: τ cōdemnatus a iudice ab inimicꝭ
id est a demonibꝰ ad suppliciū ꝯfusibiliter
duciꝛ. sicut latro ad furcas. Sed hō sanctꝰ
sicut nō vincitur ab inimicis in vita: ita nec
ab eis in obitu suo ꝯfundiꝛ: sꝫ a sanctis an
gelis potius honoraꝛ τ ad requiē deportaꝛ
sicut de eodē lazaro ibi diciꝛ. Factū ē vt mo
reretur mendicꝰ τ portareꝛ ab angelis in si
nū abrahe. Sic ergo duo habemꝰ de obitu
iustoꝝ. Primū est q̄ nō est cū tristicia. Se
cūdum est q̄ nō est cū ꝯfusione vel ignomi
nia. Et hoc est qđ diciꝛ in verbis ꝓpositis
q̄ possunt huic sancto viro defuncto ꝯgrue
aptari. dicunt em̄ q̄ in obitu suo nō est τc.

In quib⁹ quidem v̄bis de iuſto viro de
functo tria deſcribūtur.
Primū eſt terminatio preſentis vite.ſ.in
obitu ſuo.
Secūdum eſt conſolatio finalis gratie.qꝛ
nō eſt contriſtatus.
Tertiū eſt ſuperatio ſpiritualis pugne: qꝛ
nō eſt confuſus ꝛc.

## Circa primū attenden

dum eſt ꝙ ſicut dicit beatus Auguſtin⁹ in
ſententijs proſperi. Mala mors putanda
nō eſt quā bona vita preceſſit.nam quales
ſunt premiſſe talis ſequit̄ ꝯcluſio. ꝛ qualis
preceſſit diſpoſitio materie:talis ſequit̄ in-
troductio forme. Cum igit̄ mors ſit conclu
ſio totius vite:ꝛ tota vita ſit diſpoſitio ad
mortē:ſequit̄ ſi bona vita precedit ꝙ debe
at ſequi bona mors. Et ideo ſi q̄s vult habe
re mortē iuſti opꝫ ꝙ ante mortē dum viuit
faciat opa iuſti. Et ideo dꝛ Eccl'i.xiiij. An-
te obitū opare iuſticiam. qm̄ non eſt apud
inferos inuenire cibū. In quib⁹ quidez ver
bis deſcribuntur tria.
Primū eſt opportunitas temporis.ſ.an-
te obitum.
Secūdum eſt congruitas opis: cū ſubdit̄
ꝛ operare iuſticiam.
Tertiū eſt impoſſibilitas mercedis: cum
addit̄.qm̄ nō eſt apud inferos ꝛc.
Circa primū notandū ꝙ temp⁹ opportu-
nū ad iuſtificationē penitētie ꝛ ad purgan-
dū peccata ē ante obitū hoīs.i.q̄diu viuit
Nam ſi aliq̄s eēt accuſat⁹ de crimīe capitali
ꝛ vnde deberet incurrere ſniam mortꝭ ꝛ da
retur ſibi termin⁹ ad ſui defenſionē:ſi differ
ret oſtendere ſuā iuſticiā ꝛ facere ſuā defen
ſionē vſq; poſt terminū elapſuꝫ: tūc nō au-
diret̄:ſ; daret̄ ſnia ꝯtra eū. Sic hō q̄ morta
liter peccauit accuſat̄ apud deum a ꝯſciētia
ſua.ſed dat̄ ſibi termin⁹ ad purgandū ꝛ de
fendendū ſe ꝑ iuſtificationem pnīe vſq; ad
morteꝫ.vn̄ ſi differat pniam ſuaꝫ vſq; poſt
obitū:tunc nō valet ei:ſ; dat̄ ꝯtra ipm̄ ſnia
dānationis eterne. Et iō dꝛ Eccl'i.xvij. An
te mortē ꝯfitere.ꝛ eiuſdē.xviij. Ante iudi-
ciū para iuſticiā. Cōſueuerūt oparij in fine
diei vocari nō ad op⁹ ſ; ad pagamentuꝫ.vt
ſoluat̄ vniciuiq; ſm̄ ꝙ opat⁹ eſt:tn̄ ſi cōdu-
ctor eēt paup ꝛ nō haberet pecuniā paratā
nō eēt ſibi facile tūc ſtatim ſoluere oībus:ſ;
ſi eēt diues ꝛ potēs tūc eſſet ſibi facile dare
pagamentū oībus Sic in fine vite quilibet
in obitu ſuo vocat̄ ad pagamentū.i.vt iudi
cetur ꝛ retributionē accipiat ſm̄ opera ſua.
ꝛ dn̄s qui vocat ita diues eſt ꝛ potēs in iu-
ſticia ꝛ mīa ꝙ facile eſt ei ſtatim oībus ſol-
uere.i.retribuere ſm̄ opa ſua ꝛ ſic facit. Vn
de dꝛ Eccl'i.xi. Facile ē deo in die obitus re
tribuere vniciuiq; ſm̄ vias ſuas. Scd̄o po
nitur cōgruitas opis:cū ſubdit̄ in auctori-
tate inducta.opare iuſticiā. Hoc em̄ oībus
cōgruit.ſ.opari iuſticiā:qꝛ hoc neceſſarium
eſt oībus ad ſalutē. Et ratio ē:qꝛ duo ſūt de
neceſſitate ſalutis.ſ.abſtinere a malo ꝛ face
re bonū. ſm̄ illud ps. Declina a malo et fac
bonū.primū ꝑtinet ad innocentiā:ſecūduꝫ
ad iuſticiā.quoꝝ vtrūq; eſt ad ſalutē neceſ-
ſariū.ſm̄ illud ps. Dn̄e quis habitabit in ta
bernaculo tuo ꝛc.qui.ſ.eſt mons ſalutis.et
reſpondet ſubdens. Qui ingredit̄ ſine ma-
cula ꝛ opatur iuſticiā. Sed nota ꝙ hō debꝫ
operari iuſticiā ꝛ reſpectu dei ꝛ reſpectu ſui
ꝛ reſpectu proximi. Reſpectu quidē dei.pri
mo quidē in emendatione cōmiſſoꝝ.i.ſeip
ſum punire de ſuis offenſis:qꝛ quē inferior
ꝑlatus ſufficiēter correxit ſuperior poſtea
veniens nō corrigit. Sic ſi homo in p̄ſenti
ſufficienter ſe punit nō punietur in iudicio.
apl's.i. Corinth.xi. Si noſmetipſos diiudi
caremus nō vtiq; iudicaremur. Ideo dicit̄
Prouerb.xviij.ꝙ iuſtus in p̄ncipio accuſa
tor eſt ſui.ante.ſ.q̄ ab alijs accuſetur in fu
turo. Vbi gloſa dicit.oīs qui vere iuſtus eſt
vbi peccātiū errata cōſpicit: p̄mo ſeipm̄ ac
cuſat:poſtea alios bēigne corripit. Iniuſt⁹
vero nō accuſat ſe in p̄n̄ti:ideo accuſabitur
in futuro. Sene. Qui in ſecreto nolunt au-
dire veritatē:in publico audiēt eā. Item dꝫ
hō opari iuſticiā reſpectu dei in ſolutiōe de
bitoꝝ.i.vt dn̄o ſuo reddat qd̄ ei debet̄.qꝛ ex
quo hō eſt ſeru⁹ dei ꝛ de dn̄io ſuo dꝫ ei ſerui
tiū de feudo ſuo.ij. Macha.ix. Iuſtum eſt
ſubditum eē deo ꝛ mortalē nō paria deo ſen
tire. Qui feudū ei a quo empt⁹ eſt auferret
ꝛ traderet ei q̄ nō hꝫ ius iniuſtus eſſet. Sic
q̄ ſeipm̄ ei auferendo a quo fact⁹ eſt ꝛ redē
ptus eſt ſeruit diabolo:magis iniuſtus eſt.
Bern̄. Fidelē eē vrget iuſticia naturalis to
tū ſe tradere illi a quo ſe totū hꝫ. Et tenetur
hō deo ſeruire de trib⁹ menſuris.ſ.de corde
ꝑ dilectionē:de corpe ꝑ bonā operationeꝫ:
de poſſeſſione ꝑ elemoſynarū largitionem.
Item dꝫ hō opari iuſticiā reſpectu dei in ſu
pererogatōe gratiarū. Naꝫ ſicut a deo gra
tis accepimus ſe ꝛ ſua; ſic debemus ei nos

⁊ noſtra. Prouer. xij. Qui negligit dānuʒ ꝓ
pter amicū. ſ. xp̄m iuſtus eſt. damnū. ſ. ami
corū corporis honoris ⁊ rerū. nam oīa iſta
neglexit xp̄us pro nobis vt nos retineret.
Sic tu nō cures quid ꝑdas vel q̄d deficiat
dūmodo deū retineas. Augu. Quicq̄d volue
rit deus meꝰ auferat: ſed ſe mihi det. Scd̄o
debet hō operari iuſticiā reſpectu proximi.
Primo quidē vt ei nocumentū nō inferat.
Tulliꝰ. Primū fūdamentuʒ iuſticie ē ne cui
noceatur: deinde ꝙ cōmuni vtilitati ſeruia
tur magis alijs q̄ ſibi prodeſt: ⁊ vtilitates
ſuas negligat cōmunia emolimēta propo-
nēs. Ideo dr̄ Prouer. xvi. Initiū vite bone
facere iuſticiā. ſ. naturalē. de qua Mat. vij.
Quecūq; vultis vt faciāt vobis homīes: et
vos eadeʒ facite illis. ⁊ Thobie. iiij. Qd̄ ab
alio oderis tibi fieri. vide ne tu aliqn̄ alteri
facias. Prouer. xvi. Semita iuſtoꝝ decliāt
mala. Iteʒ dʒ hō facere iuſticiā reſpectu ꝓ
ximi. vt mala ſibi ab eo illata remittat. Et h̊
quidē iuſtū eſt vt qui iudicari vult a dn̄o in
foro miſericordie: in eodē foro cū proximo
velit iudicare: alioq̄n mīa non defendet eū:
ſi eam negauerit proximo. quia iudiciū ſine
miſericordia fiet ei qui nō fecerit miſericor
diam. Iaco. ij. Talis em̄ illi aufert ius ſuum
qui dixit. Mihi vindictā ⁊ ego retribuaʒ. ⁊
ideo iniuſtus eſt qui ſe iudicare vult: q̄ vero
remittit iuſtus eſt: qꝛ pro indulgentia idul-
gentiā ſoluit. p̄s. Mutuabit peccator ⁊ nō
ſol. iuſt. aūt mi. ⁊ re. Impoſſibile eſt em̄ vt
riuulus fluat ⁊ fons ſiccus ſit. mīa autē dei
fons eſt: mīa autem noſtra riuulus. Augu-
ſtinus. Fluit riuulus miſicordie noſtre ad
proximū nūquid fons. i. miſericordia dei ſic
cabitur erga nos? Matth. v. Beati miſeri-
cordes: quoniā ipſi miam conſequent. Itē
debet homo facere iuſticiam reſpectu ꝓxi-
mi vt ei bona exhibeat. ſicut ſcriptum eſt in
p̄s. Diſperſit dedit pauperibus iuſticia eiꝰ
manet in ſeculū ſeculi. gloſa. Qui dat ſua iu
ſticiam operat: qꝛ ꝓximo debitum ſoluit.
Oſee. x. Seminate vobis iuſticiā. i. elemo-
ſynam in veritate ⁊ metite in ore mie. i. in
ore illius qui dicet Matth. xxv. Eſuriui et
dediſtis mihi mādūcare. venite ergo bene-
dicti ⁊c. Debet etiā homo iuſticiam operari
reſpectu ſui. Primo quidē vt ſit aīe ſue iuſtꝰ
ꝓcurator: quia aīa eſt pupilla exul ⁊ incar-
cerata: q ⁊ in hominis cuſtodia poſita eſt ei
cōmendata. ideo iuſtum eſt vt ei neceſſaria
ꝓuideat. Prouer. xiij. Iuſtus comedit ⁊ re-
plet aīam ſuam. quia querit ei cibum ſpiri-
tualem. Iniuſtus videt qui melius ꝓcurat
ancillam ſuam q̄ dominā ſuam. Iob. xxiiij.
Pauit ſterilem ⁊ que nō parit. glo. i. carneʒ
que dum ſola terrena appetit bonas cogita
tiones gignere neſcit. ⁊ vidue. i. anime be-
ne non facit. Item debet operari iuſticiam
reſpectu ſui. vt ſit corporis iuſtus guberna
tor. ſm̄ quod dr̄ Eccl'i. xxxiij. Cibaria ⁊ vir
ga ⁊ onus aſino. ſ. corpori debētur. Sʒ mul
ti ita impingnāt aſinū ꝙ non poſſunt eum
tenere: ſed proijcit eos in lutum peccati. Et
nota quando in terra nō ſit iuſticia habitāt
ibi latrones: ſic in terra corporis peccata: ſi
non ſit iuſticia penitētie. Eſaie. xxvi. Quia
iuſticiam non fecimus in terra: ideo nō ce-
ciderunt habitatores terre. id eſt peccata ⁊
mali motus. Item debet homo facere iuſti
ciam reſpectu vtriuſq;. ſ. corporis ⁊ anime
vt promotor ad bonū. Prouer. iiij. Iuſtoꝝ
ſemita. i. vita que dicitur ſemita propt bre-
tatem quaſi lux ſplendēs. i. alios illumiāns
per exemplum: ꝓcedit ⁊ creſcit vſq; ad per-
fectum diē. ſ. eternitatis. ¶ Tertio quoq; in
auctoritate adducta ſuperius tangitur im-
poſſibilitas mercedis. quia poſt mortē nō
eſt poſſibile mereri eternā mercedeʒ in qua
eſt plena refectio ⁊ ſatietas animarū. vnde
ſubditur: qꝛ nō eſt apud inferos iuenire ci-
bum. ſ. ſm̄ glo. eterne refectionis. Et ratio
huiꝰ eſt: qꝛ ad merendū illā ſatietatē ⁊ refe-
ctionē eterne beatitudinis requirit ratio in
ueſtigans. quid ſit agendū: ⁊ ſcientia diſtin
guens bonū agendū a malo vitando: ⁊ ſa-
pientia quaſi ſaporādo preeligēs bonuʒ a
malo: ⁊ vltimo ipm opꝰ bonū q̄ mereamur
Sʒ nihil hoꝝ apud inferos ē. vnde hoī con
ſulitur. Eccl's. ix. Quodcūq; p̄t manꝰ tua. ſ.
ſiue magnū ſiue paruū inſtāter opare. ſ. abſ
q; dilatione abſq; interruptōne abſq; deſer
tione ⁊ ſine ceſſatione. qꝛ nec opus. ſ. ad me
rendū: nec rō. i. facultas ad iueſtigādū: nec
ſciētia. i. facultas ad diſtinguēdū: nec ſapīa
ſcʒ guſtandi vel ſapiēdi p̄eligendo bonum:
erit apd̄ inferos quo tu ꝓperas. ſ. tu pecca
tor niſi hic vitaʒ tuā corrigas. vel tu hō q̄lʒ
ꝯtum ē ex te niſi diuina gr̄a adiuueris. p̄s.
Niſi qꝛ dn̄s adiuuit me pau. habi. i īfer. aīa
mea. Qn̄ arua ſūt a cultoribꝰ totalit derelī-
cta nō afferūt fructꝰ q̄ ſint ī cibū hoīm. Sic
ſūt aīe dānatoꝝ in inferno derelicte. ſ. a deo
de quo xp̄s dixit Ioh. xv. Pr̄ meꝰ agricola
eſt. ⁊ ab alijs cultoribus. ſ. angelis ⁊ ſctis. ⁊

idō nō eſt ibi cibus inuiſibilis beate fruitio
nis ſm illud Abachuc.iij. Arua nō afferent
cibuz.⁊ de hoc cibo dixit Raphael Thobie.
xij. Ego cibo inuiſibili ⁊ potu q̄ ab homini-
bus videri nō poteſt vtoꝛ. B

## Secundo in themate

aſſumpto ponit̄ cōſolatio finalis gratie: qꝛ
nō eſt contriſtatus. Ratio quare iuſtus nō
contriſtatur in obitu ſed potius gaudet: eſt
quia quādo quis amittendo id quod minꝰ
diligit videt ſe conſequi illud quod maxime
diligit nō triſtatur: ſed potius gaudet. ſicut
ſi auferretur clerico eccleſia parochialis vt
daretur ei epiſcopatus. Sed iuſtus in moꝛ
te amittendo tempoꝛalia vel vitam coꝛpo-
ris que minꝰ diligit: videt ſe conſequi ꝑ di-
uinā gratiam vitā beatam ⁊ eternam quaz
maxime diligit: ideo nō contriſtatur. ſ; gau
det. Sic in vita quādo accidit aliquod dam
nū in tp̄alibus q̄ minꝰ diligit: qꝛ ex hoc vi-
det ſe ꝓficere in bonis ſpūalibꝰ q̄ magis dili-
git: ideo nō contriſtat̄. ſ; potius cōſolatur.
Ideo dicit̄ Prouer.xij. Non contriſtabit iu
ſtum quicq̄d ei acciderit. Huius autē rōem
aſſignauerūt ſtoici. quia nullus triſtatur ni
ſi de amiſſione ſuoꝝ bonoꝝ: iuſtus aūt non
reputat bona ſua niſi iuſticiam ⁊ virtutem
quā non poteſt amittere. alioquin ſubijcere
tur iuſtus foꝛtune ſi pꝛo amiſſione bonoꝛū
foꝛtune triſtaretur. Sed ꝯtra hoc videt̄ eē
quia xp̄us fuit maxime iuſtus. Hiere.xxiij.
Hoc eſt nomē qd̄ vocabunt eū dn̄s iuſtus
noſter: ⁊ tamen dꝛ de eo Matth.xxvi. ꝙ ce
pit ꝯtriſtari ⁊ meſtus eē. ergo multomagis
alij. qui minꝰ iuſti ſunt ꝯtriſtant̄ vel contri
ſtari pn̄t. Ad qd̄ dicendū ē ꝙ ſtoici idō nega
uerūt poſſe eſſe triſticiā in animo ſapient̄ ſi
ue iuſti: qꝛ triſticia eſt de malo qd̄ iam acci
dit. nullum etiā verū malū exiſtimauerunt
ſtoici poſſe accidere ſapienti vel iuſto viro.
Et hoc ideo qꝛ nō credebāt aliq̄d eſſe bonū
niſi honeſtū qd̄ homīes bonos facit: nec ali
q̄d eſſe malū niſi inhoneſtū ꝑ qd̄ hoīes ma
li fiūt. Sed ꝯuis hoc verū ſit ꝙ honeſtū eſt
ꝑncipale hoīs bonū: ⁊ inhoneſtū ꝑncipale
hoīs malū. qꝛ hoc ꝑtinet ad ipam rationez
q̄ eſt ꝑncipalis in hoīe: ſunt quedā tn̄ ſecū-
daria hoīs bona q̄ ꝑtinēt ab ipm̄ coꝛpꝰ vel
ad res exterioꝛes coꝛpoꝛi ſeruiētes. Et ſm
hoc pōt in aīo ſapient̄ eſſe triſticia ꝯtuz ad
appetitū ſenſitiuuz ſm apphenſionē hmōi
maloꝝ. qꝛ motiuū obiectū triſticie ē malum
interius appꝛehenſum ſiue ſm rationē ſiue
ſm imaginatione. ſicut cum aliquis triſtat̄
de amiſſione gratie vel pecunie. Et qꝛ aīa
xp̄i potuit interius appꝛehendere aliq̄d vt
nociuū ⁊ ꝯtum ad ſe. ſ. paſſionē ſuaz ⁊ moꝛ
tem ⁊ ꝯtum etiam ad alios. ſicut peccatuz
diſcipuloꝝ vel etiam iudeoꝝ occidentiū ip-
ſum: ideo potuit eſſe ⁊ fuit in eo vera triſti-
cia: nō tamen ita ꝙ rationē perturbaret vl̄
ei dn̄aretur. Unde hiero. dicit ſup Matth.
ꝙ dominꝰ noſter vt veritatē aſſumpti pꝛo-
baret hominis vere quidē contriſtatus eſt:
ſed ne paſſio in animo eius dominaret̄ per
paſſionē: dicitur qd̄ cepit contriſtari. Nam
aliud eſt cōtriſtari: aliud incipere contriſta
ri. Quia contriſtari eſt quando paſſio talis
animo. i. rationi domīatur. ⁊ tūc eſt paſſio
perfecta. Sed incipere contriſtari ē paſſio
inchoata in appetitu ſenſitiuo ⁊ vlteriꝰ non
pꝛocedens. Sic ergo triſtia remouet̄ a xp̄o
ſm paſſionem ꝑfectam. Et ſm hoc dicitur
Eſaie.xlij. Non erit triſtis neq; turbulentꝰ.
fuit tamē in eo initiata ſm paſſionem. ⁊ ſic
dici poteſt de alijs iuſtis. Et ſm hoc intelli
gitur qd̄ dictum eſt. ſ. ꝙ nō ꝯtriſtabit iuſtū
quicq̄d ei acciderit. quia. ſ. ex nullo acciden
te eius ratio cōturbatur. Et notant̄ in iſtis
verbis duo de viro iuſto.

Primū eſt eius equanimitas. qꝛ nō cōtri
ſtat̄. idō dicit. nō ꝯtriſtatur iuſtus.

Scōm eſt eius magnanimitas: cū ſubdit̄
quicq̄d ei acciderit.

Circa primū notandū eſt ꝙ quedā contri
ſtatio eſt q̄ eſt laudabilis. ſicut ē triſticia pe
nitentie: ⁊ hec ē ſalutifera ⁊ ſm deū. Un̄. ij.
Coꝛinth. vij. Gaudeo. nō qꝛ ꝯtriſtati eſtis:
ſed qꝛ ꝯtriſtati eſtis ad pn̄iam. Licet enim
triſticia ſm ſe ſit mala ſaltē malicia pene: ꝓ
pter qd̄ dicit ph̄us in. vij. ethicoꝝ ꝙ oīs tri
ſticia ē malū ⁊ fugiendum: tn̄ inꝯtuz pena
triſticie oꝛdinat̄ ad bonū finē: puta ad peni
tentiā ⁊ purgationem pcti: eſt voluntaria ⁊
laudabilis. nō ꝓpter ſe tm̄: ſed rōne finis ſi
cut potio medicine amare ꝓpter ſanitatez:
qꝛ tunc hꝫ rationē boni. qꝛ ratio eoꝝ q̄ ſunt
ad finez trahit̄ ex ipſo fine. ⁊ idō talis triſta-
tio eſt laudabilis ⁊ ſm deū. ⁊ idō ſubdit apl̄s
ibi. Contriſtati eīm eſtis ſm deū vt in nullo
detrimentū patiamini ex nobis. Que enim
ſm deū triſticia eſt pn̄iam. i. ſalutē ſtabilez
opatur. Sed tamē talis triſticia ꝓpꝛie non
eſt in iuſto inꝯtum iuſtus eſt. qꝛ inꝯtuz iu
ſtus eſt nō peccat: neq; facit vnde peniteat

Et de tali iuſto dicit Eccl'i.xiiij. Felix q̇ nō
habuit animi ſui triſticiā. Nec obſtat quod
dꝛ Eccl's.vij. Nō eſt em̄ homo iuſtus ĩ ter-
ra:qui faciat bonū ⁊ nō peccet. qꝛ loquit de
peccato veniali:a quo nullus eſt imunis ꝙ̄
tūcunqꝫ iuſtus excepto xp̄o ⁊ matre ſua q̇ h̊
ex ſingularis gratie munere habuerūt. Sꝫ
ad venialiū penitentiaꝫ homo ꝓprie loquē
do nō tenetur: cum ex eis mortē anime nō
incurrat:niſi forte ex contemptu dimittat.
vnde etiam ſi nō peniteat de venialibꝰ pōt
venire ad vitam eternā:cum etiaꝫ poſt hāc
vitam venialia poſſint remitti per purgato
rij penam:ꝙ̄uis etiā in hac vita venialia ꝑ
pn̄iam remittantur. Item eſt aliqua contri
ſtatio q̄ eſt tolerabilis. puta quādo contri-
ſtatio eſt ſolū in ſenſualitate ⁊ nō perturbat
rationē.⁊ talis cōtriſtatio bene īuenitur in
iuſtis:qꝛ videtur eſſe ineuitabilis nec ē cō-
tra deū. Et de hac dicit.i. Petri.i. Modicū
nūc ſi oportet contriſtari in varijs tentatio
nibus ⁊c.⁊ dicit modicū qꝛ non ꝓcedit vſqꝫ
ad rationē vt eā perturbet. Sed eſt alia cō
triſtatio deteſtabilis ⁊ mala qꝛ eſt ꝯtra deū
vel ratione eius de quo eſt.puta ſi q̇s triſte
tur de bono diuino ſicut facit accidioſus: vł
de bono ꝓximi ſicut facit inuidus. vel pōt
eſſe cōtra deū ratiōe modi.quia excedit mo
dum rationis ip̄am rationē perturbans ſi-
cut eſt impatiētia ⁊ ira. Et iſta nō ſunt ī ho-
mine iuſto. Thobie.ij. Nō eſt ꝯtriſtatus cō
tra deum ꝙ plaga cecitatis euenerit ei: ſed
īmobilis in dei timore ꝑmanſit:grās agēs
de oībus diebus vite ſue. Scd̄o notat iu-
ſti magnanimitas:cū dicit. quicq̇d ei acci-
derit.ſ.aduerſi.,qꝛ pre magnitudine animi
quaſi nihil reputat iſta bona fortune. ⁊ īdo
aduerſa que accidūt in talibus nō curat ad
maiora bona intēdens. Et inde eſt ꝙ non
terretur quādo occurrūt ei aduerſa.ſm illō
Prouer.xxviij. Juſtus quaſi leo confidens
abſqꝫ terrore erit. De leone em̄ dr Prouer.
xxx.ꝙ leo fortiſſimus beſtiaꝝ ad nulliꝰ pa-
uebit occurſuꝫ. Et ideo homo iuſtus ꝓpter
nulla aduerſa que accidūt pretermittit ea q̄
debet facere ſm virtutem ⁊ ſm deuꝫ.vnde
Actuū.xx.dicit Paulus epheſcis. Vos ſcitꝫ
qualiter vobiſcū per omne tempꝰ fuerīꝫ ſer
uiens dn̄o cū omni humilitate ⁊ lachrymis
⁊ tentationibus que mihi acciderūt ex inſi-
dijs iudeorū: quō nihil ſubtraxerim vobis
vtiliū.quominꝰ annūciarē vobis ⁊ docereꝫ
vos publice ⁊ per domos: teſtificās iudeis
atqꝫ gentilibus in deū pn̄iam ⁊ fideꝫ ī dn̄m
noſtrū ieſum xp̄m. Et nūc ecce ego alligatꝰ
ſpū vado in hieruſalē:que in ea mihi ventu
ra ſunt ignorāns:niſi ꝙ ſpūſſanctus ꝑ oēs
ciuitates ꝓteſtat mihi dicens.ꝙ vincula ⁊
tribulationes hieroſolymis me manēt: ſed
nihil horū vereor.

## Tertio ponit in themate aſſumpto ſuꝑatio ſpiritualis pugne:

cuꝫ dꝛ ꝙ nō eſt coram inimicis ꝯfuſus.ſcilꝫ in
morte.vel ante tribunal xp̄i. Licet em̄ dia-
bolus acriter impugnet homīem in vita:tn̄
acrius in morte:⁊ qui tunc nō vincit nō cō
fundetur. p̄s. Beatus vir qui imple.de ſide.
ſuū ex ipſis nō confun.cū loque.inimi.ſu.in
porta. In quibꝰ quidē verbis de viro iuſto
moriente deſcribūtur tria.

Primū eſt felicitatis aſſecutio:cum dicit.
beatus vir ⁊c.

Secūdum eſt dānationis euaſio.ꝙ ex ip-
ſis nō ꝯfundetur.

Tertiū eſt impugnationis ſuꝑatio:cuꝫ dꝛ
cum loquetur ⁊c.

Circa primū notāduꝫ ꝙ ſicut dꝛ Prouer.
xi. Deſideriū iuſtoꝝ eſt eē bonū.⁊ ideo tunc
implet deſideriū iuſti cū aſſequit eē bonū:
⁊ hoc eſt eſſe beatū.qꝛ beatitudo eſt ſtatus
oīm bonoꝝ aggregatione ꝑfectus ſicut di-
cit Boe.dicit p̄s. Replet in bonis deſideriū
tuū. Scd̄o ponit dānationis euaſio:cū dꝛ
ex ipſis nō ꝯfundet.ex ipſis.ſ.quibꝰ hō effi
citur beatus ſiue quibꝰ ad beatitudinē ꝑdu
citur.ſ.ex vitatione pctōꝝ ⁊ oꝑatione virtu
tuꝫ nō ꝯfundet.ſ.ꝯfuſione dānationis.p̄s.
Non ꝯfundet in tp̄e malo.ſ.in tp̄e mortis
vel iudicij.quia eſt malū his q̇ ꝯfunduntur.

Tertio ponit impugnatōis ſuꝑatio: cum
ſubdit.cū loquet inimicis ſuis.i.demonibꝰ
nō ꝯſentiendo ſ; cōtradicēdo in porta. hoc
eſt in morte eo modo quo dixit btūs Mar
tinꝰ diabolo. Quid hic aſtas cruenta beſtia
⁊c.⁊ hec ē porta.ſ.mortis ꝑ quā iuſti intrāt
vitā eternā.ſm illud p̄s. Hec porta dn̄i iu-
ſti intrabūt in eā. Ad quā nos ⁊c.

In funere vnius deſiderantis multū mo
ri. Sermo XLVI

## Deſideriuꝫ habens

d

diſſolui ⁊ eſſe cuꝫ xp̄o. Philip.i.
Frequent accidit ꝙ illud qd̄ ſm
ſe ē malū ⁊ inuolitū rōne alicuiꝰ effectꝰ vel
finis ꝯſequētis efficit bonū ⁊ volūtarium:

